
600099145Y



CLAVIS NOVI TESTAMENTI PHILOLOGICA

USIBUS

SCHOLARUM ET IUVENUM THEOLOGIAE STUDIOSORUM ACCOMMODATA.

AUCTORE

CHRISTIANO ABRAHAMO WAHL

PHILOS. ET THEOL. DOCTORE, CONSISTORII QUOD EST IN REGNO SAXONIAE EVANGELICI CONSILIARIO.



EDITIO TERTIA EMENDATIOR ET AUCTIOR.

LIPSIAE MDCCCXLIII.

APUD IOH. AMBROS. BARTH.

PRAEFATIO
EDITIONIS TERTIAE.

Anno huius seculi decimo nono quum clavem N. T. philologicam, usibus scholarum et iuvenum Theologiae studiosorum accommodatam pararemus, profecto non id egimus, ut de virorum, qui Novi Testamenti vel lexicographi vel interpretes, optime de litteris sacris meruerunt, praestantissimorum ac doctissimorum laudibus detraheremus, immo, quum, quae ab annis inde circiter quinquaginta in scholis philologorum summo studio et cum maximo litterarum graecarum commodo tractata essent atque agitata, ignorari et negligi nullo modo posse a Theologo persuasum haberemus, quae virorum maxime eximiorum et graece doctissimorum, *Astii, Beckii, Blomfieldii, Bornemanni, Buttmanni, Dindorfii, Eichstaedtii, Elmsleii, Erfurdtii, Fischeri, Fritzschiorum, Frotscheri, Heindorfii, Hermanni* maxime, *Iacobi, Iacobsii, Lobeckii, Marklandi, Matthiaei, Passovii, Popponis, Porsoni, Reitzii, Rostii, Schaeferi, Seidleri, Siebelisii, Stallbaumii, Sturzii, Thierschii, Valckenarii, Voigtlaenderi, Wolfii, Wunderi*, aliorum, debentur studiis et disquisitionibus, ad N. quoque T. libros pertinere et applicanda esse pro virium modulo docere voluimus. A qua re quum conatus nostri viris doctis sese commendarent, ut et temporis rationi et iuvenum nostrorum necessitatibus respondere illos existimarent, nostrum erat, novis curis opus nostrum pertractare et quae post secundam pariter atque primam eius editionem virorum celeberrimorum, *Bornemanni, Fritzschii, Harlessii, Käufferi, Meyeri, Schulthessii, Schulzii, Theilii, de Weltii, Wineri*, aliorum, iudicio vel nostro etiam sensu perperam et minus recte scripta essent ac disputata olim, emendare. Quod libri nostri emendandi et corrigendi studium quemadmodum nunc ad significationum, quas attulimus, vocabulorum singulorum numerum minuendum et contrahendum, nunc ad locos, qui e scriptoribus graecis temere et parum diligenter excitati essent, eliminandos, nunc ad errores alios eiiciendos, nunc denique eo pertinuit, quod, quum intersit non solum haud raro interpretis, omnes vocis alicuius modos et formas uno loco simul conspicere, sed quum etiam, quis sit cuiusvis vocabuli apud N. T. scriptores usus, certo definiri nequeat ante, quam quae eius in quocunque, quo legitur, loco vis sit et potestas cognoveris, *Schleussneri* et *Bretschneideri*, summe Venerandorum, exemplum secuti *), pleniorem locorum N. T. indicem adiecimus; ita in particularum, quas habent iidem libri sacri, graecarum usu exponendo maiori opus esse diligentia ac subtilitate intelleximus. At quamquam vix erit, qui omni, qua par est, religione ac diligentia in libro nostro castigando atque emendando versatos nos esse dubitaverit, bene tamen, quantum vel nunc absit, ut omni numero absolutus dici virorumque doctissimorum iudicio ab omni parte probari possit, intelligimus. Quare, quam olim in studiis nostris iudicandis adhibuerunt viri docti non solum doctrinam atque subtilitatem, verum etiam aequitatem et humanitatem, ut neque nunc nobis et clavi nostrae tertium editae **) deesse velint, humanissime rogamus.

Ceterum, quas olim in libro nostro componendo leges sequendas nobis duximus, nunc quoque retinendas esse existimavimus, virorum quippe summorum iudicio comprobatas. Iuvenes igi-

*) De *Wilkii*, quae anno superiori prodiit, clavi N. T. philologica dicere nolumus; *ἑκάστου γὰρ τὸ ἔργον*, Paulus inquit, *φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει.*

**) Quae formam, qua prodit, si spectaveris, similis quidem est illi, quae anno huius seculi emissa est tricesimo primo, editioni minori, materiam vero sive argumentum quod attinet, *uno* nunc complectitur, quae voluminibus duobus exhibebat olim editio secunda. Maluit autem quaternis nunc evulgari librum nostrum vir honestissimus, *Ioh. Ambros. Barthius*, faciliorat que commodior ut esset eius et emtio et usus quotidianus neque nova operis minoris desideraretur editio.

*

tur nostri, ut, quid sibvei lint, qui grammaticam commendant N. T. interpretationem, intelligant et ne, quo utuntur scriptores sacri, scribendi genus alienum prorsus iudicent a grammatices graecae legibus ac principiis, ubicunque fieri potuit et necessarium visum est, eos ad *Hermanni, Matthiaei, Buttmanni, Rostii, Wineri*, aliorum libros ablegavimus.

Idem porro scribendi genus, in N. T. libris obvium, ab illo, quo Graeci utuntur, quum saepius etiam recedat, ad Hebraeorum scribendi loquendique modum magis compositum, ubinam hoc fiat et quo pateat*), indicavimus, in cuiusvis vocis significationibus enumerandis primo loco illas, quae cum Graecorum scribendi ratione consentiunt, tum eas ponentes, quae vel ab hebraica dicendi ratione repetendae vel omnino ita N. T. auctoribus propriae sint, ut Graecorum, qui nunc quidem leguntur, auctoritate destituantur. In qua re quemadmodum LXX interpretes et librorum, qui dicuntur, apocryphorum auctores duces secuti sumus, ita in rebus, ad hebraicae magis, quam grammaticae graecae regulas aestimandis, praeter *Gesenium*, consulendos et audiendos esse arbitrati sumus *Winerum* et *Ewaldum*, illum lexici, hunc grammaticae hebraicae auctorem.

Deinde quum naturam et indolem orationis graecae N. T. aestimandam esse constet ex auctorum, quos aetas vidit post Alexandrum M., idiomate, primum, utrum et quo significatu vocabula N. T. singula leguntur apud Aelianum, Arrianum, Diodorum Siculum, Diogenem Laërtium, Dionysium Halicarn., Herodianum, Lucianum, Pausaniam, Plutarchum, Polybium, Theophrastum, alios, notavimus, post afferentes locos e Xenophonte, Platone, Thucydide, Herodoto, oratoribus graecis, desumtos. Quod si vel in notissimis huius illiusve vocabuli significationibus factum esse intellexeris, constantiae id tribuas rogamus, qua servandas esse duximus leges scriptas nobis in libro nostro exarando.

Tum, quum in vocabulis πολυσήμοις ab una ad alteram significationem tum demum transeundum sit, ubi notio, quae inest illi, excludit vim, quae subest huic, numerum significationum minuendum earumque illas solas retinendas esse indicavimus, quae niterentur auctoritate vel graeca vel hebraica vel ratione idonea aliunde repetenda. Locorum vero N. T. multorum quum ea sit ratio, ut, licet vocabulum aliquod admittat notionem huic illive significationi propriam, inhaerenti tamen tibi huic notioni obscurior paulo maneat oratio, evanescat autem haec obscuritas, si notionem aliam, a cuiusvis loci contextu suppeditatam, cognatam quidem illi, aliquantisper tamen ab ea recedentem, in auxilium vocaveris, ad singulas significationes diligenter notavimus locos, in quibus contextus, scribentis consilium, rei tractatae natura, similia, permutandam esse monent notionem significationi alicui propriam cum alia huic cognata, uno verbo: sensum a significatione discerni voluimus.

Quemadmodum denique in vocabulis pertinentibus ad res historicas, geographicas et archaeologicas permulta nos debere *Wineri* libro, inscripto „biblisches Realwörterbuch", subtilitate et doctrinae copia atque elegantia excellente, grata mente profitemur, ita *Griesbachii* quidem textum, qualem habet editio secunda et quam curavit *Schulzius* voluminis primi editio tertia, ante oculos habuimus, ratione tamen habita diligenti editionis a *Tittmanno, Valero, Knappio, Theilio* adornatae.

Iam vero quam in libro nostro componendo, castigando, emendando adhibuimus opera et industria ut fructu et utilitate non prorsus careat, immo quod voluimus tum excitare tum alere subtilius et diligentius librorum sacrorum studium, Deo moderante ut augeat et adiuvet, etiam atque etiam optamus.

Dresdae, d. XXIII. Ianuar. MDCCCXLIII.

---

*) Cf. quae habet ad hanc rem indicandam utilissima lectuque dignissima *Tittmann* de Synonymis in N. T. lib. I. p. 199 sqq. et *Winer* Gramm. N. T. p. 28 sqq. ed. 4ta.

Addenda et Corrigenda.

pag. 3. col. 1. lin. 9 ab init. pro: nota g. lege: not. 9.
pag. 4. col. 1. a lin. 7 — 35 lege:

Ἁγιάζω, f. άσω (forma serioris aevi pro Graecorum ἁγίζω cf. *Lob.* ad Phryn. p. 66 sq. *Win.* p. 86. — ἅγιος) 1) *sacrum facio, consecro, ich weihe, heilige,* a) seq. acc. *rei* 1 Tim. 4, 5. ἁγιάζεται [scil. πᾶν κτίσμα θεοῦ coll. v. 4.] — διὰ — ἐντεύξεως *consecratur* [omnis res a Deo creata] *oratione ad Deum facta et precibus* i. e. *coenantes precibus faciendis pronuntiamus, esse sibi appositi quendam cum Deo nexum*, scil. profectum esse eum et dari a Deo profitemur. — ὁ ναός, τὸ θυσιαστήριον ἁγιάζει τι *consecrat aliquid* i. e. *indicat, esse alicui rei secum*, utpote ad res divinas pertinente, arctiorem aliquem *nexum* Matth. 23, 17. 19. — b) seq. acc. *personae*: *consecro aliquem*, ita aa) de Deo consecrante sibi τοὺς ἀποστόλους i. e. pronuntiante, se arctiori quodam vinculo cum iis nexum esse, quippe qui opus Iesu a se demandatum continuarent et quibus auxilio suo adesset Ioh. 17, 17. ἁγίασον — ἀληθείᾳ *consecra eos in veritate praedicanda et propaganda occupatos* [vid. ἐν p. 166 col. 2.] — v. 19. ἵνα ὦσιν — ἐν ἀληθείᾳ *ut vere* [vid. ἐν p. 169 col. 2.] *et ipsi tibi consecrati sint* i. e. *ut et ipsos vere tecum arctius nexos esse appareat.* — bb) de Deo sibi consecrante homines christianos. Uti enim Deus olim Israelitas sibi consecravit [Levit. 20, 8. Ezech. 20, 12. ubi ἁγιάζω pro הִקְדִּישׁ vel קִדֵּשׁ 2 Macc. 1, 25.] i. e. tales pronuntiavit, quibuscum arctiori quodam vinculo connexus esset, quippe qui colerent Deum et quibus prae ceteris faveret, ita eadem ratione ad homines christianos translata a mutuo et arcto, quod intercedit iis cum Deo vinculo appellantur ἡγιασμένοι, *Deo consecrati* vel *sacri* [de particip. perf. durationis et praesentis notionem includente vid. sub ἀγαπάω monita]. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 20 sq. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 2. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 29. — ita Act. 20, 32. 26, 18. — addito ἐν πνεύματι ἁγίῳ [vid. ἐν p. 172 col. 1.] Rom. 15, 16. vid. ad h. l. προσφορά. — addito ἐν χριστῷ ἰησοῦ i. e. *quatenus sunt in societate Iesu Christi* [vid. ἐν p. 171 col. 1.] 1 Cor. 1, 2. — addito ἐν τῷ θεῷ καὶ ἰ. χ. i. e. *qui, pertinentes ad civitatem Dei et Iesu Chr. Deo consecrati sunt* Iud. v. 1. — His adde 1 Cor. 7, 14. ἡγίασται — ἀνδρί vel ἀδελφῷ. — σκεῦος ἡγιασμένον 2 Tim. 2, 21. — — cc) de Deo Iesum sibi consecrante, quippe quem vicarium suum vel Messiam constituens arctius secum nexum esse declaravit Ioh. 10, 36. — pro הִקְדִּישׁ Ier. 1, 5. coll. Sir. 49, 7. 45, 4. — dd) de Iesu *semetipsum* consecrante i. e. ad ritus sacros, scil. ad vitam victimae loco et instar deponendam sese praeparante et accingente Ioh. 17, 19. ὑπὲρ αὐτῶν [scil. τῶν ἐμῶν] ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν *pro iis* [i. e. ἵνα ἀπελθόντος μου ἔλθῃ πρὸς αὐτοὺς ὁ παράκλητος coll. Ioh. 16, 7.] *ego consecro me ipsum*. Ita pro קִדֵּשׁ de personis ad rem sacram ritibus sacris praeparantibus aliquem Exod. 19, 14. 1 Sam. 16, 5. — ee) de Iesu consecrante aliquem i. e. efficiente, ut habeatur aliquis in numero τῶν ἡγιασμένων [vid. paulo ante ad Act. 20, 32. monita]. Ita addito διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος ἰ. χ. vel διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, vel ἐν τῷ αἵματι Hebr. 10, 10. 14. 29. 13, 12. Cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. a. p. 304 sqq. *Böhme* ep. ad Hebr. p. 116. 405. 511. 760 sq. — absolute i. e. sine mortis, qua facta est consecratio, mentione ὁ ἁγιάζων Hebr. 2, 11. οἱ ἁγιαζόμενοι 2, 11. 10, 14.

2) ex adiuncto: *purum reddo et immaculatum*. Deo enim quae offerebantur et consecrabantur, pura esse debere, uti omnibus antiquitatis populis [vid. Plut. de defectu orac. c. 49 init.], ita Hebraeis etiam persuasum fuit cf. Lev. 22, 20. sq. Mal. 1, 8. vid. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Opfer, Reinigkeit*. a) sensu levitico Hebr. 9, 13. — pro הִתְקַדֵּשׁ Exod. 19, 22. 2 Sam. 11, 4. — b) metaph. pro: *integrum vitae scelerisque purum reddo aliquem, Jemanden in die christl. gottgeweihte Lebensverfassung setzen*, τινά 1 Cor. 6, 11. 1 Thess. 5, 23. de h. l. optat. sine aliqua particula posito, ubi vere optamus fieri, quae fieri posse credimus cf. *Matth.* §. 513. *Rost* §. 119, 3. c. *Herm.* ad Vig. p. 757. *Win.* p. 263. — Apoc. 22, 11. Eph. 5, 26. quo l. iungitur c. καθαρίσας cf. *Harless* l. l. p. 503 sq. —

3) *sanctum* vel *venerandum aliquem reddo*, passiv. ἁγιάζομαι, *sanctus* vel *venerandus habeor et sum* Matth. 6, 9. Luc. 11, 1. — 1 Petr. 3, 15. — pro קִדֵּשׁ Gen. 2, 3. Ies. 29, 23. Saepius non extat in N. T.

p. 4. col. 1. lin. 42 ab init. usque ad col. 2. lin. 19. lege:

Ἅγιος, ία, ιον, (vocab. Tragicis inusitatum et rarissimum apud Atticos cf. *Pors.* ad Eur. Med. p. 750. ed. Lips.) 1) *sacer*, quem laedere aut contemnere nefas est a) univ. ut διαθήκη Luc. 1, 72. ὁ ναός τ. θεοῦ 1 Cor. 3, 11. (1 Macc. 1, 63. — ἀπόλλωνος ἅγιον ἱερόν Diod. Sic. 16, 58. ἀρτέμιδος ἱερὸν μάλα ἅγιον Xen. H. G. 3, 1. 19.) — b) = *consecratus, sacer*, ita aa) de locis Deo consecratis, ut ἡ ἁγία πόλις vel ἡ π. ἡ ἁγία Matth. 4, 5. 27, 53. Apoc. 11, 2. τὸ ὄρος τὸ ἅ. 2 Petr. 1, 18. τόπος ἅ. vel ὁ τόπος ὁ ἅγιος Matth. 24, 15. Act. 6, 13. — 7, 33. ὁ τόπος — γῆ ἁγία ἐστίν. Cf. de calceis in loco sacro adeundo detrahendis *Win.* bibl. Realw. Vol. 2. p. 505. 371. 322. et Exod. 3, 5. Ios. 5, 15. (1 Macc. 2, 7. 2 Macc. 1, 7. Diod. Sic. 5, 72.) — hinc τὸ ἅγιον substant. = *templum* vel universum Hebr. 9, 1. (Ios. Ant. 3, 6. 4. ὁ μὲν πᾶς νεὼς ἅγιον ἐκαλεῖτο.) — vel *sanctuarium*. Ita de sanctuario templi hierosolym., quod in his terris est Hebr. 9, 2. ἥτις [scil. σκηνὴ πρώτη] καλεῖται ἅγια. De quo plur. vid. sub ἄζυμος notata. — vel = *sanctum sanctorum*, ita τὰ ἅγια Hebr. 9, 25. — vel ἅγια ἁγίων Hebr. 9, 3. (Ios. Ant. 3, 6. 4. τὸ δὲ ἄβατον τὸ ἐντὸς τῶν τεσσάρων κιόνων τοῦ ἁγίου τὸ ἅγιον) cf. de hac intensionis vel superlativi forma *Win.* p. 165. 224. *Gesen.* p. 677. 692. *Ewald* p. 575. gram. min. p. 243. *Matth.* §. 430, 5. *Fischer* ad Well. Vol. 2. p. 123. *Erfurdt* ad Soph. OR. v. 466. — ratione habita templi ἐν τῇ ἄνω ἱερουσαλήμ, quod de coelo demissum iri putabant Iudaei [cf. *Bertholdt* Christol. Iudaeorum Iesu et apostolorum aetate p. 217.], ita τὰ ἅγια *sanctum sanctorum, sanctuarium sanctissimum* Hebr. 9, 8. 12. 24. 10, 19. — 8, 2. quo l. verbis τῶν ἁγίων λειτουργός explicationis ergo additur καὶ τῆς σκηνῆς ἀληθινῆς. Cf. ad h. l. *Bleeck* et *Böhme*. — bb) de rebus aliis Deo consecratis, ut γραφαὶ ἅγιαι 1 Rom. 1, 2? ναὸς ἅγιος ἐν κυρίῳ Eph. 2, 21. vid. ἐν p. 171 col. 1. — de primitiis Luc. 2, 23. — cc) de personis Deo consecratis, ut de prophetis Luc. 1, 70. Act. 3, 21. 1 Petr. 1, 21. 2 Petr. 3, 2. Eph. 3, 5. — de apostolis Ibid. [vid. ἁγιάζω.] — de insignis pietatis maioribus ex Iudaeis hierosolymitanis Matth. 27, 52. — de patriarchis populi israel., qui, ut ipsi Deo sacri erant, posteros suos Deo consecrarunt, ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, ἡ ῥίζα

ἁγία Rom. 11, 16. vid. ad h. l. *Fritzsche* p. 488 sq. — de hominibus christianis ad analogiam hebr. קָדוֹשׁ sub ἁγιάζω no. 1. notatam; item οἱ ἅγιοι c. artic. Act. 9, 13. 32. 41. 26, 10. Rom. 12, 13. 15, 26. 31. 16, 2. 15. 1 Cor. 14, 33. 16, 1. 15. 2 Cor. 8, 4. 9, 1. Eph. 1, 1. 15. 18. 2, 19. 3, 10. 4, 12. 6, 18. Phil. 4, 22. Col. 1, 2. 4. 12. 26. Philem. v. 5. 7. Hebr. 6, 10. 13, 24. Iud. v. 3. Apoc. 5, 8. 8, 3. 4. 11, 18. 13, 7. 10. 14, 12. 17, 6. 1. 8, 20? 19, 8. 20, 9. de lectione locorum 15, 3. 22, 6. vid. *Griesb. Schott*, *Knapp*. — οἱ ἅ. ἐν χριστῷ ἰ. [vid. ἁγιάζω et ἐν p. 171 col. 1.] Phil. 1, 1. 4, 21. οἱ ἅ. ἀδελφοὶ 1 Thess. 5, 27. οἱ ἅ. αὐτοῦ scil. χριστοῦ i. e. *Deo consecrati*, qui sunt τοῦ χριστοῦ 2 Thess. 1, 10. quo l. alternat cum οἱ πιστεύοντες. — ubi opponuntur οἱ ἅγιοι τοῖς ἀδίκοις vel τῷ κόσμῳ, quippe quod plerorumque gentilium vita cum Christianorum moribus comparata spurca esset et improba [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 20 sq.] 1 Cor. 6, 1. 2. — sine artic. ἀδελφοὶ ἅ. Hebr. 3, 1. ἐκλεκτοὶ τ. θεοῦ ἅγιοι Col. 3, 12. κλητοὶ ἅ. Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2. πάντες ἅ. Eph. 3, 8. ἅγιοι Rom. 8, 27. Eph. 5, 3. 1 Tim. 5, 10. Apoc. 16, 6. 18, 24. ἔθνος ἅγιον 1 Petr. 2, 9. ἱεράτευμα ἅ. v. 5. — de liberis, qui, quum eorum vel pater vel mater sit ἐκ τῶν ἁγίων, in numero Deo consecratorum habentur 1 Cor. 7, 14 bis. — de Messia [vid. ἁγιάζω], ὁ ἅ. τ. θεοῦ *prae ceteris Deo consecratus vir* i. e. *Messias* Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. Ioh. 6, 69. cf. de h. l. lect. *Griesb. Schott*, *Knapp*, *Theile*, *Meyer*, *de Wette*. Act. 4, 27. 30 coll. v. 26. Vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 84. — Luc. 1, 35. τὸ γεννώμενον ἅγιον scil. ὂν — θεοῦ i. e. *proles tua, quum Deo consecrata sit, filius Dei appellabitur*. — de osculo sacro, φίλημα ἅγιον i. e. osculum, quo utuntur vel cognoscuntur homines christiani Deo consecrati Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. Cf. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 329. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Kuss*.

2) ex adiuncto: *purus, immaculatus*, ita a) de victimis Rom. 12, 1. quo l. uti a victimis Deo oblatis abesse debebat omnis macula et labes, ita ut animo puro et integro colant Deum, per imaginem admonentur Christiani. — b) metaph. vel sensu ethico pro: *sceleris purus, indole purus et praestans*, ita de summa Dei sanctitate et perfectione morali Ioh. 17, 11. 1 Petr. 1, 15. 16. Apoc. 6, 10. — 4, 8. de h. l. ἅγιος ter posito vid. de diplasiasmo sub αἴρω notata. Alii ad no. 3. h. l. referunt. — de Iesu Messia, ὁ ἅγιος 1 Ioh. 2, 20. Apoc. 3, 7. addito δίκαιος Act. 3, 14. — de angelis Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Apoc. 11, 10. 21, 2. 10. 22, 19. [Matth. 25, 31. vid. de h. l. lect. *Griesb. Schott*, *Knapp*, *Theile*, *Meyer*, *de Wette*.] — οἱ ἅγιοι αὐτοῦ scil. χριστοῦ 1 Thess. 3, 13. — ἅγιαι μυριάδες Iud. v. 14. ἄγγελος ἅγιος Act. 10, 22. — de Iohanne baptista Marc. 6, 20. — de hominibus christianis, quos quippe ut Dei consecratos esse decet integros scelerisque puros, ita iunct. c. ἄμωμος Eph. 1, 4. 5, 27. Col. 1, 22. vel nude positum 1 Cor. 7, 34. de h. l. dat. πνεύματι vid. ἀγαλλιάω. 1 Petr. 1, 15. 16. — de mulieribus V. T. 1 Petr. 3, 5. — de rebus ad religionem et cultum div. pertinentibus, ut ὁ νόμος Rom. 7, 12. ἡ ἐντολή Ibid. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 42. — 2 Tim. 1, 9. 2 Petr. 3, 12. Iud. v. 20. Apoc. 22, 11.

3) ex adiuncto: *sanctus, venerandus*, ut ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ Luc. 1, 49. — Apoc. 20, 6. — τὸ ἅγιον i. e. *res sancta*, ita de doctrina Iesu Matth. 7, 6. cf. ad h. l. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 289. — hinc τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον vel τὸ ἅγιον πνεῦμα. Vide πνεῦμα.

p. 4. col. 2. lin. 20 ab init. pro: 7 lege: 11.

p. 5. col. 1. lin. 14. ab init. post: §. 121, 4. adde: *Rost* §. 112, 4.

p. 6. col. 2. lin. 15 a fine pro: si ita — p. 434. lege: τιθέναι τι ἀδάπανον *facere aliquid rem gratuitam*. De quo dupl. acc. vid. αἴρω p. 11. col. 1.

p. 7. col. 2. lin. 5. a fine pro: Rom. 1, 15. lege: Rom. 1, 18.

p. 9. col. 2. lin. ult. adde: Hebr. 13, 4.

p. 10. col. 2. lin. 19 a fin. dele verba: 2 Thess. 3, 13. Phil. 1, 23. Hebr. 11, 25.

p. 10. col. 2. lin. 11 a fine dele: Hdian. 4, 13. 3.

p. 12. col. 2. lin. 6. a fine lege: Bis in N. T. sic, ut adiect. referatur ad subst., ubi nos adverbio utimur [cf. *Matth.* §. 446, 8. *Buttm.* §. 109, not. 2. *Fischer* 3. a. p. 331. *Win.* p. 484.] Luc.

p. 13. col. 2. lin. 29. a fine pro: ita — Philem., lege: αἰώνιόν τινα ἀπέχειν [vid. quae modo ad pag. 12. col. 2. lin. 6. a fine in Addendis et Corrigendis monita sunt] Philem.

p. 14. col. 2. post verba: Hebr. 4, 2. adde: ἀκοὴ πίστεως *nuntius* i. e. *institutio de fide* Gal. 3, 2. 5.

p. 14. col. 2. post verba: Marc. 1, 25. adde 6, 14. de h. l. lect. vid. *Griesb. Schott*, *Fritzsche*.

p. 14. col. 2. post verba Ier. 37, 40. lege: Saepius non legitur in N. T.

p. 16. col. 2. lin. 1. post Ioh. 4, 23. 24. adde: vid. tamen ad h. l. *Meyer* et *Fritzsche* Ev. Matth. p. 847.

p. 18. col. 2. lin. 6. post: loquendo, adde: τινὶ i. e. *vera alicui expono*.

p. 21. col. 2. lin. 26 ab init. pro: *res turpis* lege: *peccatrix*. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 32. —

p. 22. col. 1. lin. 14 ab init. adde: de h. l. neutro substantive posito vid. ἀδύνατος.

p. 34. col. 2. lin. 36. post Marc. 9, 12. adde: 10, 33.

— — — lin. 37. pro: 22, 69. lege: 22, 22. 69.

p. 37. col. 1. lin. 27. post Xen. Cyr. 5, 3. 12. adde: manu aliquem prehendo, ut laboranti succurram.)

p. 43. col. 2. lin. 37. a fine pro Luc. 12, 2. lege: Marc. 12, 2.

p. 44. col. 2. lin. 34. a fine post *petentes* adde: 24, 32. Marc. 13, 28.

p. 44. col. 2. lin. ult. post 1 Ioh. 2, 27. adde: 3 Ioh. v. 7.

p. 45. col. 1. lin. 31. ab init. post: *eius* adde: 2 Thess. 1, 9 bis.

p. 48. col. 1. lin. 2. ab init. pro Charmid. lege: Hipp.

p. 49. col. 2. lin. 29. ab init. post 6, 36. adde: 45. de quo l. vid. ἕως.

p. 51. col. 2. lin. 22. a fine post: λέγει — 439 sq. lege: audet sumtaque audacia dicit = *audaciam expromit dicendo*. Vid. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 425 coll. *Win.* p. 439 sq.

p. 53. col. 1. lin. 36. ab init. post verba: pron. interrogat., adde: vim addit rei, ita quidem, ut ad aliud quid mente conceptum respiciatur [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 568.], ita etc.

p. 61. col. 2. lin. 1. dele verba: ita — ἀδάπανος.

— — — lin. 4. post verba: v. 17. adde: vide ad hos l. αἰφνίδιος in Addend.

p. 62. col. 1. lin. 27. ab init. post verba: in N. T., dele: ita refertur — ἀδάπανος.]

p. 62. col. 1. lin. 28. ab init. post: Act. 12, 10. adde: vide ad h. l. αἰφνίδιος in Addend.

p. 63. col. 2. lin. 17. a fin. post verba: *Win.* p. 142. adde: κατὰ ταὐτά Luc. 6, 23. 26. 17, 31. Vide tamen de horum l. lect. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Theile*, *Meyer*, *de Wette*.

p. 64. col. 1. lin. 35. ab init. pro ἀδάπανος lege: αἰφνίδιος in Addend.

p. 67. col. 2. lin. 22. ab init. pro: 56. lege: 32. col. 2. init.

p. 86. col. 2. lin. 18. ab init. post 623. adde: *Fritzsche* Ev. Matth. p. 459.

p. 88. col. 2. lin. 13. a fine post 9, 1. adde: de h. l. infinit. τὸ γράφειν subiecti nota vid. *Win.* p. 297. *Rost* §. 125, 2. c. *Matth.* §. 540.

p. 92. col. 1. lin. 24. ab init. post 553. adde: *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 372.

p. 95. col. 1. lin. 2. ab init. pro: ἀδάπανος lege: αἰφνίδιος in Addend.

p. 97. col. 2. lin. 14. ab init. post: *Naht* adde: Ioh. 19, 23.

p. 102. col. 1. lin. 4. ab init. post: 12, 17. adde: — in interrog. indir. seq. optat. vid. ἀνακρίνω] Luc. 1, 29. — absol. Luc.

p. 102. col. 1. lin. 5. ab init. post: 8, 16. adde: πρὸς ἑαυτοὺς Marc. 11, 31. Luc. 20, 14.

p. 102. col. 1. lin. 35. a fine post: 20, 24. adde: τὴν — μετάνοιαν — πίστιν i. e. δεῖν αὐτοὺς μετανοεῖν — πιστεύειν. Vide sub ἀπαγγέλλω monita.

p. 105. col. 1. lin. 40. ab init. post: 5, 17. adde: 2 Tim. 1, 16.

p. 110. col. 2. lin. 9. ab init. dele: 8, 4.
— — — lin. 14. ab init. post: 5, 18. adde: 8, 4.
p. 111. col. 2. lin. 26. ab init. pro: 419. lege: 449.
p. 113. col. 1. lin. 26. a fine adde: Col. 1, 11.
p. 113. col. 2. lin. 6. ab init. adde: 1 Petr. 5, 4.
— — — lin. 20. ab init. adde: Apoc. 21, 11.
p. 114. col. 1. lin. 2. a fin. post *δουλείας* adde: *spiritus, qualis est servitutis* i. e. *qualis servorum est.* sens.:
p. 121. col. 1. lin. 26. ab init. dele: 6, 16.
— — — lin. 17. ab init. lege: Marc. 6, 14. 16. — Luc.
p. 136. col. 2. lin. 26 et 25. a fine pro: *dicamus*, lege: *dicemus.*
p. 136. col. 24. a fine pro: dubitantis — observata, lege: percontantis vid. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 356. Vol. 2. p. 207.
p. 140. col. 2. lin. 23. ab init. post 3, 14. adde: Act. 26, 6. vid. de h. l. lect. *Griesb., Schott, Meyer, de Wette.* — Rom. 5, 15.
p. 141. col. 2. lin. 33. a fine post *χάρισμα* adde: Similiter *εἰς δικαίωμα* v. 15.
p. 141. col. 2. lin. 23. a fine post Ioh. 17, 23. adde: Act. 8, 23.
p. 142. col. 1. lin. 12. ab init. post 10, 1. adde: 12, 3.
p. 143. col. 1. lin. 12. a fine post 11, 31. adde: 26, 8. et pro Marc. 14, 1. lege: 14, 4.
p. 150. col. 1. lin. 31. a fine post 2 Cor. 2, 17. adde: *ὑπακούω* Rom. 6, 17.
p. 150. col. 1. lin. 9. a fine pro: Rom. 1, 18. lege: Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38.
p. 151. col. 1. lin. 1. post Iac. 2, 24. adde: *διώκω τι ἔκ τινος persequor aliquid exiens ab* vel *ex aliqua re* Rom. 9, 32 bis.
p. 151. col. 1. lin. 16. ab init. post 9, 18. adde: *μεθύσκω, μεθύω* Apoc. 17, 2. 6.
p. 151. lin. 38. a fin. post 3, 5. adde: *λαλέω* Ioh. 12, 49.
p. 154. col. 1. lin. 17. ab init. post [vid. adde: *Win.* p. 598 et.
p. 165. col. 2. lin. 2. a fine post 5, 14. adde: *περιπατεῖν ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν τῇ νυκτί* Ioh. 11, 9. 10. *ἐν σαρκί* 2 Cor. 10, 3.
p. 166. col. 1. lin. 24. ab init. *περιζώννυμι ἐν ἀληθείᾳ* Eph. 6, 14.
p. 166. col. 1. lin. 35. ab init. lege: Ioh. 10, 25.
— — — lin. 11. a fine lege: Col. 4, 16.
p. 167. col. 1. lin. 28. a fine post 11. 12. adde: vel *in nominis tui auditione* Luc. 10, 17. Phil. 2, 10.
p. 167. col. 2. lin. 30. ab init. post 368. adde: de loco 1 Cor. 15, 28. vid. *πᾶς* p. 386. col. 1.
p. 168. col. 1. lin. 13. ab init. post Col. 3, 11. adde: vid. ad h. l. *πᾶς* p. 386. col. 1.
p. 169. col. 1. lin. 17. ab init. post v. 3. adde: *ἀβαρής* 2 Cor. 11, 9.
p. 169. col. 1. lin. 23. ab init. post 2 Petr. 1, 12. adde: *τέλειος καὶ πεπληρωμένος* Col. 4, 12.
p. 169. col. 1. lin. 37. ab init. post 21. adde: Eph. 2, 18. Hebr. 11, 2.
p. 169. col. 2. lin. 33. a fine post Luc. 12, 1. adde: *ἐν ᾧ* i. e. vel: *quamdiu* Marc. 2, 19. Luc. 5, 34. vel: *quando* Ioh. 5, 7.
p. 169. col. 2. lin. 3. a fine post 27. adde: *ὑποχωρέω* Luc. 5, 16.
p. 170. col. 2. lin. 30. ab init. post *radices* adde: Ioh. 8, 37. *ἐν ὑμῖν in animis vestris.*
p. 171. col. 2. lin. 38. ab init. post Col. 3, 18. adde: *τὸ αὐτὸ φρονεῖν* Phil. 4, 2.
p. 172. col. 1. lin. 19. a fine post 4, 19. adde: *πρόθεσιν ποιεῖν ἐν χριστῷ consilium exsequi intermedio Christo* Eph. 3, 11. — *ἐν ᾧ* v. 12.
p. 172. col. 2. lin. 17. ab init. post 275 sq. adde: Hebr. 10, 10.
p. 172. col. 2. lin. 27. ab init. post 26, 52. adde: *λούειν* Apoc. 1, 5.
p. 173. col. 1. lin. 18. ab init. post Cyr. 2, 4. 2.) adde: *ἐν δεξιᾷ τινος ad dextram alicuius* Rom. 8, 30. Eph. 1, 20. Col. 3, 1. Hebr. 1, 3. 8, 1. 10, 12. 12, 2. 1 Petr. 3, 22. (Xen. An. 1, 5. 1 et 5. 5, 2. 21 et 25.)
p. 173. col. 2. lin. 9. ab init. post 4, 16. adde: de verbis 2 Cor. 1. 20. vid. *ναί.*
p. 174. col. 1. lin. 18. ab init. post 12, 21. adde: Marc. 1, 15.
p. 174. col. 1. lin. 15. ab init. post 6, 17. adde: *προσλαλέω* Eph. 1, 12.
p. 175. col. 2. lin. 12. a fin. post 55. adde: *Fritzsche* Ev. Marc. p. 642.
p. 189. col. 2. lin. 13. ab init. post *ἐπί σε* — adde: *φθάνω* 1 Thess. 2, 16.
p. 190. col. 1. lin. 32. a fine post 27, 43. adde: 2 Cor. 2, 8. 2 Thess. 3, 4.
p. 190. col. 2. lin. 23. ab init. post 12. adde: *συμπαραγίνομαι* Luc. 23, 48.
p. 191. col. 1. lin. 38. a fine post c) adde: c) *ὄνομά τινι* Marc. 3, 16. 17. — d)
p. 191. col. 1. lin. 33. a fine pro d) pone: e)
p. 207. col. 1. lin. 26. ab init. post 15, 35. adde: *τὴν πίστιν* i. e. *ὅτι δεῖ πιστεύειν* Gal. 1, 23.
p. 214. col. 1. lin. 35. ab init. post *μέρος* adde: *ἔν τινι* Apoc. 20, 6. vid. *ἐν* p. 269 col. 2. — *μέρος.*
p. 218. col. 1. lin. 42. a fine post 9, 26. adde: *ἐν σαρκί carne indutus* Gal. 2, 20.
p. 221. col. 2. lin. 27. a fine post 73. — adde: Col. 3, 3. *ἡ ζ. ὑμῶν* i. e. *vita quae vos manet.*
p. 221. col. 2. lin. 15. a fin. post 14, 6. adde: Col. 3, 4.
p. 223. col. 2. lin. 36. ab init. post 5, 3. adde: 6, 7.
p. 227. col. 2. lin. 19. ab init. post 226 sq. — — adde: locis Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. vid. *σκιά.* —
p. 247. col. 2. lin. 5. a fine post 477. — adde: ubi interveniente *καί* praeter adiect. *πολύς* aliud c. substantivo copulatur adiectivum laudem vel vituperium, commodum vel incommodum indicans, ut *πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα* Act. 25, 7. Cf. *Matth.* §. 444, 4. *Bornem.* ind. ad Xen. Mem. p. 416. *Passow* Vol. 2. p. 675.
p. 249. col. 1. lin. 33. ab init. post: *quovis modo*, adde: Iac. 2, 4. cf. ad h. l. *Theile* p. 98.
p. 249. col. 2. lin. 27. ab init. post Ita, adde: *ὅθεν καί* Hebr. 11, 19. *ὅστις κ.* Act. 11, 28. *ὅ,τι κ.* Ioh. 8, 28.
p. 250. col. 1. lin. 5. ab init. post 19. adde: Act 5, 39. *μή — εὑρεθῆτε ne forte* [hominibus solum, sed] *etiam Deo repugnare deprehendamini.* 15, 35. *μετὰ — πολλῶν* i. e. *ὡς αὐτοί, οὕτω καὶ μ. ε. π.* — De l. 3 Ioh. v. 10. vid. *οὔτε.*
p. 257. col. 1. lin. 5. ab init. post 25, 14. adde: 2 Cor. 10, 7.
p. 279. col. 1. lin. 37. a fine post: tenentibus aliquid, adde: i. e. de reticentibus aliquid, ut *τὸν λόγον* Marc. 9, 10. coll. v. 9. Cf. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 254.
p. 279. col. 1. lin. 37. a fine dele verba: ut *τὸν — τί κλ.*
p. 294. col. 1. lin. ult. post: Phil. 3, 13. — adde: sq. dupl. acc. = *Jem. für Etwas halten* Rom. 6, 19. Cf. de h. l. lect. *Griesb. Schott, Knapp, Fritzsche, Meyer.* (Sap. 5, 4. 15, 15.)
p. 295. col. 1. lin. 15. pro verbis: vel — *iudiciis* lege: ita Rom. 2, 15. quo l. Paulus per prosopopoeiam paganorum meditationibus tribuit, quod paganorum est de rebus a se gestis deliberantium. Cf. *Fritzsche* ad h. l. Vol. 1. p. 122.
p. 296. col. 1. lin. 41. ab init. post: 4, 18. adde: vid. ad h. l. *πρός* p. 427. col. 2. monita.
p. 302. col. 2. lin. 38. a fine post *πρεσβύτεροι* adde: Hebr. 11, 2.
p. 304. col. 1. lin. 16. ab init. post *spargere* adde: vid. ad h. l. sub *πῦρ* ad Luc. 12, 49. observata.
p. 305. col. 1. lin. 23. a fine pro 468. lege: 486.
p. 309. col. 2. lin. 2. a fine post verba: c. subst. lege: ubi nos adverbio utimur [vid. *αἰφνίδιος* in Addendis], ut.
p. 314. col. 1. lin. 36. ab init. post: *iudicetur*, adde: Rom. 2, 15. quo l. cogitationes [paganorum] dicuntur *inter se invicem* [*μεταξὺ ἀλλήλων*] in crimen vocare i. e. Klage erheben et defensionem adhibere i. e. Vertheidigung beibringen.
p. 335. col. 2. lin. 19. a fine post: *multa sunt*, adde: Luc. 7, 47.
p. 337. col. 2. lin. 28. ab init. post: edit. *Schulz.*) adde: *λέγειν τὰ πρὸς αὐτόν* i. e. dicere *ea, quae contra eum dicenda sunt* Act. 23, 30. Vid. *πρός* p. 427. col. 1.
p. 357. col. 2. col 18 ab init. post: 2, 20. adde: de h. l. indicat. fut. *ὅστις μεριμνήσει qui curaturus est* vid. *Win.* p. 276. *Matth.* §. 507. I, 1. *Hölem.* ep. P. ad Phil. p. 195.
p. 357. col. 2. lin. 35. ab init. post: *quiqui sint* adde: vel *quod hominum genus*].

p. 357. col. 2. lin. 36. ab init. post: 7, 15. adde: Marc. 12, 18.
p. 358. col. 1. lin. 1. ab init. post: 12, 11. adde: 26, 14. 21.
— — — lin. 18. ab init. post Luc. adde: 7, 39.
— — — lin. 20. ab init. dele: Act. 23, 14. 21.
— — — lin. 26. ab init. pro: ὅς lege: ὅστις.
— — — lin. 29. ab init. post: 6, 4. adde: c) post *ποταπός* Luc. 7, 39.
p. 377. col. 2. lin. 10. ab init. post: 2) lege: sensu ampliori: *alloquium ad aliquem dirigo, eine Ansprache an Jem. richten*, sive adhortandi, sive consolandi, sive instituendi, sive corroborandi eius causa [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 28.]
p. 377. col. 2. lin. 33. ab init. pro 2 Thess. 3, 2. lege: 2 Thess. 3, 12.
p. 378. col. 1. lin. 25. ab init. post *παρακαλέω*) adde: *die Ansprache* i. e.
p. 378. col. 1. lin. 10. a fine post *παράκλησις τοῦ ἰσραήλ* pro verbis: *sors prospera — israel.* lege: *Israels Trost* i. e. *cuius cogitatio et spes solatio replet Israelitas* vel *is, in quem Israelitae* calamitatibus afflicti *intuentes solatio recreantur.*
p. 378. col. 1. lin. 6. a fine pro: 60. lege: 250. *Fleck* die Vertheidig. des Christenthums Lips. 1842. p. 172.
p. 402. col. 2. lin. 26. a fin. post *ἰησοῦ χριστοῦ* adde: Rom. 3, 22.
p. 402. col. 2. lin. 24. a fine lege: Phil. 1, 27.
— — — lin. 5. a fine post: 11, 24. adde: Gal. 1, 23. *εὐαγγ. τὴν πίστιν* i. e. *εὐαγγ. ὅτι δεῖ πιστεύειν.*
p. 403. col. 1. lin. 21. a fine post: 4, 6. — adde: 2 Tim. 4, 7. alii ad num. 2. h. l. referunt.
p. 403. col. 1. lin. 18. pro: p. 25. lege: p. 39.
— — — lin. 17. a fine lege: Act. 6, 2. Gal. 3, 23 bis.
p. 409. col. 2. lin. 25. ab init. post: *adoptatos* adde: Rom. 8, 15.
p. 413. col. 2. lin. 27. ab init. post; *agatis* adde: *πρόθεσιν ποιεῖν consilium exsequi, ἔν τινι intermedio aliquo* i. e. *per aliquem* Eph. 3, 11.
p. 415. col. 2. lin. 11. a fine pro: *dies* lege: *dia.*
p. 504. col. 2. lin. 4. a fine pro: 100 lege: 319. col. 2.

CLAVIS
NOVI TESTAMENTI
PHILOLOGICA.

Ἀ 1) c. articulo τό [das Alpha. Lucian. Hermot. §. 41; quae cum sit litterarum graecarum prima, in N. T.] tropice dicitur pro: *primus* Apoc. 1, 8. — per epexegesin additur nunc ἡ ἀρχή Apoc. 21, 6. nunc ὁ πρῶτος, ἡ ἀρχή 22, 13. — 2) in composit. a) privativum est, i. e. ut Lat. *in* et nostrum *un*, tollit vim vocis simplicis, ut ἀβαρής, ἀγενής, ἀπορέω, alia. — b) aequalitatem vel unitatem indicat = ὁμοῦ, ut ἀδελφός, ἀδελφή, ἀκολουθέω. — c) intendendi vim, ut videtur, habet; ita in ἀτενίζω, ab ἀτενής. cf. *Buttm.* Griech. Gram. §. 2, not. 3. §. 105, 5 et not. 11. gram. max. §. 120, 9. not. 17. 18.

Ἀαρών, ὁ, nom. propr. indeclin. [terminatione graeca: ὁ ἀαρών, ῶνος Ios. A. 3, 8. 1 et 6 et 7. cf. *Win.* p. 65. ed. 4.] *Aaron* hebr. אַהֲרוֹן. Fuit Aaron filius Amrami et Jocebedae, e tribu Levi oriundus, frater Mosis, eiusdem coram Pharaone aegyptiaco interpres (נָבִיא) et in consiliis, pertinentibus ad populi israelitici libertatem restituendam et ad unius Dei cultum inducendum et stabiliendum socius et adiutor, item postea pontifex maximus a Mose constitutus. Luc. 1, 5. cf. Exod. 1, 23. 4, 14—16. 5, 1. sqq. 7, 11 sqq.

Ἀβαδδών, nom. propr. indecl [vid. ἀαρών] *Abbadon*, hebr. אֲבַדּוֹן, nomen angeli mali, Apoc. 9, 11. regi tartari tributum et explicatum graece: ἀπολλύων i. e. perditor. Vocabulum hebraicum Iob. 27, 6. 28, 22. Prov. 15, 11. vocibus שְׁאוֹל et מָוֶת iungitur, ubi LXX habent ἀπώλεια.

Ἀβαρής, έος, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό (α priv. et βάρος onus) *non onerosus*, [propr. Plut. de repugn. Stoic. T. 6. Moral. p. 98. ed. *Tauchn.*] metaph. *non molestus* 2 Cor. 11, 9. ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα. (Anth. gr. T. 1. p. 36. ed. *Iacobs.*)

Ἀββᾶ, *Abba*, nom. hebr. אָב chald. אַבָּא i. e. *pater* Marc. 14, 36. al.

Ἄβελ, ὁ, nom. propr. indecl. [ἄβελος, ου, ὁ, habet Ios. Ant. 1, 2.] *Abel* hebr. הֶבֶל, filius Adami secundus Matth. 23, 35. al. cf. Genes. 4, 5—16.

Ἀβιά, ὁ, nom. propr. indeclin. [habet ἀβίας, α, ὁ Ios. Ant. 8, 10. 1. cf. *Buttm.* §. 38, not. 4, 3. gram. max. §. 34. not. 16. *Matth.* §. 68. *Win.* p. 60.] *Abia*, hebr. אֲבִיָּה nom. pp. duumvirorum, quorum unus, rex Iudae et filius Rehabeami Matth. 1, 7. alter, sacerdos, Luc. 1, 5. memoratur. Fuit hic sacerdos ex posteris Aaronis et auctor familiae sacerdotalis, a quo, sacerdotibus omnibus 1 Chron. 24, 10. in 24 classes distributis, classis octava dicebatur classis Abiae.

Ἀβιάθαρ, ὁ, nom. propr. indeclin. [legitur ἀβιάθαρος, ου, ὁ Ios. Ant. 6, 14. 6.] *Abiathar*, hebr. אֶבְיָתָר, nom. propr. sacerdotis summi alicuius apud Israelitas Marc. 2, 26. al. cf. 1 Sam. 22, 21.

Ἀβιληνή, ῆς, ἡ, *Abilene*, nomen regionis sitae haud procul a monte Libanon, distantis milliaribus octodecim ab urbe Damasco et octo et triginta ab urbe Heliopoli, appellatae ab urbe *Abila* vel *Abela*. Cui regioni sicuti βασιλείας nomine olim praefuerat Lysanias quidam, nepos Mennaei, filius Ptolemaei (mortui ao. 39 vel 40. a. Chr.) et interfectus Cleopatrae insidiis ao. 34. a. Chr. ita eidem Augustus praefecit tetrarchae nomine alium Lysaniam, genus, ut videtur, ab illo ducentem Luc. 3, 1.; postea eandem regionem Claudius imperator vel dono dedit, vel ante donatam confirmavit regi Agrippae. Cf. *Win.* bibl. Realwörterb. sub h. voc. p. 9. 10 ed. 2.

Ἀβιούδ, ὁ, *Abiud*, hebr. אֲבִיהוּד, nom. propr. indeclin. viri Matth. 1, 13.

Ἀβραάμ, ὁ, nom. propr. indeclin. [terminat. gr. ἄβραμος, ἄμου, ὁ Ios. Ant. 1, 7. 1.] *Abraham*, hebr. אַבְרָהָם, nom. propr. nobilissimi gentis israeliticae patriarchae ob animi candorem et summam, quam in Deo collocavit, fiduciam in libris sacris celebrati Matth. 1, 1. 2. 22, 32. al. Lectu dignissima de Abrahamo habet *Win.* bibl. Realw. sub h. voc.

Ἄβυσσος, ου, ἡ, (femin. adiect. ὁ, ἡ ἄβυσσος profundus; α priv. et βυσσός fundus, vorago, Abgrund) *orcus*, a) nunc universus Rom. 10, 7. b) nunc *Tartarus* i. e. illa eius pars, in qua impiorum animae et mali genii detineri putabantur Luc. 8, 31. Apoc. 9, 1. 2. 11. 11, 7. 17, 8. 20, 1. 3.

Ἄγαβος, ου, ὁ, *Agabus*, nom. propr. viri iudaeo-christiani, Act. 11, 28. famem, Act. 21, 10. vincula Pauli praedicentis.

Ἀγαθοεργέω, ῶ, f. ήσω, (ἀγαθοεργός, de qua derivatione cf. *Buttm.* §. 106, not. 3. gr. max. §. 121, not. 4. *Win.* p. 92.) *beneficia in aliquem confero.* Ita semel in N. T. 1 Tim. 6, 18.

Ἀγαθοποιέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἀγαθοποιός; praestabilius esse ἀγαθὸν ποιέω docet *Lob.* ad Phryn. p. 200.) 1) *beneficia in aliquem confero* Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. 33. 35. Act. 14, 17. ubi codd. ἀγαθουργῶν. Vid. *Griesb.* — οἱ ο' pro הֵיטִיב Soph. 1, 12. Iudd. 17, 13. (1 Macc. 11, 33.) — 2) *recte ago* 1 Petr. 2, 15. 20. 3, 6. 17. 3 Ioh. v. 11.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, (ἀγαθός, ποιέω) *honestatis* vel *recti studium* 1 Petr. 4, 19.

Ἀγαθοποιός, οῦ, ὁ, ἡ — ον, τό, (ἀγαθός, ποιέω — beneficus Sirac. 42, 14.) *virtutis studiosus, probus* 1 Petr. 2, 14.

Ἀγαθός, ή, όν, *bonus* i. e. a) *utilis*, ut δόμα, δόσις Matth. 7, 11. Iac. 1, 17. μερίς Luc. 10, 42. quo l. ἡ ἀγαθὴ μ. = *ea pars, quae* recte *bona* vel unice *salutaris habetur.* cf. *Win.* p. 224. *Bornem.* Scholia in Lucae evangel. p. 70. *Fritzsche* Coniect. p. 19. ἐντολή Rom. 7, 12. — sq. πρός τι, ut λόγος Eph. 4, 29. (ita Theophr. hist. plant. 4, 3. 1.) cf. *Win.* p. 347. — Hinc ἀγαθόν et ἀγαθά, item τὸ ἀγαθόν, τὰ ἀγαθά, *bonum, commodum, bona*, nunc externa, nunc interna, nunc huius, nunc futurae vitae Luc. 1, 53. quo l. de cibis et victu (ut Xen. An. 4, 4. 9.) cf. *Bornem.* l. l. p. 14. — 12, 18. 19. 16, 25. Rom. 3, 18. 8, 28. 10, 15. 13, 4. 14, 16. 15, 2. Gal. 6, 6. de q. l. v. κοινωνέω. — Hebr. 9, 11. (quo l. si verba τῶν μ. ἀ. longius absunt a nomine regente σκιά, vid. de hoc traiectionis genere *Win.* p. 508. coll. p. 176. coll *Matth.* §. 278, not. 1. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 1007. *Bornem.* ad. Xen. An. p. 362. *Frotsch.* ad Xen. Hieron. p. 13. *Iacob* ad Lucian. Toxar. p. 46.) Hebr. 10, 1. al. (Xenoph. Cyr. 2, 1. 17. 4, 3. 19.) — τὸ ἀγαθόν i. e. *afferens utilitatem* Rom. 7, 13. —

b) *bonae indolis*, aa) de hominibus vel ingenio vel animo praestantibus, ubi Lat.: *bonus, praestans, eximius* Matth. 19, 16. Marc. 10, 17. 18. Luc. 8, 15. 18, 18. 19. Ioh. 1, 47. — vel recti amore et virtutis studio excellentibus, ubi Lat. *bonus, probus* Matth. 5, 45. 12, 35. 22, 10. 25, 21. 23. Luc. 6, 45. 19, 17. 23, 50. Ioh. 7, 12. Act. 11, 24. al. — (Xen. Mem. 2, 1. 32. 3, 4. 8.) — vel = *benevolus, benignus, lenis* Matth. 20, 15. 1 Petr. 2, 18. — hinc ὁ ἀγ. *der Menschenfreund* Rom. 5, 7. al. (Xen. Cyr.

3, 3. 4. Thuc. 1, 86.) — bb) de rebus, ut *γῆ*, *δένδρον* Matth. 7, 16. 17. Luc. 8, 8. (Diod. Sic. 11, 25. Xen. Anab. 2, 4. 22. Oecon. 16, 7.) → *ὁ ἀγαθὸς θησαυρός* Matth. 12, 35. Luc. 6, 45. *ἔργον ἀγ.* Phil. 1, 6. *μνεία ἡμῶν ἀγαθή* 1 Thess. 3, 6. Tit. 2, 10. — de rebus, quae hactenus bonae sunt indolis, quatenus faciunt ad hominem exhilarandum, ubi Lat. *bonus, laetus*, ut *συνείδησις* Act. 23, 1. 1 Tim. 1, 15. 19. 1 Petr. 3, 16. 19. *ἐλπίς* 2 Thess. 2, 16. *ἡμέρα* 1 Pet. 3, 10. (Diod. Sic. 15, 33. Xenoph. Cyr. 5, 5. 19. Thuc. 3, 82.) — cc) de dictis, sensis, factis: *bonus, honestus, rectus*, Matth. 12, 34. 19, 16. Rom. 7, 18. 9, 11. 2 Cor. 5, 10. Eph. 6, 8. 1 Petr. 3, 11. — Cum articulo Ioh. 5, 29. Rom. 12, 2. 9. 16, 19. 1 Thess. 5, 15. 1 Petr. 3, 13. 3 Ioh. v. 11. (Xen. Mem. 3, 9. 4. Ages. 11, 9.) — *ἔργον ἀγ.* *recte factum, honeste factum, officium* Rom. 2, 7. Eph. 2, 10. Col. 1, 10. 2 Thess. 2, 17. 1 Tim. 5, 10. 2 Tim. 2, 21. 3, 17. Tit. 1, 16. 3, 1. Hebr. 13, 21. — ita ut sit = *Wohlthat, beneficium* Act. 9, 36. Rom. 12, 31. Gal. 6, 10. Philem. v. 14. Iac. 3, 17. (Xen. Ages. 8, 1.) —

Ἀγαθουργέω, ῶ, f. ήσω *benefacio* (vid. *ἀγαθοεργέω*), ita codd. Act. 14, 7. (Cyrill. c. Iulian. 3, 81. A.) Vox serioris aevi cf. *Win.* p. 26.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, (*ἀγαθός*. Vox serioris graecitatis cf. *Win.* p. 26. coll. *Buttm.* §. 104, c. 10. gr. max. §. 119, 42.) *virtus, probitas*, alii: *benignitas*, Rom. 15, 14. Gal. 5, 22. Eph. 5, 9. 2 Thess. 1, 11. — *οἱ ο'* Neh. 9, 25. 2 Chron. 24, 16.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, (*ἀγάλλομαι*) *gaudium*, Luc. 1, 14. — *ἐν ἀγαλλιάσει* *in statu laetitiae* = *laetus, prae gaudio* Luc. 1, 14. 44. Act. 2, 46 Iud. v. 24. — Hebr. 1, 9. *ἔλαιον ἀγαλλιάσεως*, *oleum laetitiae* i. e. *quo uti solemus laetitiae nosmet dantes;* sunt haec verba Ps. 45, 6. 7. Ungebantur enim Hebraei in epulis, lautis maxime instituendis. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Gastmahl.* — *οἱ ο'* pro שָׂשׂוֹן Ps. 45, 8. רִנָּה Ps. 42, 5. גִּיל Ps. 45, 16.

Ἀγαλλιάω, ῶ [de quo huius verbi activo Luc. 1, 47. obvio vid. *Win.* p. 26.] vel *ἀγαλλιάομαι*, ῶμαι. f. *ἀγαλλιάσομαι*, verb. depon. habens in N. T. tum a. 1. m. *ἠγαλλιασάμην*, tum a. 1. p. *ἠγαλλιάθην* [cf. *Rost* gr. Gram. §. 82. *Win.* p. 236. *Matth.* §. 495, a. *Buttm.* gr. max. §. 113, 4. p. 51.] vel *ἠγαλλιάσθην* [ita e lect. vulgata Ioh. 5, 35. cf. *Griesb.* et *de Wette* exeget. Handb. z. N. T. Vol. 1. part. 3. p. 73.] *laetor, gaudeo* (ab *ἀγάλλω* vel *ἀγάλλομαι* — propr. exsulto prae gaudio.) Act. 2, 26. — addito *τῷ πνεύματι* *animo, im Geiste* [de quo dat. rationem indicante, qua dicitur id, quod adiectivo vel verbo universe enuntiatur cf. *Matth.* §. 400, 6. *Win.* p. 192. *Ewald* p. 603. gr. min. p. 264.] Luc. 10, 21. — ex verbositatis genere, quo, ut notio fortius exprimatur, aliud eiusdem potestatis vocabulum, ut *χαίρειν*, additur *Matth.* 5, 12. Apoc. 19, 7. cf. *Lob.* ad Phryn. p. 753. *Rost* §. 140. *Matth.* §. 636. *Bornem.* schol. p. 34. 38. Id. ad Xen. Cyr. 1, 3. 15. *Iacob* quaest. Lucian. p. 20. 22. ad calc. Lucian. Tox. *Win.* p. 552. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 22. 527 sq. 572 sq. — additur *nominativus* [cf. *Matth.* §. 548. §. 555. §. 530. *Buttm.* §. 131, not. a. *Herm.* ad Vig. p. 771. *Win.* p. 316. 483. *Alt* p. 173.] participii, pertinentis ad rem, quam iam fecit vel facit aliquis, aut ad statum, in quo iam est vel fuit aliquis [cf. *Win.* p. 316 sq. *Alt.* p. 160. *Poppo* ad Xen. Cyr. p. 286 sq.] Act. 16, 34. 1 Petr. 1, 9. quo l. *κομιζόμενοι* = *quibus, ut reportent*, datum est. Cf. *Win.* p. 323. — augetur vis verbi addito dativo substant. synonymi [cf. *Win.* p. 434. *Bornem.* schol. p. 133. *Id.* in *Rosenm.* Rep. 2. p. 304. *Erf.* ad Soph. O. R. v. 65. *Matth.* §. 408, not. coll. *Gesen.* p. 777. *Ewald* gram. hebr. p. 560. gr. min. p. 237.] 1 Petr. 1, 8. nominativus particip. *ἀγαλλιώμενοι* auget vim verbi synonymi *χαίρω* 1 Petr. 4, 13. cf. *Win.* p. 327. — sq. *ἐπί τινι*, *de aliquo* Luc. 1, 47. vid. *ἐπί*. (ita *ἀγάλλεσθαι* Xen. Mem. 3, 5. 16.) — sq. *ἐν* c. dat. rei, in qua est causa laetitiae [vid. *ἐν*], *an etwas sich ergötzen* Ioh. 5, 35. 1 Petr. 1, 6. (ita *εὐφραίνομαι* Xen. Hier. 1, 16.) — ex usu loquendi Iohannes sq. *ἵνα*, *dass* Ioh. 8, 56. *ἠγαλλιάσατο — ἐμήν* *er freuete sich, dass er meinen Tag sehen sollte* i. e. *laetabatur voluisse Deum, ut videret diem meum.* Cf. ad h. l. *Win.* p. 314 et *de Wette* l. l. — Aliter *Fritzsche* Ev. Matth. p. 841. — pro גִּיל Ps. 2, 11. שׂוּשׂ Ps. 40, 17. רַנֵּן Ps. 20, 6. — Saepius non extat in N. T.

Ἄγαμος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (α priv. et *γάμος* nuptiae) *coelebs* 1 Cor. 7, 8. 11. 32. 33. 34. (Xen. Symp. 9, 7. Hom. Iliad. 3, 40.)

Ἀγανακτέω, ῶ, f. ήσω (*ἄγαν* valde et *ἄχθος* dolor, doleo a) corpore, Plato Phaedr. c. 67. b) animo, vel moveor, Plato Phaedon. c. 8. 9. edit. *Fisch.* in N. T.) *indignor, succenseo* Matth. 21, 15. 26, 8. Marc. 10, 14. (Histor. Drac. v. 28. Hdian. 8, 7. 6.) — seq. *περί τινος* Matth. 20, 24. Marc. 10, 41. (Plat. Epist. 7. *πολλὰ περὶ τῶν τότε πεπραγμένων ἠγανάκτει.* Apollod. Bibl. 1. *περὶ τιτάνων ἀγανακτοῦσα.*) — sq. *ὅτι* Luc. 13, 14. (Hdian. 3, 2. 6.) — Marc. 14, 4. *ἦσαν δὲ — ἑαυτούς* i. e. *erant autem, qui apud animum suum stomacharentur.* Cf. de particip. resolvendo per: *si, cum, qui, Matth.* §. 556. et de particip. praes. vim particip. imperfecti interdum habente cf. *Win.* p. 322. 324. *Matth.* §. 559, not. *Herm.* ad Vig. p. 773. *Alt* p. 175.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, *indignatio* 2 Cor. 7, 11. (Thuc. 2, 41.)

Ἀγαπάω, ῶ, fut. ήσω, (*ἄγαμαι* admiror, veneror) 1) *diligo* i. e. a) *bene cupio alicui, benevolentia aliquem amplector eiusque saluti prospicio*, legitur nunc absolute i. e. sine casu Luc. 7, 47. 1 Ioh. 4, 7. 8. addito dativo modum indicante, ut *τῇ γλώσσῃ*, *λόγῳ* 1 Ioh. 3, 18. addito *ἐν* c. dat. rei [vid. *ἐν*] 1 Ioh. 3, 18. — sq. acc. pers. Matth. 6, 24. Marc. 12, 33. de infinit. praesentis sine iota subscr. vide, quae habet *Win.* p. 47. — Luc. 7, 5. 42. 16, 13. Ioh. 8, 42. 11, 5. 13, 1 bis. 34 ter. 14, 28. 15, 9. 12 bis. 21, 15. 16. Rom. 8, 37. 13, 8 bis. 2 Cor. 11, 11. 12, 15 bis. Gal. 2, 20. Eph. 5, 2. 25 bis. v. 28 ter. v. 33. quo l. cum imperat. membri prioris iungitur constructio synonyma, facta per *ἵνα* c. coniunct. Cf. de orat. variata *Matth.* §. 632, 6. *Iacob* ad Lucian. Alex. p. 22. *Win.* p. 502. — 1 Thess. 4, 9. 2 Thess. 2, 16. 1 Petr. 1, 22. 2, 17. 1 Ioh. 2, 10. 3, 10. quo l. post vv. *ὁ μή — αὐτοῦ* repete ex antecedd. *οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ.* Cf. de verbo latente in antecedd. vel in sequentibus aut facile cognoscendo ex oratione contexta *Win.* p. 522 sq. p. 539. *Herm.* ad Vig. p. 869. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 234. 841. Ev. Marc. p. 129. 642. — v. 11. 14 bis. v. 23. 4, 7. 11. 12. 20. 21. 5, 1. 2. 2 Ioh. v. 1. 5. Apoc. 1, 5. 3, 9. — Marc. 10, 21. *ἠγάπησεν αὐτὸν — αὐτῷ* *bene cupiens ei dixit* vel [vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 433.] *benigne affatus est eum.* Cf. de simplicitate structurae per partic. *καί* vinctae apud Graecos *Heindorf* ad Plat. Phaedr. p. 275 vel p. 254 b. coll. *Matth.* §. 557, 1. *Win.* p. 439. et de verbis duobus apud Hebraeos ita interveniente partic. ו [= *καί*] iunctis, ut alterum, maxime prius, adverbii locum expleat. *Gesen.* p. 823. gram. hebr. §. 109. *Ewald* p. 631. gr. min. p. 259. *Win.* l. l. — de imperfecto Ioh. 11, 5. 13, 23. 19, 26. 21, 7. 20. pertinente ad rem durantem, continuatam vel repetitam *Heindorf* ad Plat. Theaet. p. 328. *Fischer* ad Well. Vol. 2. p. 258. *Matth.* §. 487. *Buttm.* §. 124, 4. 5. *Herm.* ad Vig. p. 745 fin. *Win.* p. 245. — *ἀγαπήσεις* i. e. *diliges* [*credo*] *τὸν πλησίον σου* Matth. 5, 43. 19, 19. 22, 39. Marc. 12, 31. Rom. 13, 9. Eph. 5, 14. Iac. 2, 8. Cf. de futuro, quatenus ad vim imperat. accedat, *Gesen.* p. 771. *Ewald* p. 557. 531. gr. min. p. 334. *Matth.* §. 498. *Win.* p. 289. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 252. (Hdian. 1, 5. 7. Xenoph. Mem. 1, 5. 4.) *τοὺς ἐχθρούς* Matth. 5, 44. Luc. 6, 27. 35. — de Deo bene alicui cupiente Ioh. 3, 16. 14, 21. 15, 9. 17, 23 bis. v. 24. Rom. 9, 13. 25 bis. 2 Cor. 9, 7. Col. 3, 12. 1 Thess. 1, 4. 2 Thess. 2, 16. Hebr. 12, 6. 1 Ioh. 4, 10. 11. 19. 21. Apoc. 20. 11. — interveniente pronom. relat. iungitur c. substant. coniugato *ἀγάπην ἀγαπᾶν τινα* = *benevolentiam exhibere alicui* Ioh. 17, 26. Eph. 2, 4. Cf. *Win.* p. 202. 203. coll. *Matth.* §. 408. *Buttm.* §. 118, 3. *Fischer* 3, a. p. 422. *Iacob* ad Lucian. Tox. p. 155. *Ges.* p. 809. *Ewald* p. 590. gr. min. p. 257. — *ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν* Ioh. 3, 35. 10, 17. Eph. 1, 6. — *τὸν θεόν* vel *τὸν κύριον ἰησοῦν χριστόν*, ubi Lat. *colo, veneror* Matth. 22, 37. Marc. 12, 30. 33. Rom. 8, 28. 1 Cor. 2, 9. 8, 3. Iac. 1, 12. 2, 5. 1 Ioh. 4, 10. 19. 20 bis. 5, 1. 2. — Ioh. 14, 15. 21. 23. 24. 31. Eph. 6, 24. (de admirantibus vel colentibus aliquem Plut. vit. Lycurg. c. 31.) —

2) ubi poni poterat *φιλέω*, *amo*, a) sq. acc. pers. Matth. 5, 46. Luc. 6, 32 bis. Cf. *Tittmann* de synonym.

in N. T. p. 50 sqq. — b) sq. acc. rei, ubi Lat. *delector aliqua re, amo,* Luc. 11, 43. Ioh. 3, 19. 12, 43. 2 Tim. 4, 10. Hebr. 1, 9. 1 Petr. 3, 10. 2 Petr. 2, 15. 1 Ioh. 2, 15 bis. — 2 Tim. 4, 8. τοῖς — αὐτοῦ *iis, qui cum delectatione immorantur Iesu adventuri cogitationi.* Cf. de perfecto pertinente ad rei absolutae vel perfectae durationem indicandam et simul praesentis notionem includente *Matth.* §. 497. §. 500. §. 502. §. 505, 3. *Buttm.* §. 100, 2. §. 124, not. g. gram. max. §. 113. p. 55. *Herm.* ad Vig. p. 748. *Win.* p. 248. 309. 325. *Fritzsche* diss. 2. p. 106. — ita pro אָהַב Ps. 45, 8. (Xen. Cyr. 7, 5. 67.) —

Ἄθεσμος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et θεσμός lex, propr. lege non praescriptus) *legis violator, impius.* Bis in N. T. 2 Petr. 2, 7. 3, 17. (Diod. Sic. 1, 14)

Ἀθετέω, ῶ f. ήσω, (ab ἄθετος abrogatus, reiectus, ex α priv. et τίθημι pono: abrogo) *vanum et irritum reddo* i. e. *vi sua privo* = vel *everto, tollo*, sq. acc. *rei*, ut τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ Marc. 7, 9. τὴν βουλὴν τ. θ. Luc. 7, 30. quo loco εἰς ἑαυτούς = *in detrimentum suum* [vid. εἰς] τὴν σύνεσιν τινος 1 Cor. 1, 19. — vel *tollo*, τὴν χάριν τοῦ θεοῦ Gal. 2, 21. διαθήκην Gal. 3, 15. — vel *violo*, ut τὸν νόμον Hebr. 10, 28. τὴν πίστιν 1 Tim. 5, 12. (Diod. Sic. T. 10. p. 49.) — — sq. acc. personae, i. e. vel: *preces alicuius irritas reddo* = *repudio aliquem* Marc. 6, 26. (Ios. Ant. 15, 2. 6. Diod. Sic. 1, 41.) vel: *doctrinam, praecepta alicuius irrita reddo* = *repudio aliquem* Luc. 10, 16. Ioh. 12, 48. 1 Tim. 4, 8. Iud. v. 8. — οἱ ο' pro: הֵנִיא Ps. 33, 10. נָאַץ 1 Sam. 2, 27. Saepius non habetur in N. T.

Ἀθέτησις, εως, ἡ, *abolitio* Hebr. 7, 18. 9, 26.

Ἀθῆναι, ῶν, αἱ, *Athenae*, [de plur. vid. sub ἄζυμος notata] civitas illa Graeciae olim nobilissima, philosophiae studiis celebratissima, belli pacisque artibus florentissima, virorum denique clarissimorum foecundissima Act. 17, 16.

Ἀθηναῖος, α, ον, *Atheniensis* Act. 17, 21.

Ἀθλέω, ῶ f. ήσω, *certo, athletarum certamen ineo*, pugione, cestu, disco, lucta, cursu. Semel in N. T. 2 Tim. 2, 5. (Ael. V. H. 10, 1.)

Ἄθλησις, εως, ἡ, (ἀθλέω) *certamen, certatio* (athletarum Polyb. 5, 64. 6. Ael. V. H. 2, 23.) παθημάτων *conflictatio cum miseriis* [vid. de genit. obiective posito sub voc. ἀγάπη monita] Hebr. 10, 32.

Ἀθυμέω, ῶ f. ήσω, (α priv. et θυμός) *animum despondeo.* Semel in N. T. Col. 3, 21. — οἱ ο' pro חָרָה Gen. 4, 5. 2 Sam. 6, 8. (Xen. An. 3, 2. 18. Pol. 3, 54. 7. Thuc. 2, 88.)

Ἀθῷος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et θωή, mulcta; propr. impunis, Diod. Sic. 1, 54. Pol. 2, 60. 1.) *insons, innocens* Matth. 27, 4. sq. ἀπό [i. e. *remotus a culpa* cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 808.] Matth. 27, 24. Ita οἱ ο' pro נָקִי sq. מִן 2 Sam. 3, 28. (Hist. Sus. v. 46. Similiter ἁγνός sq. ἀπό Anth. gr. T. 4. p. 144. ed. *Iac.* item καθαρός et ἁγνός ἀπό τινος Dem. 1371, 22. et καθαίρειν ἀπό τινος Appian. B. C. 2. p. 709.)

Αἴγειος, ου, ὁ, ἡ et εία, ειον, *hircinus, caprinus* (ab αἴξ, γός, caper) Hebr. 11, 37. (Apoll. Rhod. 4, v. 1349.)

Αἰγιαλός, οῦ, ὁ, *littus, ora maritima* Matth. 13, 2. al. (Xen. Anab. 6, 2. 1 et 7.)

Αἰγύπτιος, ία, ιον, *aegyptius* Act. 7, 22. 24. quo l. ex verbis antecedentibus τὸν ἀδικούμενον cogitatione addendum: τὸν ἀδικοῦντα cf. *Win.* p. 516. Act. 7, 28. al.

Αἴγυπτος, ου, ἡ, *Aegyptus.* Nomen regionis Africae, habentis ab occasu Libyam et Marmaricam, ab oriente Arabiam petraeam et sinum arabicum, a meridie Aethiopiam, a septentrione mare mediterraneum. Abundabat haec terra, excellens soli fertilitate, repetenda maximam partem a Nilo flumine, ab Aethiopia inde mediam Aegyptum perfluente, equis, hippopotamis, crocodilis, piscibus, frumento, allio, cepis, cucurbitis, bysso, papyro, lino, oleis, acaciis, sycomoris; metallis vero et ligno penitus fere carebat. Uti Aegyptus occidentalis et orientalis montium tractus habet a meridie ad septentrionem procurrentes, ita loca, Libyae confinia, sunt arenosa, Arabiam vero quae attingunt, saxosa et pecuariae soli apta. Praeter astronomiam aliarum etiam artium et disciplinarum studio terra haec celebrata est. Neque tamen unquam defuerunt, quae incolis essent molestissima, ut lepra ἐγχώριος, musquitorum importunitas, immensa ranarum copia, item locustarum examina, frugibus perniciosissima. Dividebatur Aegyptus tempore antiquissimo in superiorem (*Thebaida*, serius: *Said*), mediam (*Heptanomida* sitam ad lacus Moerida et Mesida), et inferiorem, cuius pars aliqua *Deltae* etiam nomine insignitur, et, quemadmodum Hebraeis מִצְרַיִם terra haec dicebatur, ita, qui regia in ea essent potestate, muneris tantum nomine i. e. Pharaones (= reges) ante Salomonem, post huius vero tempora nominibus propriis in libris sacris commemorantur. Ab exilii denique babylonici inde tempore Iudaeorum, nunc sponte, nunc Alexandro M. et Ptolemaeis auctoribus huc profectorum, tanta fuit multitudo, ut Ptolemaeo Philopatore regnante templum non modo, simile Hierosolymitano, Leontopoli exstruerent, sed omnino patrio more sacra facerent. Cf. *Winer* bibl. Realw. sub voc. *Aegypten.* — Matth. 2, 13. 14. 15. Act. 2, 10. al.

Ἀΐδιος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (ἀεὶ semper) *sempiternus, aeternus* Rom. 1, 20. Iud. v. 6. (Sap. 7, 26. Pol. 4, 45. 1. Diod. Sic. 1, 11. Xen. Cyr. 7, 5. 78.)

Αἰδώς, όος, οῦς, 1) *pudor, verecundia* 1 Tim. 2, 9. (Xen. Mem. 3, 7. 5.) — 2) *reverentia* Hebr. 12, 28. (Xen. Anab. 2, 6. 14.)

Αἰθίοψ, ιοπος, ὁ, (αἴθομαι uror et ὤψ, facies, propr. adustus faciem) *Aethiops* hebr. כּוּשִׁי Act. 8, 27. Est autem, quae h. l. et Ierem. 13, 23. Ies. 18, 1. Ez. 3, 10. commemoratur Aethiopia vel כּוּשׁ Aethiopia superior vel *Habesch* dicta, Aegypto finitima, includens insulam Meroën, cum, quae Num. 12, 1. Habac. 3, 7. 2 Chron. 14, 8. 21, 16. 2 Regg. 19, 9. Ies. 37, 9. memoratur כּוּשׁ, eadem sit terra, quae Arabia felix appellatur cf. *Winer* bibl. Realw. sub vocc. *Aethiopien, Cusch.*

Αἷμα, τος, τό, *sanguis* i. e. materia illa fluida, quae per venas in totum corpus diffunditur, a) per se et universe Marc. 5, 25. 29. Luc. 8, 43. 44. 13, 1. 22, 44. Ioh. 19, 34. Apoc. 19, 13. — in imagine poetica Apoc. 14, 20. Sunt tamen, qui ut Hebraeorum דַּם עֲנָבִים Gen. 49, 11. Deut. 32, 14. ubi οἱ ὁ habent αἷμα σταφυλῆς, ita Apoc. l. l. explicant de sanguine uvarum i. e. de vino sanguinis instar rubente. Cf. Grot. ad h. l. (αἷμα σταφυλῆς Sir. 39, 26. 1 Macc. 6, 34.) — ἀπέχεσθαι τοῦ αἵματος et φυλάττεσθαι τὸ αἷμα, *sanguine* i. e. *esu sanguinis abstinere* Act. 15, 20. 29. 21, 25. Lege enim mosaica Levit. 3, 17. 7, 26. 17, 10. sqq. coll. Gen. 9, 4. sanguine vesci vetitum erat, cum sanguis sedes haberetur animae, nonnisi Deo offerendae. Cf. *Winer* Realw. sub vocc. *Sühnopfer, Speisegesetze.* — (Diod. Sic. 4, 50. Plato Phaedon. c. 45. ed. *Fischer.* Hom. Iliad. 21, 119.) — Formulae solemnes apud prophetas in caedibus et eventis maxime terribilibus depingendis: μεταστρέφεσθαι vel στρέφειν εἰς αἷμα Apoc. 11, 6. Act. 2, 20. coll. Ioel. 3, 4. et ibi LXX. — γίνεσθαι ὡς αἷμα vel γίνεσθαι αἷμα Apoc. 6, 12. 8, 8. 11, 6. 16, 3. 4. — de loco Ioh. 6, 53—56. vid. sub voc. σάρξ notata. —

b) ita, ut includat *animae*, vel *vitae animalis* [*Seele*, i. e. *Leben*] notionem. Sanguis enim animae sedes habebatur, vid. Levit. 17, 10 sqq. cf. *Schulz* die christl. Lehre vom heil. Abendm. p. 111. *Win.* Realw. l. l. — Hinc ex hebr. [cf. *Win.* p. 21.] σὰρξ καὶ αἷμα i. e. σὰρξ αἵματος = *caro sanguine* [per venas diffluente] *animata, vom Blute belebtes Fleisch*, i. e. *der thierisch-lebendige Leib* Hebr. 2, 14. (Sir. 14, 18.) — Inclusa et praedominante *imbecillitatis, imperfectionis*, moralis maxime, *fragilitatis* notione, *der lebende Sinnenmensch* „insofern in der physischen Regsamkeit und Lebendigkeit Lust und Unlust, Kitzel der Leidenschaften, thierische Triebe u. s. w. ihren Sitz aufschlagen." *Schulz* l. l. p. 95 sqq. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 535. — Matth. 16, 17. 1 Cor. 15, 50. Gal. 1, 16. Eph. 6, 12. (Sir. 17, 30.)

c) persaepe αἷμα est: *sanguis per caedem effusus* vel *per caedem effundendus*, ubi nos: *Mord, Ermordung.* Ita in formula αἷμα ἐκχύνειν, i. e. *sanguinem cum anima effundere*, in quibus Lat. etiam *trucidare*, nos: *morden* Act. 22, 20. Rom. 3, 15. Apoc. 16, 6. — οἱ ο' pro שָׁפַךְ דָּם Gen. 9, 6. 38, 21. 2 Sam. 1, 16. 3, 28. — Hinc αἷμα ἐκχυνόμενον, *sanguis, qui cum anima effunditur*, ita de hominis sanguine cum anima effuso, ubi Lat. *caedes facta, caedes*, nos: *Mord, Ermordung*, Matth. 23, 35. Luc. 11, 50. — Num. 35, 33. Ps. 79, 11. — minus plene i. e. sic, ut cogitando addendum sit; ἐκχυνόμενον Matth. 23, 30. ἐν αἵματι τῶν προφητῶν. v. 35. et Luc. 11, 51. ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄβελ, et ἕως τοῦ αἵματος ζαχαρίου. Matth. 27, 4. παραδοὺς αἷμα ἀθῷον *tradens sanguinem innocentem effundendum* pro: *tradens sanguinem innocentis effundendum* i. e. *necandum tradens virum innocentem.*

(Hist. Sus. v. 62.) *οἱ ό* pro דָּם נָקִי 1 Sam. 19, 5. — Matth. 27, v. 6. *τιμὴ αἵματος, Mordpreis*, v. 8. *ἀγρὸς αἵματος* et Act. 1, 19. *χωρίον αἵματος Mordacker*. Matth. 27, 19. Hebr. 12, 24. Act. 2, 19. Apoc. 8, 7. — ita Prov. 29, 10. (Hdian. 2, 6. 6. Diod. Sic. 18, 56. Dem. 548, ult.) — *τὸ αἷμά τινος ἔρχεται ἐπί τινα*, *mors alicuius violenta defertur in aliquem, der gewaltsame Tod Jemandes fällt Einem zur Last, er ist dafür verantwortlich* Matth. 23, 35. 27, 25. Act. 18, 6. — cf. 2 Sam. 1, 16. Ier. 51, 35. — *ἐπάγειν τὸ αἷμά τινος ἐπί τινα*, *violentam alicuius mortem devolvere in aliquem, die Ermordung Jemandes auf Einen bringen* Act. 5, 28. — *καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων*, *ich habe keine Schuld an der Todesstrafe und dem Untergange Aller* Act. 20, 26. — *ἐκζητεῖν αἷμά τινος*, *Jemandes Ermordung rächen* Apoc. 6, 10. 19, 2. Luc. 11, 50. — Hinc et quoniam sanguis animae sedes haberetur, verbis Apoc. 16, 6. *αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πιεῖν* poena atrocissima adumbratur. Ad verba Apoc. 18, 24. cf. quae habet *Gesen.* ad Ies. 26, 21. — — De victimarum sanguine effuso dicitur *αἷμα*, nunc quatenus lustrandi et expiandi vim haberet (cum enim sanguis haberetur sedes animae, cum illius effusione haec simul effundi et offerri credebatur, sic, ut anima effusa = *das aufgeopferte Leben*, Deo oblata, lustraret et expiaret; vid. Levit. 17, 10.), ubi nos vel: *Opferblut*, Lat. *sanguis victimae mactatae* Hebr. 9, 7. 21. 22. 11, 28. — *αἷμα τράγων καὶ μόσχων sanguis hircorum et vitulorum pro victima mactatorum* Hebr. 9, 12. 13. 19. 10, 4. — *αἷμα ἀλλότριον* opp. *τῷ αἵματι τῷ ἰδίῳ* i. e. *sanguis victimae alienae, non a semetipso victimae instar mactato desumtus* 9, 25. *ζώων τὸ αἷμα* Hebr. 13, 11. — Hinc de Iesu, qui, dum sanguis eius effunderetur i. e. morte subeunda certiores nos reddidit de venia peccatorum a Deo impetranda et hanc ipsam ob causam comparatur victimae *ῥαντιζούσῃ*, vel *ἁγιούσῃ* vel *καθαριζούσῃ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας*. Hebr. 9, 12 et 13, 12. *τὸ ἴδιον αἷμα* i. e. *sanguis corporis sui, victimae instar, mactati*. — *τὸ αἷμα τοῦ χριστοῦ sanguis Christi victimae instar trucidati* Hebr. 9, 14. 10, 19. 1 Petr. 1, 2. 19. 1 Ioh. 1, 7. 5, 6. 8. Apoc. 1, 5. 5, 9. 7, 14. 12, 11. — vel: *Lebensaufopferung, gewaltsamer Tod, mors cruenta* Act. 20, 28. Rom. 3, 25. 5, 9. 1 Cor. 10, 16. Eph. 1, 7. 2, 13. Col. 1 [14.], 20. quo l. *τὸ αἷμα τοῦ σταυροῦ* = *das am Kreuze vergossene Blut* i. e. *der gewaltsame Tod am Kreuze*. Cf. de gen. locum indicante, quo [i. e. *an, auf, in, um*] factum est aliquid *Win.* p. 172. coll. *Gesen.* p. 676. *Ewald* p. 568. gr. min. p. 245. *Fritzsche* Coniect. p. 4. et de duplici genit. Col. 1, 20. *τοῦ στ. αὐτοῦ*, pendente quidem uno ab altero, sed varia ratione posito *Win.* p. 175 sq. *Matth.* §. 380, not. 2. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 54. 611. — nunc quatenus foederis sanciendi vim haberet victimarum sanguis effusus Hebr. 9, 18. 20. coll. Exod. 24, 8. — quo factum est, ut et Iesus *τὴν διαθήκην τὴν καινὴν* sanguinis sui effusione vel morte sua cruenta sanxisse diceretur Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. 27. Hebr. 10, 29. 13, 20. cf. *Winer* Realwörterb. 1. p. 236. (Liv. 23, 8. sanguine Hannibalis sanciam romanum foedus.) —

d) quarta denique ratione [Beziehung] ita usurpatur vox *αἵματος*, ut, qui gignuntur vel nascuntur ab aliquo, gigni vel nasci dicantur ex sanguine eius. Uti enim vitae animalis ipsius sedes habebatur sanguis, ita eiusdem stamina vel semina contineri sanguine credebantur. Cf. *Schulz* l. l. p. 111. — Ioh. 1, 13. de h. l. plurali *ἐξ αἱμάτων*, ratione patris et matris habita, posito [ut Eur. Ion. v. 693.] vid. sub *ἄζυμος* notata. Act. 17, 26. (Hom. Iliad. 6, 211. ad quem l. Eustath. *φησὶν οἱ σοφοί, ὡς τοῦ σπέρματος ὕλην τοῦ αἵματος ἔχοντος*. Hinc de progenie Ios. Ant. 20, 10 ab init. Plut. Apophth. T. 2. Moral. p. 184. ed. *Tauchn.* Eur. Phoen. 254. Orest. 345. et sanguis Liv. 38, 58.) Saepius non extat in N. T.

Αἱματεκχυσία, *ας*, *ἡ*, (*αἷμα* et *ἐκχέω* effundo) *sanguinis* [cum anima] *effusio*. Legitur tantum Hebr. 9, 22. Vide *αἷμα*.

Αἱμοῤῥοέω, *ῶ*, (*αἷμα*, *ῥέω* fluo) *sanguinis profluvio laboro*. Extat tantum Matth. 9, 20. (Plut. de Fluv. Mor. Vol. 6. p. 464 ed. *Tauchn.*) *οἱ ό* Levit. 15, 33.

Αἰνέας, *ου*, *ὁ*, *Aeneas*, nom. propr. viri Act. 9, 33.

Αἴνεσις, *εως*, *ἡ*, (*αἰνέω*) *laus, laudatio*. Semel in N. T. Hebr. 13, 15. — *οἱ ό* pro תּוֹדָה Ps. 26, 2. תְּהִלָּה Ps. 66, 2. רִנָּה 2 Chr. 20, 22. זִמְרָה Ies. 12, 2.

Αἰνέω, *ῶ* f. *ήσω* vel *έσω*, (ab *αἶνος* quod vid. De voc. Graecis antiquioribus incognito positoque pro meliori *ἐπαινέω* cf. *Passow* 1. p. 50.) *laudo*, *celebro*, *τὸν θεόν* Luc. 2, 13. quo l. si plural. participii refertur ad singularem vid. de plural. adiectivorum vel particip. iuncto cum singulari nominis collectivi *Matth.* §. 302. 434. *Buttm.* §. 116, 2. *Win.* p. 214. 330. *Alt* p. 69. — Luc. 2, 20. 24, 53. Act. 2, 47. 3, 8. 9. Apoc. 19, 5. — Rom. 15, 11. quo l. si alternat praes. cum aoristo et neglectum videtur, quod est inter imperativ. aoristi [de quo vid. *ἀγοράζω*] et inter imperativ. praesentis [pertinente ad rem, quae iam fit vel durat vel saepius repetitur vid. *Herm.* ad Vig. p. 773. 748. ad Soph. Aiac. v. 1061. Oed. Col. v. 91. *Matth.* §. 501. *Buttm.* §. 124, 5. *Win.* p. 291.] auctor rem ipsam verbo significatam magis, quam rei durationem aut repetitionem tenuisse putandus est. Vide Grammatices modo laudatos. — *τὸν θεὸν περί τινος* Luc. 19, 37. — *οἱ ό* pro הוֹדָה Gen. 49, 8. הִלֵּל 1 Chron. 17, 4. 10. שַׁבַּח Dan. 2, 23. בָּרֵךְ Ps. 100, 4. שִׁיר Ps. 106, 12. Saepius non extat in N. T.

Αἴνιγμα, *τος*, *τό*, (*αἰνίσσομαι* obscure aliquid significo Aelian. V. H. 2, 29.) *aenigma* i. è. *sermo obscurus, obscura alicuius rei significatio*. Semel in N. T. 1 Cor. 13, 12. *ἐν αἰνίγματι* i. e. *αἰνιγματικῶς*, i. e. *obscure*. — *οἱ ό* pro חִידָה Prov. 1, 6. (Dem. 184, ult. Plut. Galba c. 24. *δι' αἰνιγμῶν*.)

Αἶνος, *ου*, *ὁ*, (dictum Hom. Odyss. 14, 508.) *laus*. Extat tantum Matth. 21, 16. Luc. 18, 43. — *οἱ ό* pro עֹז Ps. 8, 3. (Hom. Odyss. 21, 110.) Cf. *Buttm.* Lexilog. Vol. 2. p. 112.

Αἰνών, *ἡ*, *Aenon* (= עֵינָוָן fontes, Buxtorf. Lex. chald. rabb. p. 1071.) nomen pp. vel loci, vel fontis, qui Ioh. 3, 23. haud procul abfuisse dicitur a Salim.

Αἵρεσις, *εως*, *ἡ*, (*τὸ αἱρεῖν*, deinde optio data inter duo proposita Aeschin. Dial. Socr. 2, 3. Pol. 3, 103. 7.) *secta*, i. e. *coetus hominum, qui seiungentes se ab aliis sua dogmata sequuntur et instituta* Act. 5, 17. 15, 5. 24, 5. 14. 26, 5. 28, 22. 2 Petr. 2, 1. *αἱρέσεις ἀπωλείας*, *sectae perniciosae*. De genit. *ἀπωλ.* adiect. posito vid. sub voc. *ἀγάπη* notata. (Ios. B. I. 2, 8. §. 1. 3. 7. Diod. Sic. 2, 29.) — 2) ex adiunct. *dissidium*, *contentio* 1 Cor. 11, 19. Gal. 5, 20. Saepius non legitur in N. T.

Αἱρετίζω, f. *ίσω*, (pp. eligo 1 Macc. 9, 30.) ex hebr. *diligo, amo*. Semel legitur Matth. 12, 18. *ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα*. — *οἱ ό* pro חָפֵץ Num. 14, 8. (3 Esdr. 4, 19.) Vox alexandrini aevi. Vid. *Sturz* de dial. maced. p. 144.

Αἱρετικός, *ου*, *ὁ*, vel *sectarum condendarum studiosus*, vel *rixas et dissidia fovens*. Extat tantum Tit. 3, 10.

Αἱρέω, *ῶ* f. *ήσω*, *capio*, (ut urbem Xen. Ages. 1, 22. eligo Thuc. 3, 82.) *αἱρέομαι*, *οῦμαι*, aor. 2. med. *εἱλόμην*, *mihi capio* i. e. *eligo*, sq. accus. rei [cf. de medio aliam significationem eamque transitivam sumente *Win.* p. 231 sq. *Matth.* §. 491. *Buttm.* §. 122, 4.] 2 Thess. 2, 13. (Hdian. 4, 14. 3.) — Phil. 1, 22. de h. l. fut. in interrogatione dubitantis vel deliberantis vid. sub *ἀγοράζω* monita. = sq. infinit. obiecti nota [cf. *Win.* p. 294. *Alt* p. 161. *Matth.* §. 531. 534. *Buttm.* §. 127.], ut *συγκακουχεῖσθαι* Hebr. 11, 25. de infinit. praes. vid. sub *ἀδύνατος* observata. 2 Thess. 2, 13. Phil. 1, 22. Hebr. 11, 25. (Pol. 2, 23. 2. Hdian. 4, 14. 3.)

Αἴρω, [forma attic. contracta ex *ἀείρω*] f. *ἀρῶ* a. 1. *ἦρα* perf. *ἦρκα* perf. p. *ἦρμαι* a. 1. p. *ἤρθην* [de iota subscripto in his tempp. non admittendo vid. *Win.* p. 48. *Buttm.* gr. max. Vol. 1. p. 454.] — 1) *tollo* i. e. *attollo*, *ich hebe auf, ich hebe in die Höhe* a) de rebus et personis, quae ante pedes vel in loco inferiore sunt, ut hominem accumbentem Matth. 22, 13. *ἰχθὺν* 17, 27. — *κλίνην* vel *κράββατον* Matth. 9, 6. Marc. 2, 11 et Act. 21, 11. Sunt tamen, qui in his ll. explicant: *sumo*. Vide infra. — Matth. 14, 12. 20. 15, 37. Marc. 2, 3. 6, 29. 43. 8, 19.

20. 16, 18. Luc. 9, 17. Ioh. 8, 59. Act. 27, 17. Apoc. 18, 21. (1 Macc. 9, 19. Diod. Sic. 9, 41. Xen. de re eq. 6, 8.) — sq. duplici acc. uno obiecti, altero praedicati [cf. *Matth.* §. 428. p. 790. §. 421, not. p. 771. D' Orvill. ad Charit. p. 219. *Win.* p. 205. coll. *Matth.* §. 310. *Kön.* ad Greg. Cor. p. 331 ed. *Schäfer.*] Marc. 8, 8. ἦραν — σπυρίδας *sie hoben an übriggebliebenen Brocken sieben Körbe auf.* Vide ad h. l. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 313. — τινὰ νεκρόν *Jemanden für todt aufheben* Act. 20, 9. — in re nautica: αἴρειν *lichten*, pro pleniore αἴρ. τὰς ἀγκύρας Act. 27, 13. (Thuc. 2, 23. plene Plut. vit. Pomp. c. 50. Cf. *Win.* p. 533. L. *Bos.* p. 14. 15 ed. *Schäfer.*) — b) de partibus corporis, quae demissae ante elevantur, ut τὴν χεῖρα sq. εἰς τὸν οὐρανὸν Apoc. 10, 5. — οἱ ο' pro נָשָׂא יָדַיִם Deut. 32, 40. (Xen. An. 7, 3. 6.) — τοὺς ὀφθ. addito ex abundanti [vid. *Win.* p. 546. *Matth.* §. 636. *Lob.* ad Phryn. p. 10. *Bornem.* schol. p. 166.] ἄνω Ioh. 11, 41. — οἱ ο' pro נָשָׂא עֵינַיִם Ps. 121, 1. — de voce ex imo pectore clamante = *erheben*, φωνήν Luc. 17, 13. πρός τινα Act. 4, 24. — οἱ ο' pro נָשָׂא קוֹל Iudd. 21, 2. (ἐξαίρειν φωνήν Philostr. vit. Apollon. 5, 9.) — c) *suspendendi* notione inclusa [in die Höhe heben u. schweben lassen. Ita plusqpf. verbi ἀείρω· ἤρτο, ἄωρτο *pendebat* Hom. Iliad. 3, 272. cf. *Buttm.* Lexilog. 1. p. 293.] trop. τὴν ψυχήν τινος *animum alicuius suspensum teneo* i. e. *facio* vel *ita ago, ut incertus et dubius sit aliquis, quid mihi velim* Ioh. 10, 24. (Philostr. 2, 4.)

2) *sublatum porto*, sq. acc. et ἐπὶ χειρῶν Matth. 4, 6. vel ἐπ' ἐμέ 11, 29. — τὸν σταυρόν Matth. 27, 32. Marc. 15, 21. coll. Luc. 23, 26. qui habet φέρω. — τὸν σταυρόν μου trop. pro: *calamitates mihi perferendas in me recipio* Matth. 16, 24. Marc. 8, 34. 10, 21. Luc. 9, 23. „distat autem locutio λαμβάνειν et αἴρειν τ. στ. αὐτοῦ sic, ut haec perferre supplicia non involuta *promti animi* significatione designet. Utriusque rationes inde ducendae sunt, quod ad crucis supplicium damnati patibulum ad supplicii locum ferre cogerentur", ita *Fritzsche* IV Evv. Vol. 1. p. 389 et *de Wette* ad Matth. 10, 38. — Ioh. 1, 29. ὁ αἴρων — τοῦ κόσμου, *qui fert* vel *sustinet* [ex decreto divino cf. *Win.* p. 242 et quae infra habentur de praesenti ad futura quatenus referatur, observata] *peccata mundi.* Cf. ad h. l. *Lücke* et *de Wette.* — (ἀείρω porto Hom. Od. 3, 312.)

3) *tollo* i. e. *aufero, wegnehmen* a) exclusa violentiae notione, sq. acc. rei Matth. 20, 14. 24, 17. 18. Marc. 13, 16. Luc. 6, 29. ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον quo l. alii: σοῦ τὸ ἱ. explicant: *pallium tuum*, alii σοῦ esse i. q. ἀπὸ σοῦ interpretantur: *ab eo, qui auferre conatur a te conatur pallium.* Cf. de praesenti hacteuus futurascente, quatenus indicat, aliquem in eo esse, ut faciat aliquid *Matth.* §. 504, 3. *Herm.* ad Soph. O. R. v. 1444. ad O. C. v. 382. *Markl.* ad Eur. Suppl. v. 740. *Bornem.* schol. p. 26. 119. *Win.* p. 242. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 364. *Alt* p. 121. et de eodem participii praes. usu *Matth.* §. 499. 566, 6. *Rost* §. 116, not. 5. *Herm.* ad Vig. p. 775. *Win.* p. 322 sq. *Alt* p. 175. *Lücke* T. 1. p. 385. *Ges.* p. 792. *Ewald* p. 534. gr. min. p. 323. — Luc. 6, 30. 19, 21. 22. quo l. αἴρω = *auferre soleo.* Vide de hoc praes. usu sub ἀδικέω observata. Ioh. 19, 31. 38. Marc. 15, 24. τίς τί ἄρῃ *quis quid auferret* pro: *quis* aliquid *auferret* et *quid* is *auferret?* Cf. de duplici interrogatione *una* comprehensa *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 1164. Antig. v. 2. Philoct. v. 1080. Eur. Alcest. v. 215. *Heind.* ad Plat. Theaet. p. 416. *Matth.* §. 488, 12 et not. 2. *Bornem.* schol. p. 120. *Fritzsche* Coniect. p. 36. 52. *Eiusd.* Ev. Marc. p. 686. *Win.* p. 539. — τὶ ἀπό τινος Matth. 13, 12. 21, 43. 25, 28. 29. Marc. 4, 25. Luc. 8, 18. 19, 24. 26. — οἱ ο' pro נָשָׂא sq. מִן Gen. 40, 19. — τὶ ἔκ τινος Marc. 13, 15. — — τινά, ut τὸν κύριον pro: *corpus domini* Ioh. 20, 13. — addito ἐκ τοῦ μνημείου Ioh. 20, 2. In quibus Iohannis locis ἦραν imperf. = *man hat weggenommen.* Cf. de 3 pers. plur. imperson. posita *Matth.* §. 294. *Buttm.* §. 116, 12. *Fischer* 3, a. p. 347. *Wolf* Leptin. p. 288. *Bornem.* schol. p. 83. *Win.* p. 339. — τινὰ ἐκ μέσου τινῶν = *excludo aliquem e coetu quorundam* 1 Cor. 5, 2. — τινὰ ἐκ τοῦ κόσμου = *von der Welt nehmen* Ioh. 17, 15. Cf. *Lücke* ad h. l. — *sumendi* sensu, sq. acc., ut κλίνην, κράββατον, ζώνην Matth. 9, 6. Marc. 2, 11. Act. 21, 11. — τὰ μέλη τοῦ χριστοῦ i. e. *membra Christi usibus dicata* 1 Cor. 6, 15. de h. l. particip. ἄρας non ex abundanti posito vid. *Win.* p. 549 sq. — seq. acc. rei, quam aliquis, iter facturus [εἰς ὁδόν vel εἰς τὴν ὁδόν *in iter, reisebehufs*], loco suo movet et *secum sumit*, ut πήραν, ῥάβδον, ἄρτον Luc. 9, 3. Marc. 6, 8. Cf. de huius l. interpretatione et lect. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 209. *Win.* p. 503. *Griesb.* ed. *Schulz.* et de construct. variata in verbis: ἵνα μηδὲν ἄρωσιν — ἀλλ' ὑποδεδεμένους [scil. ἰέναι] — καὶ ἐνδύσασθαι *Fritzsche* l. l. *Win.* l. l. et sub ἀγαπάω monita. — Luc. 22, 36. — de rebus, quae loco suo moventur, ubi Lat. *amoveo, dimoveo*, nos: *hinwegthun*, sq. acc. rei Matth. 21, 21. quo l. imperat. ἄρθητι *tollitor, hebe dich weg.* Cf. de passivi signif. reflexiva sub ἁγνίζω observata. — Ioh. 11, 39. — addito ἀπό τινος Eph. 4, 31. ἀρθήτω — ὑμῶν = *absit a vobis.* — τὶ ἔκ τινος vel ἐντεῦθεν Ioh. 20, 1. 2, 16. αἴρ. κλῆμα = *palmitem amputando auferre* i. e. *amputare* Ioh. 15, 2. τὰς ἁμαρτίας i. e. *deleo peccatorum memoriam et repetitionem*, ita de Iesu et expiante peccata et mores hominum emendante 1 Ioh. 3, 5. Cf. *Lücke* ad h. l. — χειρόγραφον = *deleo* Col. 2, 14. τὴν κρίσιν τινος *sententiam condemnatoriam de aliquo latam* = *poenam alicui impositam aufero* i. e. *poenam alicuius cessare facio* Act. 8, 33. coll. Iesaia 53, 8. — — b) violentiae notione inclusa = vel: *eripio*, sq. accus. rei ut τὸν λόγον Marc. 4, 15. τὴν πανοπλίαν Luc. 11, 22. 52. (ita ἀείρω Hom. Od. 21, 18.) — τὶ ἀπό τινος *aufero aliquid ab aliquo* i. e. *eripio alicui aliquid* Luc. 8, 12. Ioh. 10, 18. 16, 22. de h. l. praesenti in re futura i. e. in re *certo* vel proxime eventura cf. *Win.* p. 242. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 135. 554. *Herm.* ad Soph. O. C. v. 1372. *Matth.* §. 504, 3. *Alt* p. 121. — vel: *abscindo*, τινός *ab aliqua re* scil. τι [vid. de τὶς omisso sub τὶς observata] Marc. 2, 21. De genit. post vv. separandi cf. *Win.* p. 183. *Matth.* §. 354, β. — ἀπό τινος scil. τὶ Matth. 9, 16. αἴρει — ἱματίου *tollit enim eius* [scil. veteris vestimenti] *supplementum de veste* scil. aliquid. Cf. *Fritzsche* ad h. l. p. 346.

4) *tollo* i. e. *e medio tollo*, τινὰ i. e. *e vita tollo aliquem, aus dem Wege räumen, wegschaffen* Matth. 24, 39. Act. 21, 36. — Luc. 23, 18. de h. l. imperat. praes. alternante c. imperat. aor. vid. sub αἰνέω notata. — Ioh. 11, 48. ἀροῦσιν — τὸν τόπον [= *devastabunt locum*] καὶ τὸ ἔθνος *et populum e medio tollent.* Cf. de h. l. zeugmate *Win.* p. 540. *Lücke* ad h. l. *Matth.* §. 634. — abest acc. e contextu facile cognoscendus Ioh. 19, 15. quo l. si in vehementi animi commotione per diplasiasmum duplicatur cum gravitate ἆρον cf. *Win.* p. 551. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 241. *Alt* p. 261. *Bornem.* schol. p. 53 sq. *Gesen.* p. 670. *Ewald* p. 636. gr. min. p. 293. — τινὰ vel τὴν ζωήν τινος ἀπὸ τῆς γῆς Act. 22, 22. 8, 33. — οἱ ο' pro אָסַף Ies. 57, 1. (1 Macc. 5, 2.) Saepius non legitur in N. T.

Αἰσθάνομαι, f. αἰσθήσομαι, verb. dep. med. [vid. ἀγωνίζομαι] *sentio* (propr. sensibus percipio Xen. Mem. 1, 2. 31.) i. e. *intelligo.* Semel Luc. 9, 45. — LXX pro בִּין Iob. 23, 5. (Xen. Cyr. 1, 1. 2 et 6.)

Αἴσθησις, εως, ἡ, (sensus, sentiendi vis Xen. Mem. 1, 4. 5.) *cognitio.* Semel legitur Phil. 1, 9. — LXX pro דַּעַת Prov. 1, 4. 22. Arrian. diss. epict. 2, 18. 8. Aelian. V. H. 1, 12.)

Αἰσθητήριον, ου, τό, (locus sensuum, Sitz der Sinne; sentiendi vis Galen. de dignot. Puls. 3. ὃς μὲν γὰρ — τὸ αἰσθητήριον ἔχει γεγυμνασμένον ἱκανῶς, ab αἰσθάνομαι) *sensus internus, interne sentiendi vis* Hebr. 5, 14. i. q. Ierem. 4, 19. τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας.

Αἰσχροκερδής, έος, οῦς, ὁ, ἡ — ές, τό, (αἰσχρός et κέρδος) *turpis lucri studiosus.* Bis in N. T. 1 Tim. 3, [8.] 8. Tit. 1, 7. (Xen. Ages. 11, 3. Dem. 1204, 21.)

Αἰσχροκερδῶς, adv. (vid. vocab. praeced.) *turpiter inhiando lucro* i. q. αἰσχροῦ κέρδους χάριν. Extat tantum 1 Petr. 5, 2. coll. Tit. 1, 11. De notione eadem et negando et affirmando enunciata vid. *Win.* p. 552. *Matth.* §. 636. *Herm.* ad *Elmsl.* Eur. Med. p. 361. *Iacob* quaest. Lucian. ad calc. Lucian. Tox. p. 19. *Alt* p. 204.

Αἰσχρολογία, ας, ἡ, (turpiloquium ab αἰσχρολογέω) *sermones obscoeni.* Legitur tantum Col. 3, 8. (Pol. 8, 13. 8. Diod. Sic. 5, 4. Xen. Lac. 5, 6.)

Αἰσχρός, *ά, όν*, ***turpis*** (propr. i. q. deformis Xen. Symp. 4, 19.) metaph. *turpis moribus*, de iis, qui laedunt vel pudorem nativum (et christianum) Tit. 1, 11. — seq. infinit., subiecti nota [de quo, ut de infin. praes. vid. *ἀδύνατος*] Eph. 5, 12. vel mores civitatis receptos, seq. infin. praes., subiecti nota 1 Cor. 14, 35. — habet inf. artic. et substantivi locum tenet 1 Cor. 11, 6. Cf. *Matth.* §. 540. *Buttm.* §. 112, 5. 1. *Win.* p. 293. *Alt* p. 167. et de inf. aor. 1 Cor. 11, 6. alternante c. infin. praes. vid. *Win.* p. 308 et sub voc. *αἰνέω* observata. (Xen. Mem. 3, 10. 5, Pol. 3, 116. 13. Lysias apud Athen. 12. p. 551. F.)

Αἰσχρότης, *τητος, ἡ*, (ab *αἰσχρός*) *turpitudo*. Legitur tantum Eph. 5, 4. — Vide de subst. in *ότης* sub *ἀγιότης* monita.

Αἰσχύνη, *ης, ἡ*, (ab *αἶσχος*) 1) *pudor* [i. e. fuga dedecoris Xen. An. 3, 1. 10.] i. e. *pudor ob factum illicitum vel inhonestum, Schaam, Beschämung* Luc. 14, 9. (Xen. An. 2, 6. 6.) — 2) *ignominia, contumelia* aliorum malitia nobis contracta Hebr. 12, 2. (Hdian. 8, 8. 14.) — 3) *res cuius nos pudere debet, turpitudo, flagitium* 2 Cor. 4, 2. *τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχ.* *occulta consilia* vel *molimina cum turpitudine vel flagitio coniuncta*. Phil. 3, 19. — plur. ***αἱ αἰσχύναι τινός***, *flagitia alicuius* Iud. v. 13. de plur. nominum abstractorum vid. *Win.* p. 164. *Iacob* ad Lucian. Toxar. p. 120. 132. *Schäfer* ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 365. *Herm.* ad Vig. p. 739. *Matth.* §. 293. — Apoc. 3, 18. *ἡ α. τῆς γυμνότητος turpitudo, quae cernitur in nuditate* vel *oriens ex nuditate*. (Aeschin. 23, 41.) Saepius non extat in N. T.

Αἰσχύνω, f. *υνῶ dedecore afficio, pudore suffundo* (ab *αἶσχος*) de personis, quae hactenus pudore suffunduntur, quatenus spe, fiducia frustrantur 2 Cor. 10, 8. — *οἱ ό* pro בּוֹשׁ Ps. 6, 11. — ***ἔν τινι*** = *in irgend einer Beziehung* [vid. *ἐν*] Phil. 1, 20. — passiv. *αἰσχύνομαι*, a. 1. p. *ᾐσχύνθην* signif. reflexiva: *pudet me* [vid. sub *ἀγνίζω* observata], sq. inf. praes. [vid. *ἀδύνατος*] Luc. 16, 3. Cf. ad h. l. *Win.* p. 317. — abest inf. facile e contextu cognoscendus, ut *παθεῖν* 1 Petr. 4, 16. (Xen. Mem. 3, 1. 11.) — sq. ***ἀπό τινος***, ubi nos: *vor etwas* [vid. *ἀπό*] 1 Ioh. 2, 28. — *οἱ ό* pro בּוֹשׁ sq. מִן Ier. 22, 22. (Sir. 41, 17.) Saepius non habetur in N. T.

Αἰτέω, *ῶ* f. *ήσω* 1) activum: *peto, postulo* a) universe, sq. acc. rei Act. 16, 29. Luc. 1, 63. 1 Cor. 1, 22. (Hdian. 1, 11. 9. Lycurg. 186, 6. Xen. Anab. 2, 1. 10.) — sq. dupl. acc. et rei et pers. Luc. 12, 48. 1 Petr. 3, 15. (Xen. Anab. 1, 3. 14. 16. Cyr. 8, 3. 41.) cf. *Winer* p. 204. *Buttm.* §. 118, 4. *Matth.* §. 417, d. p. 764. *Rost* §. 104. p. 495. *Alt* p. 61. coll. *Gesen.* p. 813. — b) de rogantibus: *rogo aliquem aliquid* aa) universe, sq. acc. personae Matth. 5, 42. Luc. 6, 30. (Dem. 255, 15.) — sq. acc. rei Matth. 7, 10. Luc. 11, 12. (Hdian. 3, 11. 18. 7, 4. 6. Plut. Apophtheg. T. 2. Moral. p. 22. ed. *Tauchn.*) — sq. dupl. acc. Matth. 7, 9. Marc. 6, 22. 23. Luc. 11, 11. (Palaeph. f. 40.) — sq. acc. rei et *παρά* c. gen. eius, qui rogatur aliquid Matth. 20, 20. Act. 3, 2. de h. l. infinit. praefixum habente *τοῦ*, ubi agitur de causa vel consilio cf. *Matth.* §. 540, 1. *Rost* §. 109, not. 5. *Buttm.* §. 127, not. 1. *Win.* p. 299. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 815. *Alt* p. 161 sq. coll. *Gesen.* p. 802. *Ewald* p. 604. 621. gram. min. p. 264. 272. — (Aelian. V. H. 1, 34. Xen. Anab. 1, 3. 16.) — *οἱ ό* pro שָׁאַל sq. מִן Ps. 21, 5. Deut. 18, 14. — absol. Matth. 7, 8. — bb) de hominibus Deum rogantibus aliquid, sq. acc. pers. Matth. 6, 8. 7, 11. Luc. 11, 13. (Dem. 255, 15.) — sq. acc. rei Ioh. 14, 13. 14. 16, 24. bis. — sq. dupl. acc. Ioh. 16, 23. — *τὶ παρά τινος* 1 Ioh. 5, 15. — quo l. si interveniente pron. relat. iungitur c. nomine coniugato, vid. sub *ἀγαπάω* observata. — Iac. 1, 5. sc. *σοφίαν*. — absolute Ioh. 16, 24. Matth. 7, 7. 8. Iac. 1, 6. 4, 3. 1 Ioh. 5, 16. quo l. *αἰτήσει* = *rogabit, spero* vel: *so bitte er*. vid. de futuro quatenus ad imperat. vim accedat, sub *ἀγαπάω* monita et *Win.* p. 339.

2) med. ***αἰτοῦμαι*** 1) *mihi expeto aliquid* cf. *Buttm.* §. 122, 6. *Matth.* §. 492, b. p. 924. *Win.* p. 231. 234. *Alt* p. 114. — a) universe: *ich fordere etwas für mich oder zu meinem Gunsten*, sq. acc. rei [de quo accus. vid. *Matth.* l. l. *Buttm.* l. l. *Winer* et *Alt* l. l.] Matth. 27, 58. Marc. 15, 43. Luc. 23, 52. Act. 25, 3. 15. (Plut. Apophth. Alex. Mor. 2. p. 22 ed. *Tauchn.*) — sq. accus. personae, quam sibi expetit aliquis absolvendam vel dimittendam Matth. 27, 20. Marc. 15, 6. Luc. 23, 25. — ***τὶ παρά τινος*** Act. 9, 2. — *οἱ ό* pro שָׁאַל sq. מֵעִם Deut. 10, 12. (Xen. Cyr. 1, 6. 5.) — sq. accus. c. infin. [cf. *Matth.* §. 537. *Rost* §. 126. *Win.* p. 294. *Alt* p. 164 sq.] Luc. 23, 23. Act. 3, 14. — Marc. 15, 8. *ἤρξαντο αἰτεῖσθαι* scil. *ποιεῖν*. Cf. de verbo ex sententia secundaria repetenda ad primariam *Fritzsche* ad h. l. et *Win.* p. 523. — sq. accus. personae et re enuntiata per accus. c. infinit. [cf. *Matth.* §. 417, d. *Buttm.* §. 122, 6.] Act. 13, 28. — — b) de rogantibus, *ich erbitte mir*, *τὶ* Matth. 14, 7. 20, 22. Marc. 10, 38. Act. 12, 20. — Marc. 6, 24. *τί αἰτήσομαι* = ***was soll*** *ich mir erbitten?* Vide *ἀγοράζω*. — sq. orat. directa Marc. 6, 25. — (Pal. fab. 5. Diod. Sic. 16, 25. Xen. Cyr. 1, 6. 6.) — — de personis, Deum, ut det sibi aliquid, rogantibus, seq. accus. rei Matth. 21, 22. 1 Ioh. 5, 14. 15. Ioh. 15, 7. — Matth. 18, 19. q. l. *οὗ* per attract. pro *ὅ*. Eph. 3, 20. *ὑπερεκπερισσοῦ ὧν* [ex attract. pro *τούτων, ἃ*] *αἰτούμεθα*. — sq. acc. personae, quam dari sibi rogat aliquis Act. 13, 21. — sq. infinit. obiecti nota [vid. *αἱρέω*] Act. 7, 46. De infinit. aor. post vv. cupiendi, optandi, sperandi, dicendi, promittendi, putandi, iubendi, cum agitur de re statim et certo eventura cf. *Win.* p. 306. *Stallb.* ad Plat. Phileb. p. 158. *Herm.* ad Eur. Med. v. 750. *Lob.* ad Phryn. p. 748. *Matth.* §. 541. — absolute Ioh. 16, 26. coll. 23. 24. Iac. 4, 3. in quibus l. l. si alternant activum et med. cf. *Win.* p. 234. coll. *Bornem.* ad Xen. Mem. 3, 14. 1.

2) pro ***δέομαι***, *precibus Deum rogo*, sq. infinit. praesentis, obiecti nota Eph. 3, 13. *αἰτοῦμαι* scil. *θεόν, μὴ ἐκκακεῖν*. Cf. de infinit. post vv. rogandi, hortandi, iubendi, docendi, permittendi, impediendi, suadendi, concedendi *Matth.* §. 531. 534. *Buttm.* §. 127. *Win.* p. 294. *Alt* p. 171. et si abest ab infinit. accus. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 318. *Buttm.* §. 128, 3. — sq. *ἵνα* [vid. *ἵνα*] Col. 1, 9. quo l. iungitur *αἰτεῖσθαι* c. *προσεύχομαι*. Vide de talibus sub *ἀγαλλιάω* monita.

Αἴτημα, *τος, τό*, (*αἰτέω*) *res petita*. Ter in N. T. Luc. 23, 24. 1 Ioh. 5, 15. (Epist. Pseudo-Socrat. 14.) — *desiderii* sensu Phil. 4, 6. — LXX pro שְׁאֵלָה 1 Sam. 1, 17. 27.

Αἰτία, *ας, ἡ*, 1) *causa* i. e. a) *Ursache, warum* Matth. 19, 3. Luc. 8, 47. Act. 10, 21. 22, 24. 28, 20. 2 Tim. 1, 6. 12. Tit. 1, 13. Hebr. 2, 11. (Diod. Sic. 1, 7. Pol. 4, 76. 5.) — Matth. 19, 10. *εἰ οὕτως — γυναικός si ita habet causa mariti cum uxore* pro: *si ita habet causa, qua maritus cum uxore versari cogitur*. Vid. *Fritzsche* ad h. l. — Alii ex Latinismo *αἰτίας* vocab. explicant *ratio, conditio, Verhältniss*. — 2) *crimen*, *cuius aliquis accusatur* a) ipsum Matth. 27, 37. *ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ* (scil. in tabula dealbata) *τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην*. Ioh. 18, 38. 19, 4. 6. Act. 13, 28. quo l. *αἰτία θανάτου crimen morte dignum*. 23, 28. 25, 18. 28, 18. Marc. 15, 26. (Palaeph. f. 13. Xen. Cyr. 6, 3. 16.) b) *criminis delatio, accusatio, Beschuldigung* Act. 25, 27. (Ael. V. H. 3, 15.) Saepius non legitur in N. T.

Αἰτίαμα, *τος, τό*, *criminatio, Anklagepuncte* Act. 25, 7. (Thuc. 7, 72.)

Αἰτιάομαι, *ῶμαι*, *accuso*, *criminor* Hom. 3, 9. (Pol. 3, 103. 3. Xen. Mem. 1, 1. 2.) Vide *Προαιτιάομαι*.

Αἴτιον, *ίου, τό*, (neutr. adiectivi *αἴτιος*, substantive:) 1) *causa* Act. 19, 40. (Pol. 5, 33. 6. Xen. Mem. 4, 5. 8.) — 2) *crimen* Luc. 23, 4. 14. 22. Saepius non extat in N. T.

Αἴτιος, *ίου, ὁ*, *auctor rei alicuius, a quo proficiscitur aliquid* Hebr. 5, 9. — *οἱ ό* pro סָבַב 1 Sam. 22, 22. (2 Macc. 4, 47. Diod. Sic. 4, 82. Xen. Cyr. 4, 1. 17.)

Αἰτίωμα, *τος, τό*, (ab *αἰτιάομαι*) i. q. *αἰτίαμα*, cuius loco recepit *Griesbach*. Act. 25, 7.

Αἰφνίδιος, *ίου, ὁ, ἡ — ον, τό*, (ab *αἴφνης* ducto ab *ἀφανῶς*) *repentinus, improviso veniens*. Bis in N. T. ita refertur ad substant. ut adverbiascat [vid. *ἀδάπανος*] Luc. 21, 34. 1 Thess. 5, 3. (Pol. 1, 44. 4. Hdian. 1, 6. 9. Thuc. 4, 125.)

Αἰχμαλωσία, *ας, ἡ*, (*αἰχμή*, cuspis hastae, hasta et *ἁλίσκω* capio) *captivitas*. Ter in N. T. a) pp. Apoc.

13, 10. — οἱ ο' pro שְׁבִי Deut. 28, 41. — b) metonym. pro: *αἰχμάλωτοι, captivi* [cf. *Matth.* §. 429. *Rost* §. 97. *Lob.* ad Phryn. p. 469. *Alt* p. 36.] Eph. 4, 8. Apoc. 13, 10. — οἱ ο' pro גּוֹלָה, שְׁבִי, שְׁבִיָּה Ezech. 3, 11. Ps. 68, 19. Num. 21, 1. 2 Chron. 28, 5. (1 Macc. 9, 72. Diod. Sic. 17, 70.)

Αἰχμαλωτεύω, f. εύσω (ab αἰχμάλωτος) *capio* i. e. 1) *captivum duco aliquem.* Semel in N. T. c. accus. nominis coniugati [vid. ἀγαπάω] Eph. 4, 8. coll. Ps. 68, 19. (Constant. Porphyr. Adm. 30, 94. B. Nicet. Annal. 16, 5. 323.) cf. *Lobeck* ad Phrynich. p. 442. qui Graecis dictum esse docet αἰχμάλωτον ποιέω.

Αἰχμαλωτίζω, f. ίσω *capio* a) propr. i. e. *captivum facio*, sq. εἰς c. acc. loci: *captivum abduco in locum aliquem* [de qua construct. praegnante vid. sub ἐκ notata] Luc. 21, 24. (Diod. Sic. 13, 59. 17, 5. Iamblich. V. P. 4, 19. 50. Graecis antiquioribus dicebatur αἰχμάλωτον ποιέω cf. *Lobeck* ad Phrynich. p. 442.) b) metaph. vel pro: *devincio mihi aliquem* 2 Tim. 3, 6. — vel pro: *subiicio aliquem*, τινά τινι Rom. 7, 23. — sq. τινά εἰς τι *aliquem, ut praestet aliquid* 2 Cor. 10, 5. cf. Luc. 21, 24.

Αἰχμάλωτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, *captivus.* Legitur tantum Luc. 4, 19. (Diod. Sic. 13, 73. Xen. Cyr. 6, 1. 30.)

Αἰών, ῶνος, ὁ, (Vita Hom. Iliad. 22, 58. Xen. Cyr. 8, 3. 3.) 1) *aevum, tempus longissimum, ἀπ' αἰῶνος, ἀπὸ τῶν αἰώνων, ἐκ τοῦ αἰῶνος ab antiquissima inde aetate* Luc. 1, 70. Ioh. 9, 32. Act. 3, 21. al. (Diod. Sic. 1, 6. Ael. V. H. 6, 13.) — οἱ ο' pro מֵעוֹלָם Gen. 6, 4. Uti *πρὸ παντὸς τοῦ αἰῶνος* Iud. v. 25. ita *ἀπ' αἰῶνος* et *ἀπὸ τῶν αἰώνων* respondent nostris: *von Ewigkeit* Act. 15, 18. Eph. 3, 9. 11. — Augetur verborum ἀπὸ τῶν αἰώνων vis addendis καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν Col. 1, 26. Cf. *Ges.* p. 671. *εἰς τὸν αἰῶνα, εἰς τοὺς αἰῶνας* et *εἰς ἡμέραν αἰῶνος* [i. e. εἰς αἰώνιον ἡμέραν vid. ἀγάπη] *ad tempus longissimum, per tempora longissima, in die entferntesten Zeiten hinaus.* Luc. 1, 33. Ioh. 6, 51. 58. 12, 34. Rom. 1, 25. 9, 5. 11, 36. 14, 26. 2 Cor. 9, 9. 11, 31. Hebr. 5, 6. 6, 20. 7, 17. 24. 28. 1 Petr. 2, 25. 2 Petr. 2, 17. 3, 18. Iud. v. 13. 25. — *εἰς τὸν αἰῶνα* pro: *semper, für immer* Marc. 3, 29. Ioh. 8, 35. 14, 16. — *μηκέτι — εἰς τὸν αἰῶνα, non amplius — per omne tempus*, in exsecratione: *nun und nimmermehr nicht* Matth. 21, 19. Marc. 11, 14. — *οὐ μὴ — εἰς τὸν αἰῶνα*, in affirmatt. ad res futuras pertinentibus, nunc: *nicht für immer* Ioh. 8, 51. 52. 10, 28. 11, 26. — nunc: *nunquam, nimmermehr* Ioh. 4, 14. 13, 8. 1 Cor. 8, 13. (Diod. Sic. 1, 92. Xen. Cyr. 2, 1. 19.) — οἱ ο' pro לְעוֹלָם Gen. 6, 3. et οὐ μη εἰς τὸν α. pro בַּל לְעוֹלָם et לֹא לְעוֹלָם Ps. 15, 23. — Sequente genit. intendendi vim habente [vid. sub ἅγιος hac de re monita]: *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων* vel *εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων* i. e. *in die aller- allerentferntesten Zeiten hinaus, in alle Ewigkeit hinaus* Gal. 1, 4. Phil. 4, 20. 1 Tim. 1, 17. 2 Tim. 4, 18. Hebr. 13, 28. 1 Petr. 4, 11. 5, 11. Apoc. 1, 6. 18. 4, 9. 10. 5, 13. 7, 12. 10, 6. 11, 15. 15, 7. 19, 3. 20, 10. 22, 5. — Ephes. 3, 20. —

2) ex hebr. *mundus*, ita plur. οἱ αἰῶνες [de quo vid. ἄζυμος] Hebr. 1, 2. 11, 3. 1 Tim. 1, 17. ita οἱ ο' pro עוֹלָם Cohel. 3, 11.

3) ex iudaica dicendi ratione: *aevum, seculum Weltperiode.* Multa enim Iudaei disputarunt *de duplici aevo s. seculo*, altero עוֹלָם הַזֶּה altero עוֹלָם הַבָּא appellato. Quorum illud quemadmodum complectebatur tempora adventu Messiae priora, improbitate, imperfectione, imbecillitate, inscitia, miseriis et calamitatibus distincta, ita hoc ad tempora referebatur laetissima, quibus ad regnum suum solemniter inaugurandum Messias sit adventurus, imperia terrarum sibi subiecturus, mortuos in vitam revocaturus, iudicium de Iudaeis et gentilibus habiturus, probos ad regni sui felicitatem evecturus, improbis, gentilibus maxime, iudaicae quippe nationis hostibus atque idololatris, poenas inflicturus, imo novum plane rerum ordinem instituturus, pietate, libertate, felicitate omnis generis insignem. Est igitur

a) ὁ αἰὼν οὗτος (= ὁ νῦν αἰών, ὁ αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου, ὁ καιρὸς οὗτος et ὁ αἰών absolute Marc. 4, 19. coll. Matth. 13, 22. 13, 39. 40. coll. v. 49. 24, 3. 28, 20. 1 Cor. 10, 11. Hebr. 9, 26.) *hoc aevum, hoc seculum, die gegenwärtige Weltperiode* i. e. tempora adventu Messiae priora simul cum rerum natura, hominibus ac rebus ad tempora haec pertinentibus α) per se spectatum Luc. 16, 8. 20, 34. Eph. 1, 21. 1 Tim. 6, 17. Tit. 2, 12. β) inclusa imbecillitatis, inscitiae, vitiositatis, calamitatis, praesentis, instantis mox improbis, notione Marc. 4, 19. Matth. 13, 22. μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου curae ad res huius seculi pertinentes Rom. 12, 2. ὁ αἰὼν οὗτος huius seculi homines cum moribus suis 1 Cor. 2, 6. σοφία τοῦ αἰ. τούτου sapientia, doctrina, qualis est hominum huius seculi, quae huius seculi hominibus, scientia salutari carentibus, placet coll. 1 Cor. 1, 20. ubi eadem dicitur σοφία τοῦ κόσμου τούτου; 1 Cor. 2, 8. ἄρχοντες τοῦ αἰ. τ. principes huius sec. i. e. qui apud huius sec. homines plurimum auctoritate valent; Eph. 2, 2. κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου sicuti homines huius sec. perversi; 2 Cor. 4, 4. ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰ. τ. ἐτύφλωσε τὰ νοήματα inter quos Satanas, qui Dei instar huius sec. hominibus imperat, occoecavit mentes infidelium; 1 Cor. 3, 18. σοφὸς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ gnarus eorum, quae sunt huius sec. et ad res huius sec. pertinent vel sapiens inter homines huius sec. 2 Tim. 4, 10. ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα amans rerum ad hoc unice sec. pertinentium, incertarum et inconstantium; συντέλεια τοῦ αἰ. vel τοῦ αἰ. τούτου vel τῶν αἰώνων finis huius sec. vel finis huius, qui nunc i. e. hoc seculo est, ordinis rerum Matth. 13, 39. 40. 49. 24, 3. 28, 20. Hebr. 9, 26. — τὰ τέλη τῶν αἰώνων finis i. e. illud temporis punctum, quo οἱ αἰῶνες i. e. ὁ αἰὼν οὗτος et ὁ αἰὼν ὁ μέλλων sese attingunt, die Gränze zweier Weltperioden, der Zeitpunct, wo die eine aufhört und die andere anfängt, fere i. q. ἡ συντέλεια τοῦ αἰ. τ. 1 Cor. 10, 11.

b) ὁ αἰὼν ὁ μέλλων (= ὁ αἰ. ὁ ἐρχόμενος, ὁ αἰ. ἐκεῖνος, οἱ αἰῶνες οἱ ἐπερχόμενοι, ὁ αἰὼν ὁ ἐνεστώς, ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα) *aevum, seculum futurum* i. e. *ipsa tempora Messiae regnantis, omni pietatis, libertatis, felicitatis genere accumulata et insignia* Matth. 12, 32. Marc. 10, 30. Luc. 18, 30. 20, 35. Gal. 1, 4. Eph. 1, 21. Hebr. 2, 5. 6, 5. cf. *Bertholdt* Christologia Iudaeorum Iesu Apostolorumque aetate. Erlang. 1811. 8. p. 38.

Αἰώνιος, ιου, ὁ, ἡ — ον, τό et bis [2 Thess. 2, 16. Hebr. 9, 12.] *αἰώνιος, ία, ον sempiternus*, i. e. a) *per longissima tempora duraturus.* Vide de adiect. in ιος saepe apud Atticos forma communi *Win.* p. 66. *Elmsl.* ad Eur. Heraclid. p. 77. *Iacobs* Anth. 8. p. 141. 216. *Iacob* ad Lucian. Toxar. p. 84. — 2 Cor. 4, 18. 5, 1. Hebr. 13, 20. 9, 12. 5, 9. Apoc. 14, 6. 2 Tim. 6, 6. — ita additur nomini, ut adverbiascat [vid. ἀδάπανος] Philem. v. 15. — legitur in praedicatis felicitatis vitae futurae per longissima tempora vel aeternum duraturae in formulis: δόξα αἰ. 2 Tim. 2, 10. — βάρος δόξης αἰ. 2 Cor. 4, 17. — παράκλησις αἰ. 2 Thess. 2, 16. — ζωὴ αἰ. Matth. 19, 16. 29. 25, 46. Marc. 10, 17. 30. Luc. 10, 25. 18, 18. 30. Ioh. 3, 15. 16. 36. 4, 14. 36. 5, 24. 39. 6, 27. 40. 47. 54. 68. 10, 28. 12, 25. 17, 2. 3. Act. 13, 46. 48. Rom. 2, 7. 5, 21. 6, 22. 23. Gal. 6, 8. 1 Tim. 1, 16. 6, 12. [19.] Tit. 1, 2. 3, 7. 1 Ioh. 1, 2. 2, 25. 3, 15. 5, 11. 13. 20. Iud. v. 21. — de impiorum sorte misera per longissima tempora vel aeternum duratura in formulis: κόλασις αἰ. Matth. 25, 46. — κρίσις αἰ. Marc. 3, 29. — ὄλεθρος αἰ. 2 Thess. 1, 9. — πῦρ αἰ. Matth. 18, 8. 25, 41. Iud. v. 7. (Sirac. 45, 15. Diod. Sic. 1, 1 et 93.) — b) *qui a longissimis vel antiquissimis inde temporibus* [ab aeterno] *inde est vel fuit* Rom. 14, 25. 26. 2 Tim. 1, 9. Tit. 1, 2. Hebr. 9, 14. (Baruch. 4, 8. 10. 14. 20. 22.) — οἱ ο' pro עוֹלָם Ps. 24, 7. 9. 77, 5.

2) *ad τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα pertinens* v. αἰών no. 3. Luc. 16, 9. Hebr. 6, 2. Saepius non extat in N. T.

Ἀκαθαρσία, ας, ἡ, (α priv. et καθαρός) *immundities* a) propr. de physica Matth. 23, 27. — οἱ ο' pro טֻמְאָה 2 Sam. 11, 4. b) metaph. de morali = *improbitas* Rom. 6, 19. 1 Thess. 4, 7. (Dem. 553, 12.) vel = *libido nefanda* Rom. 1, 24. de h. l. genit. τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν *tradidit eos Deus impuritati, impuritati inquam, qua eorum corpora contaminarentur* = ἥ ἐστι τοῦ ἀτιμάζεσθαι vel ἐν τῷ ἀτιμάζεσθαι cf. *Fritzsche* ep. P. ad

Rom. Vol. 1. p. 72. — 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 4, 19. 5, 3. Col. 3, 5. vel = *sordes avaritiae, schmutziger Geiz* 1 Thess. 2, 3. coll. v. 5. Saepius non habetur in N. T.

Ἀκαθάρτης, τητος, ἡ, *impuritas*. Semel in N. T. Apoc. 17, 4. Vide ad h. l. *Griesb. Schott.*

Ἀκάθαρτος, ου, ὁ — ον, τό, (α priv. et καθαρός) *impurus* (Xen. Equest. 5, 10.) a) sensu iudaico vel e lege levitica (cf. *Winer* bibl. Realw. sub voc. *Reinigkeit*) *profanus* Act. 10, 14. 11, 8. 1 Cor. 7, 14. 2 Cor. 6, 17. Apoc. 18, 2. — b) metaph. *vitiis deditus* aa) universe: πνεῦμα ἀκ. *spiritus malus* Luc. 11, 24. coll. v. 26. al. De huius malorum geniorum epitheti origine vid. Tob. 3, 8. 17. 6, 7. 14. 8, 3. Baruch. 4, 7. 35. (Dem. 403, 14.) — bb) *libidinosus, homo impurus, os impurum* Eph. 5, 5. Apoc. 17, 4. de h. l. accus. τὰ ἀκάθαρτα τ. π. αὐτῆς i. e. *sordes libidinis suae* vel *immunditiem veneream suam* pendente a praeced. ἔχουσα — ἐν τῇ χειρί cf. *Win.* exeg. Stud. part. 1. p. 151. ita pro טָמֵא Levit. 11, 25. Ies. 35, 8.

Ἀκαιρέομαι, οῦμαι, (ex α priv. et καιρός tempus; vox serioris aevi cf. *Lob.* ad Phryn. p. 126.) *opportunitate destituor*. Extat tantum Phil. 4, 10.

Ἀκαίρως, adv. (Vox serioris aevi cf. *Win.* p. 483. ab ἄκαιρος Ael. V. H. 3, 19. Xen. Cyr. 7, 2. 45.) *intempestive*, semel 2 Tim. 4, 2. De h. l. asyndeto in verbis εὐκαίρως, ἀκαίρως vid. sub ἀδικέω observata.

Ἄκακος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (κακία malitia et α priv.) *a malo alienus* i. e. vel *a fraudibus alienus, simplex*, ita Hebr. 7, 26. (Diod. Sic. 13, 76. Dem. 1153, 10.) — vel: *qui nihil mali et fraudis inesse aliis credit* Rom. 16, 18.

Ἄκανθα, ης, ἡ, *spina, sentis* Matth. 7, 16. 13, 7. 22. 27, 29. Marc. 4, 7. 18. Luc. 8, 7. 14. Ioh. 19, 5. Hebr. 6, 8. — οἱ ο' pro קוֹץ Ps. 118, 12. חֵדֶק Prov. 15, 19. (Ael. V. H. 10, 2. Diod. Sic. 5, 41.) Saepius non extat in N. T.

Ἀκάνθινος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (ab ἄκανθα) *spineus*. Bis in N. T. Marc. 15, 17. Ioh. 19, 5.

Ἄκαρπος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et καρπός fructus) *fructu carens* (pp. de sterili regione Polyb. 12, 3. 2.) metaph. *qui nullos fert fructus virtutis et cognitionis melioris* Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. 1 Cor. 14, 14. Tit. 3, 14. Iud. v. 12. — sq. εἴς τι i. e. *ratione habita alicuius rei* [vid. εἰς] 2 Petr. 1, 8. — inclusa *detestabilis* notione: verwerflich Eph. 5, 11. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀκατάγνωστος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et καταγινώσκω, condemno) *non condemnandus*. Semel in N. T. Tit. 2, 7. — (2 Macc. 4, 47.)

Ἀκατακάλυπτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et κατακαλύπτω operio, velo) *non velatus*. Bis 1 Cor. 11, 5. 13. (Polyb. 15, 27. 2.)

Ἀκατάκριτος, ου, , ἡ — ον, τό, (α pr. et κατακρίνω) *indemnatus*. Bis extat in N. T. Act. 16, 37. 22, 25.

Ἀκατάλυτος, ου, ', ἡ — ον, τό, (α pr. et καταλύω) *qui dissolvi nequit*, ζωή = vita *perennis*, ita semel Hebr. 7, 16. (Dion. Halic. Antiq. 10, 31.)

Ἀκατάπαυστος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et καταπαύω sedo) *qui sedari* vel *cohiberi nequit* sq. genit. rei [cf. *Matthiae* §. 335, 4. p. 668. *Buttm.* §. 119, 4. *Fischer* 3, a. p. 353. *Win.* p. 183. *Alt* p. 50.] — 2 Petr. 2, 14. ὀφθαλμοὶ ἀκατάπαυστοι ἁμαρτίας *oculi, qui nequeunt cohiberi a peccato*, hac mente: *oculi, qui nequeunt cohiberi ab adultera contemplanda*. (Diod. Sic. 11, 67. Pol. 4, 17. 4.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀκαταστασία, ας, ἡ, (α pr. et καθίσταμαι sum in statu tranquillo, pp. instabilitas) *turba, seditio*. Quinquies Luc. 21, 9. 1 Cor. 14, 33. 2 Cor. 12, 20. Iac. 3, 16. 2 Cor. 6, 5. q. l. alii: *sedis* vel *domicilii instabilitas* i. e. *exilium*. — οἱ ο' pro מְדֻחָה Prov. 26, 28. (Pol. 31, 16. 6.)

Ἀκατάστατος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et καθίστημι) *instabilis, inconstans* Iac. 1, 8. — οἱ ο' pro סֹעֲרָה Ies. 54, 11. Pol. 7, 4. 6. Dem. 383, 7.)

Ἀκατάσχετος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et κατέχω coërceo) *qui coërceri nequit, indomitus*. Semel Iac. 3, 8. (Diod. Sic. 14, 53. 54. Ael. N. A. 6, 6. Ios. B. Iud. 2, 17. 1.)

Ἀκελδαμά, *ager sanguinis*, vox syrochald. et חֲקַל דְּמָא, nomen agri in sepulturam peregrinorum emti ex pecunia, qua Iesum Iudas prodiderat Act. 1, 19.

Ἀκέραιος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et κεράω vel κεράννυμι misceo: immixtus Eurip. Phoen. 950. Dioscorid. 5, 129. in N. T.) metaph. *simplex* i. e. *cui nihil mali falsive admixtum est*, ter Matth. 10, 16. Rom. 16, 19. Phil. 2, 15. (Diod. Sic. 13, 20. Arrian. diss. epict. 3, 23.)

Ἀκλινής, ἐς, ὁ, ἡ — ές, τό, (α pr. et κλίνω clino) *non inclinans, immotus*. Semel Hebr. 10, 23. (Ael. V. H. 12, 64. Lucian. Encom. Demosth. §. 33.)

Ἀκμάζω, f. άσω, *vigeo*, (ἀκμή, acies, flos, Blüte) *maturesco* Apoc. 14, 18. (Ael. V. H. 13, 1. Xen. H. G. 1, 2. 3.)

Ἀκμήν, adv. (propr. accus. derivari solitus ab ἀκμή, ῆς, ἡ, acies cuspidis Hom. Iliad. 10, 173. Pol. 15, 16. 13. metaph. extremum, summum rei Ael. V. H. 1, 10. temporis punctum Xen. An. 4, 3. 26.) ex usu graecitatis serioris [cf. *Lob.* ad Phryn. p. 123. *Win.* p. 434.] *etiamnum, adhuc* Matth. 15, 16. — (Pol. 1, 13. 12. Strab. 1, 56. Plut. de glor. Athen. 2. p. 430. Mor. T. 2. ed. *Tauchn.* Theocrit. 4, 60.)

Ἀκοή, ῆς, ἡ, 1) *auditus* i. e. a) *sensus audiendi, das Gehör* 1 Cor. 12, 17. 2 Petr. 2, 8. (Pol. 1, 63. 4. Ael. V. H. 3, 1. Xen. Mem. 1, 4. 6.) — b) *auris, aures, das Gehör, instrumentum auditus* Matth. 13, 14. et Act. 28, 26. ἀκοῇ ἀκούειν, de quibus verbis, desumtis ex Ies. 6, 9. vide, quae habet *Gesen.* ad h. l. et Lehrg. p. 781. *Ewald* p. 580. gr. min. p. 237 sq. et de ἀκοῇ ἀκούειν ad linguae graecae regulas aestimatis *Winer* p. 434. *Matthiae* §. 408. *Bornem.* schol. p. 133. *Erf.* ad Soph. O. R. v. 65. — Marc. 7, 35. Luc. 7, 1. Act. 7, 20. 2 Tim. 4, 3. 4. Hebr. 5, 11. νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς. De quo dativo v. sub ἀγαλλιάω observata. (Pol. 15, 27. 10. Hdian. 4, 5. 3. Anth. gr. Vol. 4. p. 153. ed. *Iac.*) — 2) *audiendo perceptum, das Gehörte*, ita a) de *institutione*, absol. Ioh. 12, 38. Rom. 10, 16. 17. — λόγος vel ὁ λόγος vel ὁ λόγος ἀκοῆς = *doctrina audita* 1 Thess. 2, 13. Hebr. 4, 2. — b) ἡ ἀκοή τινος [ut Luc. 4, 37. ἦχος περί τινος] *de fama, rumore* Matth. 4, 24. 14, 1. 24, 6. Marc. 1, 28. 13, 7. (Pol. 4, 2. 3. Dem. 497, 12. Thuc. 2, 41.) ita ἀκοή pro שֵׁמַע, שְׁמוּעָה 2 Sam. 13, 30. Ier. 37, 40. — 3) *obsequium* Gal. 3, 2. 5. ἀκοὴ πίστεως i. e. *obsequium, quod est in fide doctrinae Iesu habenda*. De qua genit. vi vide sub ἀγάπη monita. Saepius non legitur in N. T.

Ἀνάγω, f. άξω, (ἀνά, sursum, ἄγω) *duco in locum altiorem, hinauf-, heraufführen* oder *bringen,* a) act. sq. acc. et εἰς c. acc. loci, ut e ripa Iordanis depressiore εἰς τὴν ἔρημον Matth. 4, 1. Luc. 2, 22. quo l. infinit. finalis [vid. ἄγω] alternat v. 24. c. inf. praefixum habente τοῦ. — Act. 9, 39. 6, 34. (Hom. Od. 14, 272.) — abest εἰς c. acc. loci facile cogitatione addendi, ut θυσίαν [scil. εἰς τὸν βωμόν] τινί i. e. *in honorem alicuius* [vid. de dat. commodi sub ἄγω monita] Act. 7, 41. — οἱ ό pro הֶעֱלָה 2 Chron. 29, 21. (Hdot. 2, 60.) — τινὰ ἐκ νεκρῶν Rom. 10, 7. Hebr. 13, 20. — οἱ ό pro הֶעֱלָה Ps. 30, 4. — τινὰ τῷ λαῷ pro: ἀνάγειν τινὰ [scil. e carceris tenebris in lucem diei] καὶ παραστῆσαι τῷ λαῷ Act. 12, 4. — b) med. et pass. [cf. *Passow* sub voc. ἀνάγω] ἀνάγομαι, a. 1. p. ἀνήχθην *in altum feror,* de navigantibus = *navem solvo, in altum mare feror,* absol. Luc. 8, 22. Act. 21, 1. — v. 2. quo l. si plura particip. sine copula, sed varia ratione cum verbo finito iunguntur, ut εὑρόντες πλοῖον *cum navem invenissemus,* διαπερῶν *quod in eo erat, ut traiiceret* — ἐπιβάντες ἀνήχθημεν *eam ingressi sumus et solvimus* cf. *Matth.* §. 557, 2 et 3. Vol. 2. p. 1294. 1296. *Rost* §. 130, 4. p. 668. *Stallb.* ad Plat. Phileb. p. 53. 58. *Bornem.* ad Xen. An. 3, 1. 18. *Win.* p. 321. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 584 sq. p. 184. — Act. 27, 2. 28, 10. 11. — sq. ἀπό c. gen. loci Act. 13, 13. 16, 11. 18, 22. 27, 21. — sq. εἰς c. acc. loci Act. 20, 13. iunct. c. κἀκεῖθεν Act. 27, 4. 12. — (Ael. V. H. 1, 5. Plut. Cat. min. c. 13, 56. Xen. An. 5, 7. 17.) Saepius non habetur in N. T.

Ἀναδείκνυμι, νύω, δείκω, f. ξω, (ab ἀνά, δείκνυμι, ostendo, in sublime elatum ostendo aliquem Pol. 8, 30. 10.) *palam significo, omnibus notum facio.* Bis in N. T. sq. orat. indir. Act. 1, 24. de h. l. imperat. aor. vid. ἀγοράζω. (Pol. 1, 80. 12.) — de personis, quae [ut reges electi vel constituti] publice renuntiantur vel designantur = *designo,* τινά Luc. 10, 1. (2 Macc. 9, 23. Diod. Sic. 1, 66. Hdian. 7, 6. 4.)

Ἀνάδειξις, εως, ἡ, (demonstratio Diod. Sic. 1, 85.) *publica declaratio, τὸ palam prodire, der öffentliche Auftritt.* Semel Luc. 1, 80. (Pol. 15, 26. 7. Plut. Mar. c. 8.)

Ἀναδέχομαι, f. ξομαι, (verb. depon. med. [vid. ἀγωνίζομαι — ab ἀνά, δέχομαι quod vid.] in me suscipio Pol. 4, 14. 3. Xen. Cyr. 1, 6. 18.) *aufnehmen,* ut hospitio, τινά, ita iunct. c. ξενίζω *excipio aliquem* Act. 28, 7. (ita ὑποδέχομαι Ael. V. H. 4, 9. et δέχομαι Diod. Sic. 13, 4.) — τί, ut τὰς ἐπαγγελίας, i. e. *animo excipio,* alii: *accipio* Hebr. 11, 17. Saepius non extat in N. T.

Ἀναδίδωμι, f. δώσω, (ab ἀνά et δίδωμι do) *sursum do, hinaufgeben,* ut τὴν ἐπιστολήν, quae traditur procuratori in loco editiori sedenti vel habitanti. Ita semel Act. 23, 33. (Xen. Conv. 2, 8.)

Ἀναζάω, ῶ, f. ήσω, a. 1. ἀνέζησα [de qua aor. forma vid. infra Ζάω.) *revivisco.* Ter vel si sequeris lect. vulg. quinquies in N. T. Luc. 15, 24. 32. ἀνέζησε i. e. qui peregre factus et vitam dissolutam agens mortuus mihi erat, *revixit.* Cf. *de Wette* ad h. l. alii trop. *ad meliorem frugem* vel *vitam* rediit. — ἁμαρτία [quae quippe persona inducitur] ἀνέζησε *revixit,* antea v. 5. νεκρά, trop. pro: *vires recepit.* De lect. locorum Rom. 14, 9. Apoc. 20, 5. vid. *Griesb.* et de aor. vi sub ἀγοράζω observata. (Artem. 4, 82.)

Ἀναζητέω, ῶ f. ήσω (ἀνά augens, ζητέω) *diligenter quaero.* Bis in N. T. τινά Act. 11, 25. τινὰ ἔν τινι Luc. 2, 44. οἱ ό pro דָּרַשׁ Iob. 3, 4. בִּקֵּשׁ Iob. 10, 6. (Ael. V. H. 3, 28.)

Ἀναζώννυμι, f. ζώσω, (ἀνά, ζώννυμι) *succingo,* med. ἀναζώννυμαι *succingor* vel *succingo me.* Semel in N. T. sq. acc. τὰς ὀσφύας [de quo acc. vid. ἀλείφω] 1 Petr. 1, 13. Cum apud veteres succingerentur, qui ad currendum, pugnandum, vel aliud negotium sese praepararent, l. l. ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας sunt, qui se vel animos suos praepararunt. Sic אָסַר cinxit, sich rüsten Iob. 38, 3. Ier. 1, 17.

Ἀναζωπυρέω, ῶ, f. ήσω (ex ἀνά et ζώπυρον reliquiae ignis cineribus sopiti, follis, flabellum) *igniculos sopitos excito,* τι = *etwas anfachen* metaph. *etwas beleben, rege, lebendig machen, vires alicuius rei alo et augeo.* Semel 2 Tim. 1, 6. — ita οἱ ό pro חָיָה Gen. 45, 27. (1 Macc. 13, 7. Ios. Ant. 8, 8. 5. Plut. vit. Pericl. c. 1. Xen. de re eq. 10, 8 et 16. Plat. Charmid. p. 464. C.)

Ἀναθάλλω, f. θαλῶ, a. 2. ἀνέθαλον [forma rarior cf. *Win.* p. 82. *Buttm.* gr. max. Vol. 2. p. 147. ab ἀνά, θάλλω] *reviresco* [pp. Hom. Il. 1, 236.] Dein metaph. pro: *vires et facultates recipio.* Ita semel Phil. 4, 10. de h. l. inf. epexeget. τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν explicando: *ita ut rerum mearum curam gerere possitis,* vid. *Win.* p. 298. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 114. Philoct. v. 1236.

Ἀνάθεμα, τος, τό, (donarium Diis consecratam Plutarch. Pelopid. c. 25. pro ἀνάθημα Graecorum melioris aevi cf. *Win.* p. 25. *Lob.* ad Phrynich. p. 249.) ex hebr. *homo favore divino exemtus et poenis divinis gravissimis obnoxius* vel *dignus* Rom. 9, 3. ηὐχόμην γὰρ — τοῦ χριστοῦ constr. praegn. pro: ηὐχόμην — ἀνάθεμα εἶναι καὶ χωρίζεσθαι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ. Gal. 1, 8. 1 Cor. 16, 22. De Act. 23, 14. vid. ἀναθεματίζω. — 1 Cor. 12, 3. λέγειν ἀνάθεμα ἰησοῦν *dicere, poenis divinis atrocissimis obnoxium et dignum esse Iesum* i. e. *maledicere Iesu.* — Respondet haec vox hebr. חֵרֶם qua significatur primum res devota Deo hac lege, ut solvi voto non possit Levit. 27, 28. 29. Mich. 4, 13. deinde omne id, quod ad iram Dei sedandam perditur, necatur, deletur sic, ut diris imprecationibus eius restitutio prohibeatur Deut. 2, 34. 3, 6. 7, 2. Ios. 6, 26. 10, 28. Saepius non extat in N. T.

Ἀναθεματίζω, f. ίσω, *declaro aliquem ἀνάθεμα i. e. obnoxium et dignum poenis div. gravissimis sens. diris devoveo,* τινά. Ita quater in N. T. Marc. 14, 71. Act. 23, 12. 21. addito dat. nom. coniugati ἀναθέματι [vid.

sub ἀγαλλιάω notata] v. 14. — Ita hebr. הַחֲרִים Num. 18, 14. Deut. 13, 15. Ios. 6, 51.

Ἀναθεωρέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἀνά augente et θεωρέω) *diligenter contemplor*, sq. accus. bis Act. 17, 23. Hebr. 13, 7. — (Diod. Sic. 14, 109. Lucian. Vit. auct. §. 2.)

Ἀνάθημα, τος, τό, (ab ἀνατίθημι quod vid.) *donarium, quod* [ut clypei, corallae, phialae, lychnuchi, catenae Diod. Sic. 1, 55. Xen. hist. gr. 7, 3. 7.] *Deo consecratum e parietibus templi suspenditur* vel *in loco edito et conspicuo collocatur*. Legitur tantum Luc. 21, 5. — coll. 2 Macc. 5, 16. 9, 16. 3 Macc. 3, 17. Ios. bell. iud. 1, 2. 7.

Ἀναίδεια, ας, ἡ, (ex α pr. et αἰδώς pudor) *impudentia*. Extat tantum Luc. 11, 8. ubi de homine agitur, nec temporis, nec loci, nec personae rationem habente. (Hom. Iliad. 1, 149. Plut. de sera num. vindict. c. 20. Xen. Conv. 8, 25.)

Ἀναίρεσις, εως, ἡ, (ab ἀναιρέω quod vid. sublatio, ut cadaverum, s. ius tollendi mortuum sepulturae ergo Thuc. 3, 113. Diod. Sic. 4, 65.) *caedes, interfectio*. Bis in N. T. Act. 8, 1. 22, 20. — οἱ ο' pro הֶרֶג Num. 11, 15. (Hdian. 2, 13. 1. 2 Macc. 5, 13.)

Ἀναιρέω, ῶ, f. ήσω, a. 2. ἀνεῖλον, [de formis a. 2. ἀνείλατε, ἀνείλατο, obviis in codd. Act. 2, 23. 7, 21. coll. Ies. 38, 14. vid. *Lob.* ad Phryn. p. 183. *Sturz* de dial. alex. p. 62. *Matth.* §. 193, not. 6. f. *Buttm.* §. 101. sub αἱρέω, gram. max. §. 96, not. 9. *Win.* p. 70. *Alt* p. 14. ab ἀνά et αἱρέω] *tollo* i. e. a) *ich hebe auf, nehme in die Höhe* [Ael. V. H. 5, 16. ut sepeliam Dem. 1069, 2.] ut educem, med. ἀναιρέομαι *mihi tollo ut educem, educandum tollo*, τινά [vid. αἰτέομαι] Act. 7, 21. (Diod. Sic. 3, 57.) — b) *tollo ut removeam*, sq. acc. *personae* = *interficio aliquem* Matth. 2, 16. Luc. 22, 2. de h. l. coniunct. in interrogat. deliberantis vel dubitantis indirecta vid. *Matth.* §. 516, 3. *Buttm.* §. 126, not. 7. *Herm.* ad Vig. p. 741 sq. 905. *Bornem.* schol. p. 147. *Win.* p. 275. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 485 et sub ἀγοράζω notata. — Act. 5, 33. 9, 23. 24. 29. 10, 39. 12, 2. de h. l. dat. instrumenti cf. *Matth.* §. 396. *Buttm.* §. 120. *Rost* §. 106. p. 512. *Win.* p. 194. — Act. 13, 28. 22, 20. 23, 15. 21. 27. 25, 3. — Ita οἱ ο' pro הֵמִית Exod. 21, 29. הָרַג 2 Sam. 10, 18. הִכָּה Ies. 37, 36. קְטַל Dan. 2, 13. 14. — (Hdian. 2, 1. 1. Diod. Sic. 3, 58.) — sq. acc. rei = *aboleo, abrogo* Hebr. 10, 9. — (Pol. 32, 1. 3. Xen. Cyr. 1, 1. 1.)

Ἀναίτιος, ιον, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et αἰτία causa, culpa) *culpa vacuus, insons*. Bis legitur Matth. 12, 5. 7. — οἱ ο' pro נָקִי Deut. 19, 10. 13. (Ael. V. H. 5, 18. Xen. Cyr. 1, 6. 10.)

Ἀνακαθίζω, f. ίσω (ab ἀνά et καθίζω quod vid. erigo, aufrichten) *erecto corpore sedeo* [de qua signif. vid. ἄγω in fin.] Luc. 7, 15. Act. 9, 40. Plut. Philopoem. c. 20. μόλις ἑαυτὸν ὑπ' ἀσθενείας ἀνεκάθισε. ἀνακαθίζομαι Plat. Phaedon. §. 3.)

Ἀνακαινίζω, f. ίσω, (ex ἀνά et καινός quod vid.) *renovo*, τινὰ εἰς μετάνοιαν i. e. *reduco aliquem denuo ad mentis mutationem* Hebr. 6, 6. de h. l. πάλιν addito ex abundanti vid. αἴρω no. 1. — οἱ ο' pro הִתְחַדֵּשׁ Ps. 103, 5. (Ios. Ant. 9, 8. 2. Isocr. Areop. c. 3. Lucian. Philopatr. §. 12. δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν. Appian. Hist. rom. c. 37.)

Ἀνακαινόω, ῶ, f. ώσω. (Vox scriptoribus eccles. tantum usitata v. *Planck.* de nat. et indole orat. gr. N. T. p. 51. *Win.* p. 27. cuius loco Graeci ἀνακαινίζω cf. *Win.* p. 65. ab ἀνά et καινόω) *renovo* passiv. *renovor*, bis in N. T. metaph. *novis, quas nondum habueram, viribus instruor* 2 Cor. 4, 16. vel *novis sensibus, novo et ab eo, qui ante fuit, diverso animo instruor* Col. 3, 10. Cf. *Tittmann* de Synonym. N. T. p. 60.

Ἀνακαίνωσις, εως, ἡ, (ab ἀνακαινόω) *renovatio* metaph. *mentis et vitae renovatio*. Ita bis Rom. 12, 2. Tit. 3, 5.

Ἀνακαλύπτω, f. ψω, (ἀνά, καλύπτω tego) *revelo, velamine sublato retego* (Xen. Conv. 1, 16.) metaphorice: *aperio sensum, perspicuum reddo* pass. *intelligor* 2 Cor. 3, 14. 18. cuius loci sensus est: velaminibus quasi tectus est Iudaeis vaticiniorum V. T. sensus i. e. ab iis non intelliguntur; Christianis vero cum accuratius constet de vero illorum vaticiniorum sensu, facie velamine non tecta, perspiciunt δόξαν κυρίου. — οἱ ο' pro גִּלָּה Iob. 12, 22. חָשַׂף Ies. 20, 4. עֵרָה Ies. 3, 17. (Pol. 4, 85. 6.)

Ἀνακάμπτω, f. ψω (ἀνά et κάμπτω flecto; reflecto, deflecto) intrans. *revertor, redeo* a) de personis, sq. πρός τινα Matth. 2, 12. Act. 18, 21. de h. l. πάλιν ex abundanti addito vid. αἴρω no. 1. et *Kuinoel* ad h. l. (Diod. Sic. 3, 48.) — absol. Hebr. 11, 15. (Diod. Sic. 3, 54.) — οἱ ο' pro שׁוּב Exod. 32, 27. — b) de rebus sq. ἐπί τινα, ut ἡ εἰρήνη — ἀνακάμψει *vota vestra ad vos redibunt* i. e. *iis, quibus apprecati estis, non contingent* Luc. 10, 6. — Ita pro שׁוּב Ies. 45, 23. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀνάκειμαι, f. είσομαι, dep. med. (ἀνά et κεῖμαι iaceo; reponor, de donariis in templis Deorum repositis Thuc. 3, 114. Cebet. Tab. c. 1.) 1) *iaceo, recubo* Marc. 5, 40. — 2) *accumbo ad mensam* [cuius loco Graeci melioris notae κεῖμαι cf. *Win.* p. 24. *Lob.* ad Phryn. p. 216 sq. vel κατάκειμαι] i. q. κατάκειμαι Matth. 22, 10. 11. 26, 7. 20. Marc. 14, 18. 16, 14. Luc. 7, 37. Ioh. 6, 11. 13, 28. (Athenaei 7, 35. Pol. 13, 6. 8.) — sq. μετά τινος Matth. 26, 20. — sq. ἐν c. dat. loci Matth. 9, 10. Luc. 7, 37. — ἐν τῷ κόλπῳ τινός [= *in sinu alicuius recumbo* Plin. ep. 4, 23.] Ioh. 13, 23. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Mahlzeit*. Saepius non legitur in N. T.

Ἀνακεφαλαιόω, ῶ, f. ώσω (ἀνά et κεφάλαιον caput, summa rei) *summatim comprehendo aliquid, in summam redigo aliquid, ad unum caput revoco* Rom. 13, 9. ubi omnia praecepta Levit. 19, 11 — 18. deinceps exposita v. 18. repetuntur et in uno illo de amore mutuo praestando velut in summa comprehendi dicuntur; Eph. 1, 10. ubi homines diversis studiis diversaque fortuna hactenus distracti in studiorum et animi consensum et in eiusdem felicitatis societatem a Deo duci dicuntur. Aliter *Harless* ep. P. ad Eph. p. 42 — 53. (Aristot. περὶ δὲ τῶν ἀξιολογωτάτων ἐν τῇ γῇ μερῶν νῦν λέγωμεν, αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀνακεφαλαιούμενοι.)

Ἀνακλίνω, f. νῶ, (ἀνά et κλίνω, clino) 1) *reclino, repono* Luc. 2, 7. ἀνέκλιναν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ. (de remigiis Hom. Od. 13, 78. tum: anstämmen Hom. Iliad. 4, 113.) — 2) *recumbere facio, discumbere iubeo* Marc. 6, 39. de h. l. accus. altero συμπόσια συμπόσια = *ita ut singulae coenantium classes singulas areolas referrent* vid. *Win.* p. 206. et *Fritzsche* Ev. Marc. p. 244. — Luc. 9, 15. 12, 37. — pass. ἀνακλίνομαι a. 1. p. ἀνεκλίθην f. 1. p. ἀνακλιθήσομαι *recumbo* i. e. *accumbo ad mensam* [ubi Graeci melioris indolis κεῖμαι, κατάκειμαι cf. *Lob.* ad Phryn. p. 216. *Win.* p. 24.] absol. Luc. 7, 36. — ἐν τῇ βασ. τ. θ. Luc. 13, 29. μετά τινος Matth. 8, 11. ἐπί τι Matth. 14, 19. (Pol. 31, 4. 5.) Saepius non extat in N. T.

Ἀνακόπτω, f. ψω (ἀνά et κόπτω tundo) *retundo*, sensu *inhibendi, impediendi*, ita semel Gal. 5, 7. τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. (Theophr. Char. 24. (25) de gubernatore navis cursum inhibente.)

Ἀνακράζω, f. ξω, (ἀνά et κράζω clamo) *vociferor, altum tollo clamorem, aufschreyen*. Quinquies in N. T. Marc. 1, 23. 6, 49. Luc. 8, 28. 23, 18. addito dat. nom. synonym. [vid. ἀγαλλιάω] φωνῇ μεγάλῃ Luc. 4, 33. — οἱ ο' pro קָרָא Iud. 7, 20. הֵרִיעַ Ies. 6, 5. זָעַק 1 Regg. 22, 32. (Pol. 36, 5. 3.)

Ἀνακρίνω, f. νῶ, (ἀνά et κρίνω) 1) *examino, quaestionem habeo* a) de iudice, τινά Act. 4, 9. 12, 19. 28, 18. absol. Act. 24, 8. ἐνώπιόν τινος Luc. 23, 14. — de praetore vel arbitro, partes litigantes privatim domi suae scrutante, quo sciat in antecessum, sitne causa in forum admittenda, an plane refellenda Dem. 1066, 9. Xen. H. G. 5, 3. 25.) — b) universe, τί 1 Cor. 10, 25. 27. (Pol. 2, 27. 3. Ios. Ant. 2, 6. 6. Xen. Cyr. 1, 6. 18.) — acc. sequitur εἰ c. optat. Act. 17, 11. Cf. de optat. in interrog. indir. post praeterita, ubi agitur de re, quam fieri posse cogitamus *Herm.* ad Vig. p. 742. 830. *Matth.* §. 518 init. §. 526. *Buttm.* §. 126, 3 et 6. *Rost* §. 120. p. 589. *Win.*

p. 275. *Alt* p. 146. **2)** ***aestimo, melior, pretium statuo*** **a)** universe sq. τινά vel τὶ 1 Cor. 2, 14. 15. ubi dicitur homo ψυχικός i. e. qui suo ducitur sensu et nimium tribuit opinionibus praeconceptis, non admittit τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ i. e. ea, quae a Spiritu divino proficiscuntur (stulta quippe ipsi videntur) neque intelligere potest ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται i. e. cum Spiritus ope debeant diiudicari. Ὁ δὲ πνευματικός i. e. at quem Spiritus instituit i. e. qui in indicando, sentiendo, agendo sequitur normam a Spiritu div. suppeditatam ἀνακρίνει μὲν πάντα alios metiri potest, ipse vero a nemine ψυχικῷ diiudicari potest 1 Cor. 4, 4. ὁ δὲ ἀνακρίνων με κύριός ἐστι. — b) de iis, qui vel honorifice 1 Cor. 4, 3. de praepos. ὑπό repetita in nomm. per ἤ disiunctis vid. *Win.* p. 396. — v. 4. vel inique statuunt de aliquo 1 Cor. 9, 3. 14, 24. de h. l. asyndeto vid. ἀδικέω. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀνάκρισις, εως, ἡ, (ab ἀνακρίνω quod vid. praevia litis exploratio Dem. 1142, 10.) *inquisitio, causae cognitio.* Extat tantum Act. 25, 26. — (Athen. 3. p. 81 F. Pol. 8, 9. 8. 12, 27. 3.)

Ἀνακύπτω, f. ψω, (ἀνά et κύπτω) *caput tollo, suspicio.* Quater in N. T. Luc. 13, 11. coll. v. 13. Ioh. 8, 7. 10. — οἱ ο΄ pro נָשָׂא רֹאשׁ Iob. 10, 15. (Xen. de re eq. 7, 10.) — Luc. 21, 28. quo l. verbis ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, *suspicite et capita vestra tollite,* laeto ut sint animo Iesus suos adhortatur. Cf. de duplici h. l. imperat. *Win.* p. 548 sq. (Xen. Oec. 11, 5.)

Ἀναλαμβάνω, f. λήψομαι, (ἀνά, λαμβάνω) 1) *tollo, aufheben, recipio in altum, in die Höhe nehmen* a) τινά, pass. ἀναλαμβάνομαι *tollor*, ut εἰς τὸν οὐρανόν Marc. 16, 19. — addito ἀπό τινος Act. 1, 11. abest εἰς τὸν οὐρ. Act. 1, 2. — addito nunc ἀπό τινος Act. 1, 22. nunc ἐν δόξῃ 1 Tim. 3, 16. (Philo de vit. Mos. Vol. 2. p. 179, 5.) — b) τί, Act. 7, 43. τὴν σκηνὴν *sustulistis tabernaculum* et portastis vobiscum, verba Amos. 5, 26. — de armis in medio positis, quae recipit aliquis [Ios. Ant. 4, 5. 2. Hdian. 2, 6. 19. Xen. Cyr. 2, 1. 19.] Eph. 6, 13. de h. l. aor. vi vid. ἀγοράζω. — v. 16. τὶ εἰς τὸν οὐρανόν Act. 10, 16. — 2) *recipio* i. e. *socium aliquem mihi sumo,* sq. acc. pers. Act. 20, 13. — ita, ut partic. ἀναλαβών iunctum cum alio verbo respondeat praepos. *cum, mit* Act. 20, 14. 23, 31. 2 Tim. 4, 11. — (Ios. Ant. 4, 5. 1. Xen. Cyr. 1, 5. 19.) Saepius non extat in N. T.

Ἀνάληψις, εως, ἡ, (ἀναλαμβάνω) *sublatio, das Aufheben* od. *Aufnehmen in die Höhe.* Legitur tantum Luc. 9, 51. quo loco Lucas a receptione Iesu in coelum vel dignitate, ad quam evexit eum Deus post opus ex patris voluntate peractum, denominavit fata Iesu extrema utpote a parte illorum splendidissima. (Fabr. Cod. pseudepigr. 1. p. 585.)

Ἀναλίσκω, f. ἀναλώσω, a. 1. ἀνάλωσα vel [vid. *Matth.* §. 166, not. 2.] ἀνήλωσα a. 1. p. ἀναλώθην vel ἀνηλώθην [de quo fut. et aor. ducto ab ἀναλόω cf. *Matth.* §. 223. *Buttm.* §. 101. gr. max. §. 114. *Rost* §. 54. sub ἀναλίσκω, ab ἀνά et ἁλίσκομαι] — *consumo* i. e. *conficio.* Ter in N. T. sq. acc. Luc. 9, 54. [πῦρ] ἀναλῶσαι αὐτούς Gal. 5, 15. 2 Thess. 2, 8. — οἱ ο΄ pro אָבַד Ier. 15, 7. אָסַף Prov. 23, 28. כָּלָה Gen. 41, 30. תָּמַם Num. 14, 35. (Xen. Cyr. 2, 1. 8.)

Ἀναλογία, ας, ἡ, *ratio* i. e. *proportio, Verhältniss.* Semel in N. T. Rom. 12, 6. (Pol. 9, 20. 1.)

Ἀναλογίζομαι, f. ίσομαι, (ἀνά, λογίζομαι) verb. dep. med. *reputo, perpendo,* τί Hebr. 12, 3. (3 Macc. 7, 7. Diod. Sic. 20, 8.)

Ἄναλος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (ex α priv. et ἅλς sal) *insulsus, vi salis nativa privatus.* Semel Marc. 9, 50. (Plut. Symp. 4, 10. §. 2.)

Ἀνάλυσις, εως, ἡ, (*resolutio,* ab ἀναλύω) *discessus* [ut ἐκ τοῦ συμποσίου Philo in Flacc. T. 2. p. 534, 6. F.] metaph. pro: *discessus e vita, mors.* Semel 2 Tim. 4, 6.

Ἀναλύω, f. λύσω, (ἀνά et λύω solvo; resolvo, wieder auflösen, ut illa texta Hom. Od. 2, 105. 109. πρυμνήσια, funes resolvens reditum vel abitum paro Hom. Od. 15, 548. hinc) signif. intrans. [vid. ἄγω fin.] *redeo* a) propr. ut ἐκ τῶν γάμων Luc. 12, 36. (ἐκ συμποσίου Ael. V. H. 4, 23.) — b) metaph. de discessu e vita: *morior* Phil. 1, 23. (ita ἀπολύω Ael. V. H. 5, 6.)

Ἀναμάρτητος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἁμαρτία) *peccati expers.* Extat tantum Ioh. 8, 7. (Plut. de def. orac. c. 16. Xen. Mem. 4, 2. 26.)

Ἀναμένω, f. νῶ, (ἀνά, μένω, maneo; permaneo, ἐν τοῖς ἤθεσιν Isocr.) *maneo* i. e. *expecto,* sq. τινά et ἐκ c. gen. loci, ita semel 1 Thess. 1, 10. (Hdian. 5, 4. 9. Xen. Mem. 4, 3. 13.)

Ἀναμιμνήσκω, f. μνήσω, (ἀνά et μιμνήσκω) *in mentem* vel *memoriam revoco alicui aliquid* sq. dupl. accus. [cf. *Matth.* §. 347, not. 2. *Win.* p. 204. *Alt* p. 279.] 1 Cor. 4, 17. (Diod. Sic. 17, 10. Xen. An. 3, 2. 11.) — *hortandi* notione inclusa, sq. acc. pers. [vid. *Matth.* l. l.] 2 Tim. 1, 6. — pass. ἀναμιμνήσκομαι, a. 1. p. ἀνεμνήσθην *recordor, mihi in mentem revoco* [vid. ἀγνίζω], τὶ [vid. *Matth.* l. l. *Rost* §. 108. p. 527. *Win.* p. 184.] 2 Cor. 7, 15. Hebr. 10, 32. Marc. 14, 72. de h. l. lect. vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 660. (Xen. An. 7, 1. 26.) — absol. Marc. 11, 21. — οἱ ο΄ pro הִזְכִּיר Gen. 8, 1. — Saepius non extat in N. T.

Ἀνάμνησις, εως, ἡ, *recordatio, memoria* (ab ἀναμιμνήσκω). Quater in N. T. Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24. 25. Hebr. 10, 3. — οἱ ο΄ pro זִכָּרוֹן Num. 10, 10. (Pol. 2, 37. 6. Plat. Phileb. §. 67.)

Ἀνανεόω, ῶ, f. ώσω (ἀνά, νεόω) *renovo* i. e. *recento, ich erneuere, ich verjünge,* passiv. ἀνανεόομαι *renovor* i. e. *recentor, recens gignor;* ita semel Eph. 4, 23. ad quem l. cf. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 422. (med. *renovo, denuo instruo, auffrischen, erneuern,* sq. acc. Hdian. 2, 6. 15. Thuc. 5, 18. et recentari Aul. Gell. noct. attic. 15, 25.) Vid. *Tittmann* de Synonym. N. T. p. 60 sq.

Ἀνανήφω, f. ψω, (ἀνά, νήφω) *sobrius fio* [pp. ἐκ μέθης Lucian. Hermot. §. 83.] metaph. *ad mentis sobrietatem redeo* [ita Ceb. tab. c. 9.] sq. ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος e constr. praegnanti [de qua vid. ἐκ] i. e. *ad mentis sobrietatem redeo liberatus e laqueis diaboli* 2 Tim. 2, 26.

Ἀνανίας, α, ὁ, *Ananias,* hebr. חֲנַנְיָה nom. pp. Tres viri huius nominis in N. T. commemorantur 1) Christianus quidam Hierosolymitanus, Sapphirae maritus, qui fraudis a Petro apostolo convictus repentina morte obiit. Act. 5, 1 sqq. — 2) Christianus quidam Damascenus bene meritus de Paulo ad Christianorum sacra transeunte Act. 9, 10 — 18. 22, 12. — 3) pontifex maximus Iudaeorum Act. 23, 2 sqq. 24, 1 sqq. coll. Ios. Ant. 20, 5. 2. 20, 6. 2. Cf. *Win.* bibl. *Realw.* sub voc. *Ananias.*

Ἀναντίῤῥητος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv., ἀντί contra et ἐρέω dico) *cui contradici nequit, indubitatus.* Semel Act. 21, 36. (Pol. 6, 7. 7.)

Ἀναντιῤῥήτως, adv. *citra contradictionem, sine haesitatione.* Semel in N. T. Act. 10, 29. (Pol. 23, 8. 11.)

Ἀνάξιος, ίου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et ἄξιος) *indignus* seq. genit. [cf. *Matth.* §. 363, a. *Buttm.* §. 110, 5. 2. *Rost* §. 108. p. 533.] Semel 1 Cor. 6, 2. (Hdian. 2, 7. 6. Ios. Ant. 6, 1. 4.)

Ἀναξίως, adv. *indigne, indigno modo.* Bis 1 Cor. 11, 27. 29. (2 Macc. 14, 42.) Esse hoc adv. serioris aevi, docet *Win.* p. 433.

Ἀνάπαυσις, εως, ἡ, (ἀνά et παύω) *quies, requies* Apoc. 14, 11. Matth. 11, 29. εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν i. e. *Ruhe für euere Seelen.* Apoc. 4, 8. ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσι — λέγοντες i. e. *sine intermissione dicentes* i. q. οὐ παύονται λέγοντες. De quo usu verbi παύω, ἀναπαύω cf. *Win.* p. 317. 487. *Matth.* §. 551, d. 530, 2. *Buttm.* §. 131, 4. not. 3. *Alt* p. 173. (Sir. 6, 29. 51, 27. Dion. Halic. Ant. 4, 48.) — metonym. pro: *locus quietis, domicilium* Matth. 12, 43. Luc. 11, 24. — οἱ ο΄ pro מָנוֹחַ Gen. 8, 9.

Ἀναπαύω, f. αύσω, (ἀνά et παύω, facio, ut desistat aliquis ab aliqua re, τινά τινος Hom. Iliad. 17, 550.) *facio, ut requiescat aliquis, do requiem* [propr. Ael. V. H. 10, 4. Xen. Cyr. 7, 1. 4.] *recreo, erquicken,* sq. accus. Matth. 11, 28. 1 Cor. 16, 18. 2 Cor. 7, 13. Philem. v. 7. 20. Ita οἱ ο΄ pro נוּחַ Prov. 29, 17. — medium: ἀνα-

παύομαι, quiesco, requiesco, ausruhen Matth. 26, 45. Marc. 6, 31. 14, 41. Luc. 12, 19. Apoc. 6, 11. (Plut. Symp. 8, 7. 4.) — sq. ἐκ c. gen. rei Apoc. 14, 13. (sq. ἀπό Ios. Ant. 3, 5. 5.) cf. Anth. gr. 4. p. 275. ed. Iacobs. Matth. §. 355, 4. not. 1. Win. p. 40. 183. — ἐπί τινα in aliquo, demissus in aliquem requiesco in eo, ita de Spiritu div. qui coelitus contigit et operatur in aliquo 1 Petr. 4, 14. — ita οἱ ό pro נוּחַ Ies. 11, 2. רָגַע Deut. 28, 65. שָׁכַן Mich. 4, 4. שָׁכֵן Deut. 33, 20. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀναπείθω, f. είσω, (ἀνά augens, πείθω) omni studio persuadeo alicui aliquid, τινά, ita semel Act. 18, 13. — οἱ ό pro הִשִּׁיא Ier. 29, 8. (Xen. Mem. 3, 11. 10.)

Ἀναπέμπω, f. ψω, (ἀνά et πέμπω mitto) 1) mitto in locum altiorem vel ad aliquem in loco altiore habitantem, τινὰ πρός τινα Luc. 23, 7. 15. (Hdian. 2, 12. 11. Xen. Cyr. 7, 5. 34.) — 2) remitto, τινά τινι Luc. 23, 11. (Plut. Pomp. c. 36.) — τινά Philem. v. 11. quo l. aor. ἀνέπεμψα = remisi, ut vides. Legitur enim aor., item perf. [cf. Matth. §. 505. III.] in verbis mittendi, scribendi sic, ut respiciatur non tam illius, qui mittit vel scribit, tempus [i. e. praesens], quam alterius, qui, quae mittuntur vel scribuntur, accipit. Cf. Win. p. 254. Alt p. 134. — ita scripsi vid. Zumpt lat. Gram. §. 503, not. 2. — Saepius non extat in N. T.

Ἀνάπηρος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (ἀνά, πηρός) mutilus, membris captus, qui caret vel membro aliquo vel certe eius usu. Bis Luc. 14, 13. 21. (Ael. V. H. 11, 9. Plat. Crit. §. 14.)

Ἀναπίπτω, f. πεσοῦμαι, a. 2. ἀνέπεσον, imperat. ἀνάπεσε [ita codd. optimi Luc. 14, 10. 17, 7. cf. Griesb. ed. Schulz. Win. p. 70. Fritzsche Ev. Marc. p. 640. De lect. vulg. ἀνάπεσον [ab aor. 1. ἀνέπεσα] et de aliorum codd. lectione ἀνάπεσαι [ab aor. 1. ἀνεπεσάμην vel 2 pers. fut. ut πίεσαι, φάγεσαι cf. Win. l. l. Fritzsche l. l. coll. Lob. ad Phryn. p. 724. Matth. §§. 193. 246. sub πίτω. Buttm. §. 101. gr. max. §. 114. Rost p. 417. — ab ἀνά, πίπτω, cado; resupinus iaceo Xen. Oec. 8, 1. Diod. Sic. 4, 59.] recumbo, accumbo [de qua signif. novitia vid. sub ἀνάκειμαι notata] de hominibus, qui cibum capturi accumbunt Luc. 11, 37. 17, 7. 22, 14. Ioh. 13, 12. (Tob. 2, 1. Athen. 1, 19. Lucian. Asin. §. 23.) — ἐπὶ τὸ στῆθος τινός Ioh. 21, 20. cf. ad h. l. Win. bibl. Realw. sub voc. Mahlzeit. — sq. εἰς c. acc. loci Luc. 14, 10. — minus proprie vel sic, ut propria et translata huius verbi notio commixta sit Marc. 6, 40. Ioh. 6, 10. sq. ἐπὶ τὴν γῆν Matth. 15, 35. Cf. Fritzsche ad Matth. 15, 35. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀναπληρόω, ῶ, f. ώσω, (ἀνά et πληρόω) 1) impleo, compleo i. e. a) voll machen, erfüllen [Xen. Vect. 4, 24.] 1 Thess. 2, 16. εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε ut peccatorum suorum mensuram omnino impleant. Ex doctrina enim V. T. de peccatis eorumque poenis Deus, ut prave factorum certum quendam numerum homines impleant, permittit et usque eo parcit iis, confecto tamen numero isto inevitabiles sunt poenae eius cf. Gen. 15, 26. et Matth. 23, 32. — b) de dictis vel effatis = erfüllen, ratum facio, eventu comprobo, τί τινι [i. e. vel etwas in Bezug auf Jem. vid. Matth. §. 390. Win. p. 194 sq. vel: aliquid per aliquem i. e. moribus alicuius cf. Fritzsche Ev. Matth. §. 458. Win. p. 194. Matth. §. 396.] Matth. 13, 14. — c) τὸν νόμον plene observo, vollständig, ganz erfüllen, satisfacio legi Gal. 6, 2. (ita πληρόω Hdian. 3, 11. 9.) — d) τὸν τόπον τινός locum alicuius teneo 1 Cor. 14, 16. ὁ ἀναπληρῶν — ἰδιώτου i. e. plane indoctus. (Ios. b. i. 5, 2. 5.) — e) = ausfüllen, τὸ ὑστέρημά τινος i. e. officia praesto, quae aliquis, quod absens erat, praestare non poterat, defectum alicuius suppleo 1 Cor. 16, 17. Phil. 2, 30. (Ios. Ant. 5, 6. 2. Plut. de puer. educ. c. 13.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀναπολόγητος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et ἀπολογέομαι defendo me) qui defendi nequit, qui non habet, quo se excuset. Bis in N. T. Rom. 1, 20. 2, 1. (Plut. Brut. c. 46.)

Ἀναπτύσσω, f. ξω, (expando Xen. de re eq. 12, 6., ἀνά et πτύσσω, pando) explico, evolvo. Semel in N. T. τὸ βιβλίον Luc. 4, 17. (Hdot. 1, 125.) Erant enim libri Hebraeorum volumina hebr. מְגִלּוֹת quae illigabantur duobus baculis teretibus, capulos habentibus, quos manu tenens, qui legebat, convolvere poterat atque evolvere. — οἱ ό pro פָּרַשׂ 2 Regg. 19, 14. Saepius non extat in N. T.

Ἀνάπτω, f. ψω, (ἀνά et ἅπτω q. v.) accendo. Ter in N. T. Luc. 12, 49. Act. 28, 2. Iac. 3, 6. — οἱ ό pro בָּעַר 2 Chron. 13, 11. לָהַט Mal. 4, 1. (Xen. An. 5, 2. 24. Plut. Fab. Max. c. 6.)

Ἀναρίθμητος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. ἀριθμός) innumerabilis. Legitur tantum Hebr. 11, 12. — οἱ ό pro עֲצוּם Prov. 7, 26. אֵין מִסְפָּר Iob. 21, 33. (Diod. Sic. 2, 12. Xen. Cyr. 7, 4. 8.)

Ἀνασείω, f. είσω, (ἀνά et σείω, quatio; concutio, quasso Thuc. 4, 38.) sollicito, incito. Bis, τὸν ὄχλον Marc. 15, 11. Luc. 23, 5. (Diod. Sic. 13, 91.)

Ἀνασκευάζω, f. άσω, (vasa colligo, ut transferam in alium locum; ἀνά et σκεῦος Xen. An. 5, 10. 8. destruendo et depraedando locum evacuo Xen. Cyr. 6, 1. 25.) destruo, metaph. a vera abduco, τὰς ψυχὰς ὑμῶν Act. 15, 24. (συνθήκας Pol. 9, 31. 6. φήμην id. 12, 25. 4.)

Ἀνασπάω, ῶ, f. άσω, (ἀνά et σπάω) sursum traho. Bis sq. acc. Luc. 14, 5. Act. 11, 10. — οἱ ό pro הֶעֱלָה Hab. 1, 15. (Pol. 5, 110. 4. Xen. Mem. 3, 10. 7.)

Ἀνάστασις, εως, ἡ, 1) surrectio, erectio, das Aufstehen, ab ἀνίστημι [ut a sede, ex insidiis Thuc. 1, 133. Pol. 5, 70. 8.] metonym. auctor erectionis, metaph. pro: auctor melioris conditionis vel felicitatis Luc. 2, 34. — 2) resurrectio, das Wiederaufstehen, sq. ἐκ νεκρῶν e mortuis: i. e. das Wiederaufstehen von den Todten, reditus in vitam a) proprie, ubi agitur de resurrectione olim ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ futura, universe Luc. 20, 35. Act. 4, 2. — minus plene i. e. absque ἐκ νεκρῶν Matth. 22, 23. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. Act. 23, 8. — Matth. 22, 28. Marc. 12, 23. quo l. si verbis ἐν τῇ — ἀναστάσει additur ὅταν ἀναστῶσι cf. de hoc verbositatis genere sub ἀγαλλιάω observata. — Luc. 20, 33. — Matth. 22, 30. Luc. 20, 36. Ioh. 11, 24. Act. 17, 18. — addito τῆς ζωῆς vel τῆς κρίσεως i. e. quam sequetur vita, vel condemnatio, aut quae spectat ad vitam largiendam vel ad condemnandum aliquem Ioh. 5, 29. Cf. de genit. ad finem vel consilium pertinente Win. p. 173. Fritzsche coniect. p. 4. Ev. Marc. p. 10. Gesen. p. 676. Herm. ad Soph. Philoct. v. 43. et supra sub ἄζυμος notata. — addito τῶν νεκρῶν Matth. 22, 31. Act. 17, 32. 23, 6. 24, 15. 21. 1 Cor. 15, 12. 13. 21. 42. Hebr. 6, 2. — de resurrectione prima vel τῶν δικαίων i. e. piorum Dei cultorum Luc. 14, 14. Apoc. 20, 5. 6. — hinc ἡ κρείττων ἀνάστασις appellata Hebr. 11, 35. (2 Macc. 7, 14. 12, 43.) — cf. Bertholdt Christolog. p. 176 — 181. Gesen. Comment. in Ies. ad c. 26, 17 — 19. p. 805. — de ἀναστάσει κρίσεως i. e. de resurrectione, quam sequetur condemnatio [ὁ θάνατος ὁ δεύτερος i. e. mors secunda et αἰώνιος vel κόλασις αἰώνιος Apoc. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 8.] cf. Bertholdt l. l. p. 203 — 207. 223 — 226. it. 1 Cor. 15, 23. 24. 1 Thess. 4, 16. — de Iesu resurrectione vel reditu in vitam, plene i. e. addito νεκρῶν vel ἐκ νεκρῶν Rom. 1, 4. 1 Petr. 1, 3. — minus plene Act. 1, 22. 2, 31. 4, 33. de h. l. genit. ἀναστάσεως separato a nom. regente vid. ἄγγελος. — Rom. 6, 5. Phil. 3, 10. 1 Petr. 3, 21. — de antiquitatis hominibus, qui, mortui paulo ante, suis redditi ad auras superas venerunt Hebr. 11, 35. coll. 1 Regg. 17, 21. 22. 2 Regg. 4, 33 — 37. — b) metonym. vel pro: οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν Act. 26, 30. vel pro: auctor resurrectionis, absque ἐκ νεκρῶν Ioh. 11, 25. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀναστατόω, ῶ, f. ώσω, [vox aevi, ut videtur, alexandr. cf. Sturz de dial. alexandr. p. 146. pro: ἀνάστατον ποιέω] excito, aufregen, sq. accus. de hominibus civitatem perturbantibus vel seditionem moventibus Act. 17, 6. 21, 38. — de hominibus animos aliorum perturbantibus Gal. 5, 12.

Ἀνασταυρόω, ῶ, f. ώσω, (ἀνά et σταυρόω) sursum in crucem ago, vel denuo cruci affigo, ita semel τινά τινι aliquem in detrimentum vel perniciem alicuius [vid.

de dat. commodi vel incommodi sub ἄγω monita] Hebr. 6, 6. (Diod. Sic. 2, 1. Xen. An. 3, 1. 17.)

Ἀναστενάζω, f. άσω, *suspiro, ingemisco, aufseufzen* (ἀνά et στενάζω.). Semel in N. T. Marc. 8, 12. — οἱ ο' pro נֶאֱנַח Thren. 1, 4. (2 Macc. 6, 30. Xen. Conv. 1, 15.)

Ἀναστρέφω, f. ψω, (ἀνά et στρέφω verto) 1) *subverto*, ut summa ima fiant, ut τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε Ioh. 2, 15. (Pol. 5, 9. 3. Xen. Vect. 9, 18.) — 2) intransit. [vid. ἄγω no. 3.] *me converto* i. e. *redeo*, Act. 5, 22. 15, 16. quo l. si alii verbum ἀναστρέφω, ut hebr. שׁוּב inservire putant adverbio *iterum* circumscribendo [cf. *Gesen.* p. 823. *Ewald* p. 564. 631. gr. min. p. 259.] notionem huius adverbii iam verbo ipsi inesse observavit *Win.* p. 439. — οἱ ο' pro שׁוּב Gen. 8, 7. 9. (Pol. 1, 50. 2. Hdian. 3, 11. 4. Xen. An. 4, 3. 29.) — 3) pass. ἀναστρέφομαι aor. 2. p. ἀνεστράφην, signif. reflexiva = dep. pass. [vid. αἰσχύνω] a) *versor, ich befinde mich*, sq. ἐν c. dat. vel loci vel status Matth. 17, 22. 2 Cor. 1, 12. (ἐπί c. gen. loci Plut. Fab. max. c. 9.) — ἐν πλάνῃ 2 Petr. 2, 18. (Xen. Ag. 9, 4.) — sq. ἐν c. dat. et personarum, *in quibus mediis = inter quos*, et status Eph. 2, 3. — b) *me gero, ich betrage mich*, addito adv. 1 Tim. 3, 15. Hebr. 10, 33. 13, 18. — ἐν φόβῳ sc. ὤν = φοβούμενος 1 Petr. 1, 17. (Xen. An. 2, 5. 14.) — Uti Hebraeis דֶּרֶךְ = ὁδὸς de vita et vitae ratione, ita iisdem verba הָלַךְ et similia dicuntur pro: *vivere, vitae rationem sequi.* Vid. Prov. 20, 8. Saepius non habetur in N. T.

Ἀναστροφή, ῆς, ἡ, (ἀναστρέφω, q. v., conversio Xen. Cyr. 5, 4. 8.) 1) *vitae ratio*, quatenus factis et moribus conspicua est Gal. 1, 13. Eph. 4, 22. 1 Tim. 4, 12. de h. l. asyndeto vid. ἀδικέω. — Iac. 3, 13. 2 Petr. 2, 7. — de actionibus 2 Petr. 3, 12. 1 Petr. 1, 18. 2, 12. 3, 1. 2. 16. (Pol. 4, 82. 1. 2 Macc. 5, 8.) — 2) *vita*, [de qua signif. serioris aevi vid. *Win.* p. 24.] quatenus actionibus continetur 1 Petr. 1, 15. Hebr. 13, 7. (Inscriptio Berenices ἔν τε τῇ ἀναστροφῇ ἡσύχιον ἦθος ἐνδεικνύμενος. Stob. p. 227.) Saepius non extat in N. T.

Ἀνατάσσομαι, f. τάξομαι, (ἀνά et τάσσω ordino) *compono*. Semel in N. T., τί Luc. 1, 1. (Plut. de solert. animal. c. 12.)

Ἀνατέλλω, f. τελῶ, (ἀνά et τέλλω) 1) *exoriri facio*, ut τὸν ἥλιον Matth. 5, 45. — οἱ ο' pro הִצְמִיחַ Gen. 2, 9. (Diod. Sic. 17, 7. Hom. Iliad. 5, 777.) — 2) intrans. *orior* a) de sole, stellis Matth. 4, 16. 13, 6. Marc. 4, 6. 16, 2. Luc. 12, 54. Iac. 1, 11. quo l. aoristi ἀνέτειλεν — ἐξήρανε ad utriusque rei subitam successionem et praeteritionem pertinere = *en ortus est sol et iam exaruit gramen*, docet *Win.* p. 254. 440. coll. *Herm.* ad Vig. p. 745 sq. 748., ad Eur. Med. v. 1185. *Matth.* §. 497. *Buttm.* §. 124, 4. *Bornem.* ad Xen. An. p. 53. — 2 Petr. 1, 19. (ita et Graecis: Pol. 9, 15. 10. Paus. 2, 23. Ael. H. Anim. 10, 45. Xen. Cyr. 8, 3. 2. cum antiquiores ἀνατέλλειν de sole, ἐπιτέλλειν de ἄστροις habeant cf. *Schäfer* Schol. Par. Apoll. Rhod. 4, 253. *Lob.* ad Phryn. p. 124. 125.) — b) de hominibus genus ab aliquo ducentibus Hebr. 7, 14. de h. l. perfect. vid. sub ἀκούω notata. (Testam. 12. patr. in Fabric. Cod. pseudep. T. 1. p. 686.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀνατίθημι, f. ἀναθήσω (ἀνά, τίθημι pono; sursum pono Pol. 1, 86. 6.) *propono, aufstellen*, de narrantibus = *expono, enarro*, med. ἀνατίθεμαι *animus est exponere, ich entschliesse mich vorzutragen* [cf. *Matth.* §. 492, c. d. *Rost* §. 113, not. 3. p. 557 sq. *Win.* p. 232. τί τινι, ita bis Act. 25, 14. Gal. 2, 2. (2 Macc. 3, 9. Artem. 2, 59. Plut. amat. narrat. c. 2.)

Ἀνατολή, ῆς, ἡ, (ab ἀνατέλλω quod vid. ortus, de sole, stellis Ael. Hist. Anim. 3, 30. Aristot. H. An. 9, 17. De ἀνατολή et ἐπιτολή apud Graecos antiquiores et iuniores cf. *Lob.* ad Phryn. p. 124.) 1) *oriens* i. e. *plaga orientalis* sive absolute Apoc. 21, 13., sive voce ἡλίου addita Apoc. 7, 2. 16, 12., sive de oriente universo, sive (Matth. 2, 1. 2.) de Arabia, Hebraeis κατ' ἐξοχήν קֶדֶם i. e. oriens appellata cf. Gen. 25, 6. adhibeatur, sive singulari s. plurali [de quo vid. sub ἄζυμος notata] enunctetur Matth. 2, 1. 2. 9. — (Diod. Sic. 2, 43.) — verbis ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν Matth. 8, 11. et ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀπὸ βοῤῥᾶ καὶ νότου ἥκειν Luc. 13, 29. per μερισμόν circumscribitur notio τοῦ *undique*. cf. Ies. 45, 6. — Matth. 24, 27. — 2) metaph. pro: *lux oriens*, cui comparatur Messias solis instar melioris religionis ope illustraturus homines Luc. 1, 78. Saepius non legitur in N. T.

Ἀνατρέπω, f. ψω, *everto* (ἀνά et τρέπω verto, Diod. Sic. 2, 23. Dem. 778, 22. Xen. Cyr. 2, 1. 5.) metaph. *corrumpo*. Bis in N. T. ut τὴν πίστιν τινός 2 Tim. 2, 18. ὅλους τοὺς οἴκους Tit. 1, 11.

Ἀνατρέφω, f. θρέψω (ἀνά et τρέφω.) Ter in N. T. 1) *alo, nutrio* Act. 7, 20. (Ios. Ant. 2, 9. 7. Xen. Mem. 4, 3. 10.) — 2) *educo* infantem Act. 22, 3. med. *mihi educo*, τινά [vid. αἰτίομαι sub αἰτέω] Act. 7, 21. (Hdian. 1, 2. 2. 1, 4. 8.)

Ἀναφαίνω, f. φανῶ, (ἀνά et φαίνω) *spectandum praebeo, ostendo*, med. ἀναφαίνομαι *appareo* Luc. 19, 11. — passiv. cum nominat. obiecti remotioris [i. e. cum nominat. personae] et accus. obiecti propioris [i. e. c. acc. rei] ἀνεφάνην τι = ἔχω τι ἀναφανέν i. e. *in conspectu habeo aliquid* vel *apparet mihi aliquid* Act. 21, 3. (Theophan. p. 392. περιεφέροντο ἐν τῷ πελάγει, ἀναφανέντων δὲ αὐτῶν τὴν γῆν, εἶδον αὐτοὺς οἱ στρατηγοί.) Cf. de verbis passivis strui solitis sic, ut quod habet activum obiectum remotius tertio casu positum, sequatur casu primo, contra quod habet activum obiectum propius casu quarto positum, sequatur accusativo casu *Matth.* §. 490. coll. §. 424, 2. *Buttm.* §. 121, 7. *Rost* §. 112, 5. p. 553 sq. *Win.* p. 205. 237. *Alt* p. 63. 111 sq. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 395. *Bornem.* in *Rosenm.* Repert. 2. p. 250. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀναφέρω, f. ἀνοίσω, aor. ἀνήνεγκον, (ἀνά et φέρω) 1) *sursum fero, sursum duco*, sq. acc. pers. et εἰς c. acc. loci Matth. 17, 1. Marc. 9, 2. Luc. 24, 51. (Plut. Num. c. 2. Lucian. Dial. Deorr. 20, 9.) — de personis victimas arae admoventibus, ubi Lat. *offero* nunc additis ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον Iac. 2, 21. nunc absolute Hebr. 7, 27. 13, 15. 1 Petr. 2, 5. — 2) *tollendo aufero*, ut ἁμαρτίας, Hebr. 9, 28. additis ἐπὶ τὸ ξύλον 1 Petr. 2, 24. de Iesu, qui, quemadmodum victimis imponerentur peccata manu peccatoris, pro quo offerebantur, ita corpore suo peccata hominum, imposita sibi velut victimae, in crucem sustulit sic, ut cum ipso quasi interficerentur et culpa eorum tolleretur. — οἱ ο' pro הַמְחַטֵּא Levit. 6, 19. i. e. sacerdos victimam piacularem offerens; pro הֵבִיא 2 Chron. 29, 31. הוֹבִיל 18, 7. עָשָׂה 1 Regg. 12, 27. עָלָה Iudd. 6, 26. Saepius non legitur in N. T.

Ἀναφωνέω, ῶ, f. ήσω, (ἀνά et φωνέω) *alta voce clamo*. Semel in N. T. addito φωνῇ μεγάλῃ [vid. ἀγαλλιάω] Luc. 1, 42. — οἱ ο' pro הִשְׁמִיעַ 1 Chron. 15, 28. (Pol. 3, 33. 4. Plut. Cicer. c. 27.)

Ἀνάχυσις, εως, ἡ, (ἀναχέω effundo; effusio, aestuarium maris Strabo 3. p. 206. 374.) *sentina* metaph. de scelerum sentina. Legitur tantum 1 Petr. 4, 4.

Ἀναχωρέω, ῶ, f. ήσω, (ἀνά et χωρέω) 1) *recedo, redeo*, sq. εἰς c. acc. loci Matth. 2, 12. (Xen. Cyr. 8, 4. 2.) — absol. Matth. 2, 13. — 2) *secedo, ich ziehe mich zurück*, vel, ut tutus sim ab aliquo, sq. εἰς c. acc. loci Matth. 2, 14. 22. 4, 12. 14, 13. Ioh. 6, 15. ἐκεῖθεν Matth. 12, 15. πρός τινα Marc. 3, 7. — vel univ. sq. εἰς c. acc. loci Matth. 15, 21. 27, 5. — οἱ ο' pro בָּרַח Hos. 12, 12. (Hdian. 1, 12. 2.) — κατ' ἰδίαν Act. 23, 19. — absol. Matth. 9, 24. Act. 26, 31. — pro נוּס 1 Sam. 19, 10. Saepius non extat in N. T.

Ἀνάψυξις, εως, ἡ, (ab ἀναψύχω quod vid. refrigeratio post aestum) *recreatio, quies*. Extat tantum Act. 3, 19. καιροὶ ἀναψύξεως dicuntur laetissima Messiae tempora, quibus regni messiani cives exemti malis summa felicitate fruentur. — οἱ ο' pro רְוָחָה Exod. 8, 11. (Strabo 17. p. 1187.)

Ἀναψύχω, f. ξω, (ἀνά et ψύχω; respiro Meleagr. Epigr. 58. in Antholog. graec. T. 1. p. 12. ed. *Iacobs*;

refrigero Bion 1, 85. Pausan. Arcad. 28.) *recreo aliquem.* Extat tantum 2 Tim. 1, 16. *μὲ ἀνέψυξε.* — οἱ ο' pro נָפַשׁ Exod. 23, 12. רוּחַ 1 Sam. 16, 23. (Diod. Sic. 10, 52. Hom. Iliad. 10, 575.)

Ἀνδραποδιστής, οῦ, ὁ, *plagiarius* i. e. *qui hominem liberum vel vi vel artibus malis servum* [ἀνδράποδον] *facit.* Semel in N. T. 1 Tim. 1, 10. — (Pol. 12, 9. 2. Xen. Mem. 1, 2. 6.)

Ἀνδρέας, 'ου, [vid. *Win.* p. 60.] ὁ, *Andreas,* natione Galilaeus, Bethsaida oriundus, primum Iohannis Baptistae disciplinae addictus, postea cum fratre Simone = Petro in numerum apostolorum Iesu receptus Matth. 10, 2. Marc. 1, 16. al.

Ἀνδρίζω, f. ίσω, (virum vel fortem reddo Xen. Oec. 5, 4.) med. ἀνδρίζομαι *virum me praesto* (ἀνήρ). Semel in N. T. 1 Cor. 16, 13. De h. l. imperat. praes. vid. αἰνέω. — οἱ ο' pro חָזַק Ios. 1, 6. 9. (Xen. An. 4, 3. 34.)

Ἀνδρόνικος, ου, ὁ, *Andronicus,* nom. pp. viri iudaeo-christiani, consanguinei Pauli et cum eo in vincula coniecti Rom. 16, 7.

Ἀνδροφόνος, ου, ὁ, *homicida* (ἀνήρ, φόνος) 1 Tim. 1, 9. (Plato Eutyphr. §. 2.)

Ἀνέγκλητος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐγκαλέω, in ius voco, qui in ius vocari nequit) *inculpatus, irreprehensus.* Ter in N. T. 1 Cor. 1, 8. Col. 1, 22. 1 Tim. 3, 10. (Art. 5, 38. Xen. Mem. 2, 8. 5.)

Ἀνεκδιήγητος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐκδιηγέομαι enarro) *ineffabilis.* Extat tantum 2 Cor. 9, 15. (ita ἀδιήγητος Arrian. Exp. Al. M. 4, 30. 3. Xen. Cyr. 7, 1. 32.)

Ἀνεκλάλητος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐκλαλέω eloquor) *ineffabilis* 1 Petr. 1, 8. (Eunap. Proaeres. ὡς ἐπύθετο τὴν ἄλογον ταύτην καὶ ἀνεκλάλητον σωτηρίαν.)

Ἀνέκλειπτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐκλείπω desino, deficio) *nunquam deficiens, inexhaustus,* Semel in N. T. Luc. 12, 33. (Diod. Sic. 1, 36. 4, 84.)

Ἀνεκτός, ή, όν, vel ut habent Graeci melioris notae ἀνεκτός, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (ab ἀνέχομαι) *tolerabilis.* Legitur in N. T. non nisi neutr. adiect. ἀνεκτότερον adverbialiter [vid. ἀκριβής], ita ter in formula ἀνεκτότερον ἔσται — τῇ γῇ, ἢ κλ. *tolerabilior se habebit sors terrae isti, quam* = *tolerabilior erit huius terrae sors, quam.* Vide εἰμί. Matth. 10, 15. 11, 22. 24. [Marc. 6, 11.] Luc. 10, 12. 14. (Hdian. 6, 5. 11. Thuc. 2, 35.)

Ἀνελεήμων, ονος, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et ἐλεήμων misericors) *immisericors, durus.* Extat tantum Rom. 1, 31. De h. l. asyndeto vid. ἀδικέω. — οἱ ο' pro אַכְזָר Prov. 5, 9.

Ἀνεμίζω, f. ίσω, (ἄνεμος) *ventis agito* Iac. 1, 6. — Vox Graecis inusitata.

Ἄνεμος, ου, ὁ, *ventus* a) pp. Matth. 7, 25. 11, 7. 14, 24. Luc. 8, 23. 24. Ioh. 6, 18. Act. 27, 5. Iac. 3, 4. Iud. v. 12. Apoc. 7, 1. (Xen. Mem. 3, 8. 9.) — b) οἱ τέσσαρες ἄνεμοι pro: *quatuor plagae coeli* Matth. 24, 31. Marc. 13, 27. Ita אַרְבַּע רוּחוֹת 1 Chron. 9, 24. (Ios. Ant. 8, 3. 5.) — metaph. ἄνεμος τῆς διδασκαλίας *doctrina vana* vel *inanis* Eph. 4, 14. Ita רוּחַ Iob. 6, 26. 15, 2.

Ἀνένδεκτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐνδέχομαι fieri possum) *quod fieri non potest.* Semel Luc. 17, 1. de h. l. lect. et genit. τοῦ μὴ ἐλθεῖν cf. *Win.* p. 303.

Ἀνεξερεύνητος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐξερευνάω perscrutor) *imperscrutabilis.* Rom. 11, 33. — *Symmach.* Prov. 25, 3. Ier. 17, 9. — Saepius non extat in N. T.

Ἀνεξίκακος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (ἀνέχομαι sustineo et κακός) *patiens malorum et iniuriarum.* Semel in N. T. 2 Tim. 2, 24. (Hierocl. ad Pythag. carmen aur. 7. ἐπειδὴ — καὶ πρὸς τὴν ἐκ μεταμελείας αὐτῶν μετανάκλασιν πλεῖστα συμβάλλεται τὸ ἡμέτερον ἀνεξίκακον — διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· ὄφρα δύνῃ. — ἀνεξικακία legitur Sap. 2, 19. et Plut. Pelop. c. 25.)

Ἀνεξιχνίαστος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et ἐξιχνιάζω investigo) *qui investigari nequit, mente non comprehendendus.* Bis in N. T. Rom. 11, 33. Eph. 3, 8. — οἱ ο' pro אֵין חֵקֶר Iob. 5, 9. 9, 10. (Oratio Manassis v. 6.)

Ἀνεπαίσχυντος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐπαισχύνομαι erubesco) *qui non erubescit, qui non habet, cuius pudeat eum.* Extat tantum 2 Tim. 2, 15. (Adverbium legitur Agapet. 57.)

Ἀνεπίληπτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et ἐπιλαμβάνω, apprehendo; qui apprehendi nequit) metaph. *qui reprehendi non potest, inculpatus.* Ter in N. T. 1 Tim. 3, 2. 5, 7. 6, 14. (Plut. Pericl. c. 10. Xen. Cyr. 1, 2. 15.)

Ἀνέρχομαι, f. ἐλεύσομαι, (ἀνά, ἔρχομαι) *adscendo* i. e. *confero me* vel *venio in locum altiorem.* Ter in N. T., ut εἰς τὸ ὄρος Ioh. 6, 3. εἰς Ἱεροσόλυμα Gal. 1, 17. 18. — οἱ ο' pro הָלַךְ 2 Regg. 13, 19. (Hdian. 7, 8. 5. Xen. H. G. 2, 4. 38.)

Ἄνεσις, εως, ἡ, (ἀνίημι remitto) 1) *remissio,* (ut χορδῶν Plat. de rep. 1.) *relaxatio* Act. 24, 23. ἔχειν ἄνεσιν i. e. *remissius habere* vel *tractare.* — 2) *requies,* de interna 2 Cor. 2, 12. quo l. verba: οὐ ἔσχηκα — μου = *inquietus eram animo.* Vide de hoc dat. usu ἀγαλλιάω. — 2 Cor. 7, 5. de externa ab aerumnis 2 Cor. 8, 13. 2 Thess. 1, 7. (Pol. 1, 66. 10.)

Ἀνετάζω, f. άσω, (ἀνά augens, ἐτάζω) *accurate examino, diligenter inquiro.* Bis in N. T. τινά Act. 22, 24. 29. — οἱ ο' pro דָּרַשׁ Iudd. 6, 29. (Histor. Sus. v. 14.)

Ἄνευ, [adv. cf. *Win.* p. 441. in N. T.] praepos. secum habens gen. cf. *Matth.* §. 576. *Buttm.* §. 133, not. 2. *Rost* §. 108, not. 19. §. 110, not. 1. — *sine, absque* i. e. vel *ita ut absit aliquid,* ut γογγυσμῶν 1 Petr. 4, 9. (Plut. Marcell. c. 10. Thuc. 7, 65.) vel *invito* vel *nolente aliquo,* ut τοῦ πατρὸς ὑμῶν Matth. 10, 29. (Dem. 1240, 30. Xen. H. G. 4, 8. 16.) — vel *sine auxilio et interventu alicuius,* ut λόγου 1 Petr. 3, 1. (Diod. Sic. 1, 90.) — οἱ ο' pro בְּלִי Iob. 31, 39. בְּלֹא Ps. 44, 12. Saepius non legitur in N. T.

Ἀνεύθετος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α priv. et εὔθετος opportunus Diod. Sic. 2, 57.) *non opportunus, non idoneus,* sq. πρός τι, ita semel Act. 27, 12.

Ἀνευρίσκω, f. ἀνευρήσω, (ἀνά, εὑρίσκω) *invenio, auffinden, entdecken,* τινά, ita bis Luc. 2, 16. Act. 21, 4. (Xen. Cyr. 1, 6. 40.)

Ἀνέχω, f. ἀνασχήσω, (ἀνά, ἔχω habeo, teneo) retineo *aufhalten* (Hom. Il. 23, 426.) Legitur in N. T. non nis medium: ἀνέχομαι, fut. ἀνέξομαι [de qua fut. forma frequentissima vid. *Win.* p. 78. *Alt* p. 24.] impf. ἀνεχόμην et c. duplici augm. [cf. *Matth.* §§. 170. 235. *Buttm.* §. 78, not. 7. §. 100. gr. max. §. 114. sub ἔχω. *Rost* §. 68. p. 196. *Win.* p. 69. *Alt* p. 16.] ἠνειχόμην [ita codd. 2 Cor. 11, 1. 4.] a. 2. ἠνεσχόμην, *sustineo* i. e. *patienter fero, tolero,* a) univ. sq. genit. personae vel rei [= ich halte mich aufrecht gegen Jem., oder gegen etwas cf. *Matth.* §. 350, not.] Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. Luc. 9, 41. de horum locorum futuro = *soll ich tragen?* vid. sub ἀγοράζω monita. — μοῦ 2 Cor. 11, 1. — v. 19. Eph. 4, 2. παρακαλῶ ὑμᾶς — περιπατῆσαι — ἀνεχόμενοι. Cf. de h. l. anacolutho in transitu a casibus obliquis ad nominativ. participii *Matth.* §. 556, not. 3. *Buttm.* §. 151. p. 456. ed. 3tiae. *Viger.* p. 337. 770. *Win.* p. 497. *Alt* p. 238 sq. quibus adde, quae de transitu a dativo ad accus. habent *Matth.* §. 536, not. *Buttm.* §. 142, 4. not. 2. *Bornem.* ad Xen. Cyr. 3, 3. 14. Mem. 1, 5. 5. coll. *Eiusd.* schol. p. 17. — Col. 3, 13. (Hdian. 8, 5. 9.) — 2 Cor. 11, 1. ἀνείχεσθέ μου — τῆς ἀφροσύνης vel ut in codd. τῇ ἀφροσύνῃ i. e. *ratione habita imprudentiae meae* [de quo dat. usu vid. ἀγαλλιάω]. Aliter *Fritzsche* diss. 2. p. 53 sqq. — absol. 1 Cor. 4, 12. 2 Thess. 1, 4. quo l. per attract. αἷς pro: ὧν. Aliter *Fritzsche* l. l. — sq. εἰ 2 Cor. 11, 4. 20. — — b) de personis hactenus ferentibus aliquem vel aliquid, quatenus aures praebent = *admitto,* sq. genit., ut ὑμῶν Act. 18, 14. διδασκαλίας vel τοῦ λόγου 2 Tim. 4, 3. Hebr. 13, 22. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀνεψιός, οῦ, ὁ, *consobrinus.* Extat tantum Col. 4, 10. (Tob. 7, 2. Xen. An. 7, 8. 9.)

Ἄνηθον, ου, τό, *anethum, Dill,* plantae genus. Legitur tantum Matth. 23, 23. (Plin. H. N. 19, 8. Dioscorid. 3, 461.)

Ἀνήκει, verb. impers. (ab ἀνήκω, veni supra, ich

bis hinaufgekommen, ab ἀνά et ἥκω, tum: ich beziehe mich auf etwas, pertineo ad aliquid) *convenit*, *decet*. Ter in N. T. Eph. 5, 4. τὰ οὐκ ἀνήκοντα i. e. *quippe quae inhonesta sunt*. Cf. *Win*. p. 449. Col. 3, 18. ὡς ἀνῆκεν, *ut decebat* scil. ex quo Christum *profitemini*. Cf. de praesentibus ἀνήκει, δεῖ, καθήκει, προςήκει, χρή spectantibus ad futura vel ad ea, quae fieri vel possunt vel debent et de imperf. ἔδει, ἀνῆκεν, καθῆκεν, προςῆκεν, χρῆν, quae ad praeterita respiciunt et indicant, oportuisse aliquid fieri, quod fieri neglectum est *Matth*. §. 505, not. *Bornem*. schol. p. 181. 184. 164. *Win*. p. 247. 258. *Alt* p. 138 sq. coll. *Voigtländer* ad Lucian. dial. mort. p. 110 sq. et de indicat. in sententia aliunde non suspensa, sub δεῖ monita. — Col. 3, 18. Philem. v. 8. (Hdot. 6, 109.)

Ἀνήμερος, ον, ὁ, ἡ, (α priv. et ἥμερος mansuetus) *immansuetus*, *crudelis*. Semel 2 Tim. 3, 3. (Arrian. diss. epictet. 1, 3.)

Ἀνήρ, δρός, ὁ, 1) *vir*, *der Mann* a) universe Luc. 1, 27. 34. 5, 18. 7, 21. Ioh. 1, 13. Act. 2, 22. 5, 36. 9, 38. 10, 5. 30. 11, 13. 13, 21. Rom. 11, 4. Iac. 1, 8. de h. l. appositione ἀνήρ — ἀκατάστατος separata a nomine primario ἄνθρωπος v. 7. cf. *Win*. p. 337. — Iac. 2, 2. al. (Athen. 15, 50. Xen. Symp. 2, 3.) — b) *vir adultus* aa) propr. Luc. 19, 2. Ioh. 1, 30. al. (Palaeph. f. 8. Xen. Conv. 4, 17. et τέλειος ἀνήρ Cyr. 1, 2. 4.) — ubi distinguuntur ἄνδρες, γυναῖκες, παιδία Matth. 14, 21. 15, 38. Marc. 6, 44. Act. 17, 12. — de viro, quo uxor fruitur: *maritus* Matth. 1, 16. Marc. 10, 2. 12. Luc. 2, 36. 16, 28. Ioh. 4, 16—18. 1 Cor. 7, 2—4. 13. 14. 16. 34. 39. Gal. 4, 27. Col. 3, 19. [quo l. nominat. pro vocat. cf. *Matth*. §. 312. *Buttm*. §. 31, not. 4. gr. max. §. 38, 6. *Markl*. ad Eur. Iphig. A. v. 446. *Fischer* 3, a. p. 319. *Win*. p. 169. *Alt* p. 43.] al. (Ael. V. H. 12, 49. Lucian Dial. Mort. 23, 6. Xen. Cyr. 1, 3. 13.) cf. *Herm*. ad Soph. Trachin. 547. — de sponso Matth. 1, 19. Apoc. 21, 2. (ita sponsa dicitur Graecis εἰς ἀνδρὸς [sc. οἰκίαν] ἰέναι vel ἐλθεῖν cf. Libanii et Alciphronis locos apud Greg. Corinth. p. 45 sq. ed. *Schäfer*.) — de militibus Luc. 22, 63. (ita οἱ ἄνδρες, die Mannschaften Xen. An. 1, 2. 3.) — additur nominibus nunc adiectivis, ut ἀνὴρ φρόνιμος Matth. 7, 24. ἀ. μωρός v. 26. — Luc. 5, 8. 12. Iac. 1, 8. al. (Palaeph. f. 31. Xen. An. 1, 3. 20. Apol. Socr. §. 16.) — nunc substantivis appellativis, ut ἀνὴρ προφήτης Luc. 24, 19. ἀ. φονεύς Act. 3, 14. cf. *Matth*. §. 430, 6. *Buttm*. §. 109, 3. 1. *Win*. p. 31. 551. (Palaeph. f. 38. Lucian. Dial. Mort. 10, 3. Xen. Hier. 10, 8.) — pronomini τίς Luc. 8, 27. Act. 10, 1. 16, 9. al. (Xen. Cyr. 1, 4. 7.) — nominibus gentilibus vel universe, ut ἄνδρες νινευῖται Matth. 12, 41. Luc. 11, 32. — Act. 8, 27. 10, 28. 22, 3. — Act. 11, 20. (Palaeph. f. 7. 19. 32. Ael. V. H. 12, 56. Xen. An. 1, 8. 1.) cf. *Buttm*. l. l. *Win*. p. 551. — vel ut honoris nota Act. 1, 11. 2, 14. 22. 5, 35. 13, 16. 17, 22. 19, 35. 21, 28. (Xen. An. 1, 7. 3. Plato Apol. Socr. §. 1. 2. 11.) — in compellationibus, ut honoris nota: ἄνδρες, Act. 14, 15. 19, 25. 27, 10. 21. 25. (Xen. An. 1, 4. 14.) — addito ἀδελφοί Act. 1, 16. (ita ἄνδρες φίλοι Xen. An. 1, 6. 6.) — pro: ἀνήρ τις Luc. 9, 38. Act. 6, 11. (Palaeph. f. 8. Xen. Cyr. 2, 2. 22.) — bb) metaph. *vir*, sive intelligentiam sive mores spectaveris, *perfectus* 2 Cor. 13, 11. et addito τέλειος Eph. 4, 13. Iac. 3, 2. (ita ἀνήρ = vel ein tüchtiger, tapferer Mann Hom. Iliad. 5, 529. vel, vir animi integritate et probitate excellens, *ein Ehrenmann* v. *Valkenar*. ad Hdot. 7, 210. *Heindorf* ad Plat. Phaedr. p. 239. B.) —

2) *homo*, maxime num. plur. Luc. 11, 31. Act. 4, 4. (ita, ubi ἄνδρες et θεοί vel ἄνδρες et θήρ sibi opp. Hom. Iliad. 1, 334. 403. Xen. Cyr. 4, 3. 13. Lucian. Dial. Mort. 24, 2. et *Voigtländer* ad h. l.) cf. *Herm*. ad Sophocl. Oed. Col. 573. Aiac. 77. et ad Vig. p. 722. — Matth. 14, 35. ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου i. e. *incolae huius regionis*. — Singul. num. Rom. 4, 8. Iac. 1, 12. 20. 23. (Xen. Oec. 1, 7. et Sophocl. l. l.)

Ἀνθίστημι, f. ἀντιστήσω, (ἀντί et ἵστημι) praes. imperf. fut. aor. 1 act. *oppono*; perf. plusqpf. aor. 2. act. *resisto*, *adversor* Matth. 5, 39. Luc. 21, 15. Act. 6, 10. 13, 8. Rom. 9, 19. 13, 2. Gal. 2, 11. Eph. 6, 13. 2 Tim. 3, 8. 4, 15. Iac. 4, 7. 1 Petr. 5, 9. (Hdian. 2, 10. 11. Xen. Cyr. 1, 2. 10.) Saepius in N. T. non legitur.

Ἀνθομολογέομαι, οῦμαι, (ἀντί aequalitatem indicans, ὁμολογέω vel ὁμολογοῦμαι profiteor) *eodem modo*, *quo alter*, *profiteor aliquid*. τῷ κυρίῳ i. e. *in laudem alicuius* [de dat. commodi vid. ἄγω], ita semel Luc. 2, 38. ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ pro: ἀνθωμολογεῖτο τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ψάλλουσα αὐτῷ *eodem modo* [quo συμεών v. 28.] *maiestatem Domini profitebatur laudes eius canens* i. e. *eodem modo laudes Domini praedicabat*. — Ita pro הוֹדָה sq. לְ Ps. 79, 13. τὰς ἀρετάς τινος Diod. Sic. 1, 70.

Ἄνθος, εος, τό, *flos*. Ter in N. T. Iac. 1, 10. 11. 1 Petr. 1, 24. — οἱ ὁ' pro צִיץ Num. 17, 8. (Ael. V. H. 9, 8. Xen. Ven. 5, 5.)

Ἀνθρακιά, ᾶς, ἡ, *prunarum acervus*, bis Ioh. 18, 18. 21, 7. (Hom. Iliad. 9, 223. Athen. 8. p. 361. D. Iac. Sir. 11, 32.)

Ἄνθραξ, ακος, ὁ, *carbo*, *pruna*. Legitur tantum Rom. 12, 20. hebr. גַּחֲלֵי Prov. 25, 22. Ex hoc V. T. loco desumta sunt quae Rom. l. l. leguntur. Sensus: *efficies, ut adversarius malitiae suae convictus erubescat et dolere incipiat*, vel: *gravis poena adversario tuo impendebit, ubi patientia et beneficentia tua ad meliorem mentem non redierit*. (Athen. 3. ἐπ' ἀνθράκων ὀπτᾶσθαι.)

Ἀνθρωπάρεσκος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό. Vox serioris aevi cf. *Lob*. ad Phryn. p. 621. *Win*. p. 26. (ἄνθρωπος et ἀρέσκω placeo) *qui hominibus placere studet*. Bis Eph. 6, 6. Col. 3, 22. — Ps. 53, 5. Fabric. Cod. Pseudep. I. 929.

Ἀνθρώπινος, η, ον, *humanus* i. e. a) *ab hominibus profectus*, *hominibus probatus*, σοφία ἀνθ. 1 Cor. 2, 4. 13. vel ab hominibus institutus 1 Cor. 4, 13. 1 Petr. 2, 13. (Xen. Mem. 1, 1. 12.) — b) *viribus humanis accomodatum*, levitatis notione inclusa 1 Cor. 10, 13. πειρασμὸς ἀνθ. (Pollux 3, 131. ὃ οὐκ ἄν τις ὑπομείνειεν, ὃ οὐκ ἄν τις ἐνέγκῃ — τὸ δὲ ἐναντίον, κοῦφον, εὔφορον, οἰστόν, ἀνθρώπινον, ἀνεκτόν.) — c) *vitae communis rationi accommodatum* Rom. 6, 19. ἀνθρώπινον λέγω. cf. tamen ad h. l. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. p. 160. — d) ἡ φύσις ἡ ἀνθ. *natura humana ceteris animantibus praestantior* = *humani ingenii solertia* Iac. 3, 7. Cf. *Theile* ep. Iacob. p. 191. Saepius non extat in N. T.

Ἀνθρωποκτόνος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (ex ἄνθρωπος et κτείνω occido) *homicida*, bis in N. T. 1 Ioh. 3, 15. ἀνθρ. ἐστί i. e. *pronus est ad homicidium patrandum*, *der ist des Mordes fähig*. — ex opinione de diabolo, quatenus peccatum in mundum inducens *auctor mortis extitit* Ioh. 8, 44. coll. Sapient. 2, 24. (passive Eurip. Cyclop. 127.)

Ἄνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, *homo*, *der Mensch* 1) proprie. Ita legitur a) cum articulo aa) ubi agitur de homine certo, noto, e contextu vel aliunde facile cognoscendo Matth. 12, 13. coll. v. 10. 26, 72. 74. Marc. 3, 3. 5 coll. v. 1. 5, 8 coll. v. 2. 14, 71. Luc. 6, 8 coll. v. 6. 8, 29. 33. 35 coll. v. 27. Ioh. 2, 25. quo l. ὁ ἄ. homo, cum quo res ipsi scil. Iesu, est. Cf. *Win*. p. 103. *de Wette* Ev. Ioh. p. 41. — Ioh. 4, 50 coll. v. 46. 47. 5, 9 coll. v. 5. — v. 15 coll. v. 14. 7, 51. quo l. per contextus rationes ὁ ἄ. homo, de quo ferenda est sententia. — Cf. 30 coll. v. 24. — Matth. 10, 36 coll. v. 35. i. e. homo ille, qui filium filiamque sibi adversantes habet. — Ioh. 19, 5. ἴδε ὁ ἄ. i. e. en hominem illum inermem, miserum, male a vobis tractatum! Matth. 12, 43 et Luc. 11, 24. ὅταν — ἀνθρώπου i. e. *ubi vero ab homine* [obsesso ante a malo genio] *excesserit daemon impurus*. De horum l. nexu c. antecedd. vid. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 447. *de Wette* Ev. Matth. 120 sq. — Act. 19, 16. 25, 22 coll. v. 14. 2 Thess. 2, 3. — οἱ ἄνθρωποι, *homines*, *die Menschen* Matth. 10, 17. προςέχετε — ἀνθρώπων *carete vobis ab hominibus* [= vor der Art Menschen] scil. quos lupis similes esse modo [v. 16.] significavi. Luc. 7, 31. Ioh. 6, 10 et 14 coll. v. 5. 2 Thess. 3, 2. Apoc. 9, 6. 10. 15. 18. 20 coll. v. 4. — ad accuratiorem hominis notationem adduntur interdum vel οὗτος· ὁ ἄνθρ. οὗτος, οὗτος ὁ ἄ. Marc. 14, 71. 15, 39. Luc. 2, 25. 14, 30 coll. v. 28. 23, 4. 14. 47. Ioh. 7, 46. 11, 47 coll. v. 46. 18, 17. de h. l. genit. separato a nom. regente vid. ἀγαθός. — Ioh. 18, 29. Act. 5, 28. 6, 13. 22, 26. 23, 9. 26, 31. 32. 28, 4. — 4, 16. 5, 35. 38. 16, 17. 20. — vel ἐκεῖνος Matth. 12, 45 coll. v. 43. Luc. 11, 26 coll. v. 24. —

Matth. 26, 24 coll. v. 21 et 18. Marc. 14, 21. Luc. 22, 22 coll. v. 21. Iac. 1, 7 coll. v. 6. — Act. 16, 35. — vel *τοιοῦτος* 2 Cor. 12, 3. — vel ὅς, ὅστις c. verbo finito Matth. 18, 7. Ioh. 9, 24. Act. 4, 22. — Ioh. 17, 6. Apoc. 9, 4. — vel nom. numerale, ut *ὁ εἷς ἄ. der eine Mensch,* Rom. 5, 15. 19. vel per apposit. subst. c. artic., ut *οἱ ἄ. οἱ ποιμένες* Luc. 2, 15. — vel particip. ante se habens artic. Ioh. 5, 12. Act. 4, 14. 21, 28. Apoc. 16, 2. vel genit. personae, cuius est aut cuius nomine et mandato agit, loquitur homo, ut *ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ ἄ.* — *venerandus Dei minister* 2 Petr. 1, 21. — Vocat. *ἄνθρωπε* in allocutione hominis adstantis [vid. *ἀδελφός*] Luc. 5, 20. 12, 14. 22, 58. 60. — *ὦ ἄνθρωπε,* in allocutione vel interrogatione [cf. *Win.* p. 169.] hominis, ad quem scribentis, disputantis dirigitur oratio, ut *σύ, ὦ ἄ. τοῦ θεοῦ tu, homo Deo sacrate, tu, Dei minister* 1 Tim. 6, 11. — Rom. 2, 1. 3. 9, 20. Iac. 2, 20 coll. v. 18. (Plut. de sera num. vindict. c. 8. Xen. Cyr. 2, 2. 7.) — bb) ubi singul. *ὁ ἄνθρ.* legitur collective i. e. generisch [vid. sub *ἀδελφός* notata] Matth. 4, 4. 12, 35. 15, 11 bis. — v. 18. 20 bis. Marc. 2, 27 bis, de h. l. asyndeto vid. *ἀκαίρως*. — Marc. 7, 15 bis. v. 18. 20 bis. v. 23. Luc. 4, 4. 6, 45 bis. Rom. 7, 1. 10, 5. 1 Cor. 2, 11 bis. Gal. 3, 12. — Matth. 19, 10. quo l. ad *hominis* notionem accedat *mariti* cogitatio, contextus admonet — additur accuratior hominis descriptio facta vel per gen. personae [vid. paulo ante monita] 2 Tim. 3, 17. vel per particip. articulum habens Rom. 4, 20. vel per ὅς c. verbo finito Rom. 4, 6. — — cc) ubi plur. *οἱ ἄ.* legitur, quod res generatim proponitur, vel quod scriptor ipse minus accurate rem nosset [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 100. *Win.* p. 162. coll. *Matth.* §. 293.]; habent in talibus nostrates nunc: *die Leute* Matth. 5, 13. 16. 19. 6, 1. 2. 5. 14. 15. 16. 18. 7, 12. 8, 27. quo l. *οἱ ἄ.* = vel: *homines, quotquot rei expositae nuntium acceperunt* [ita *Fritzsche* l. l. p. 325.] vel: *homines cum Iesu et apostolis navigantes* [ita *de Wette* Ev. Matth. p. 87.] — Matth. 12, 36. 13, 25. 16, 13. 23, 4. 6. 7. Marc. 8, 27. Luc. 6, 22. 26. 31. 11, 44. 46. 16, 15. Ioh. 4, 28. quo l. cum in urbem rediisse dicatur mulier, *οἱ ἄ.* = *die Leute in der Stadt.* Ioh. 6, 10. — nunc: *die Menschen* Matth. 12, 31. Marc. 7, 21. Luc. 18, 11. Ioh. 3, 19. Act. 15, 17. 18, 13. 24, 16. Rom. 2, 16. 14, 18. 1 Cor. 13, 1. Eph. 4, 8. 14. Col. 2, 22. 1 Tim. 6, 9. 2 Tim. 3, 2. Tit. 3, 8. Hebr. 9, 27. Iac. 3, 9. 1 Petr. 2, 15. Apoc. 8, 11. 11, 13. 13, 13. 14, 4. 16, 8. 9. 21 bis. 21, 3. — addito adiect. 2 Petr. 3, 7. addito participio sine artic. Marc. 8, 24. Iac. 3, 9. — vel quod consulto, ut propter oppositum, universe locuti sunt scriptores [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 100.] Matth. 19, 12. quo l. *τοῖς φύσει εὐνούχοις* opponuntur, qui ab hominibus castrantur. — ita in locis, in quibus, cum hominibus opponatur Deus, summus omnium rerum moderator, sapientia, sanctitate, iustitia, potentia longe perfectissimus, ad hominis notionem per contextus rationes sponte accedit imbecillitatis, humilitatis, imperfectionis cogitatio Matth. 10, 32. 33. Marc. 7, 8. Ioh. 12, 43. 1 Cor. 1, 25. 1 Ioh. 5, 9. — Luc. 12, 8. 9. — vel quod, quae dicuntur, ad universum hominum genus pertinent aut pertinere putantur Ioh. 1, 4. Act. 17, 30. Apoc. 16, 18. — Matth. 9, 8. quo l. „turba Deum celebravisse dicitur, quod tam insignem facultatem hominibus tribuisset, quam concessam hominibus inde coniecit, quia Iesum hominem ea instructum vidit“, ita *Fritzsche* Ev. Matth. p. 339. *de Wette* l. l. p. 91. *Win.* p. 162 sq. coll. *Matth.* §. 293 init. —

b) sine articulo, ubi nos: *ein Mensch*, plur. *ἄνθρωποι Menschen.* Ita aa) in verbis per appositionem pronomini additis sq. ὅς Ioh. 8, 40. — bb) ubi voc. *ἄ.* ad praedicatum pertinet *ἄ. ὑπὸ ἐξουσίαν* = *ein Untergebener* Matth. 8, 9. Act. 10, 20. 28. Iac. 5, 14. — Act. 14, 15. — cc) ubi de homine omnibus noto sermo est 1 Cor. 15, 21 coll. v. 22. — dd) in oratione universa et minus definita — vel *homo quidam, ein Mensch* [quisnam ille sit vel fuerit, nescio], plur. *homines, Menschen* Matth. 13, 31. 44. 21, 28. Marc. 4, 26. 12, 1. Luc. 13, 19. 20, 9. Ioh. 9, 1. — Luc. 12, 36. quo l. cum agatur de hominibus *κύριον* i. e. herum habentibus, de servis dici vocab. *ἄ.* per se intelligitur. — 1 Petr. 2, 4. quo l. cum opponatur hominibus *θεός* adiungendam esse notioni hominis iniustitiae, erroris, vitiositatis cogitationem in promtu est. Vide paulo ante observata. — Apoc. 11, 13. *ἀπεκτάνθησαν — ὀνόματα ἀνθρώπων — ἑπτὰ* — *in recensendo occisorum numero reperiebantur septem millia nomina hominum* pro: *septem millia homines occisi sunt.* — *ψυχαὶ ἀνθρώπων* = *servi* [vid. *ψυχή*] Apoc. 18, 13. — copulantur c. voc. *ἄ.* vocabula ad qualitatem hominis describendam pertinentia, ut *ἄ. ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ homo, qui est in potestate genii mali* i. e. *homo genio impuro obsessus, ein Besessener* Marc. 1, 23. 5, 2. *ἄ. ἐκ τῶν φαρισαίων* Ioh. 3, 1. — c. appellativis, ut *ἄ. φάγος καὶ οἰνοπότης* Matth. 11, 19. Luc. 7, 34. *ἄ. ἔμπορος* Matth. 13, 45. — v. 52. 18, 23. 20, 1. 21, 33. Cf. *Matth.* §. 430, 6. — c. nomm. gentilibus, ut *ἄ. κυρηναῖος* Matth. 27, 32. — Act. 21, 39. 22, 25. — 16, 37. (Xen. An. 6, 4. 23.) — c. adiect. *ἄ. ἁμαρτωλός* Ioh. 9, 16. *ἀπόδημος* Marc. 13, 34. *ἀσθενής* Act. 4, 9. quo l. *εὐεργεσία ἀσθενοῦς ἄ. beneficium in hominem infirmum collatum.* Vide de genit. obiective posito sub *ἀγάπη* monita. — Matth. 9, 32. 13, 28. 25, 24. Luc. 19, 21. 22. Ioh. 7, 23. Rom. 1, 23. 7, 24. Tit. 3, 10. — Luc. 24, 7. Act. 4, 13. — additur pron. *τὶς, quidam* Matth. 18, 12. Luc. 10, 30. 12, 16. 14, 2. 16. 15, 11. 16, 1. 19. Ioh. 5, 5. Act. 25, 16. 1 Tim. 5, 24. Iud. v. 4. — c. nomm. numeral., ut *εἷς ἄ.* Ioh. 11, 50. 18, 14. *δύο ἄ.* Luc. 18, 10. Ioh. 8, 17. — sq. ὅς c. verbo finit. Luc. 2, 25. 5, 18. Ioh. 4, 29. — e simplicitate antiquitatis [cf. *Win.* p. 408. *Köster* Erläuter. der h. Schrift A. u. N. T. p. 60 sq.] interveniente partic. *καὶ* annectitur qualitatis hominis descriptio Luc. 6, 6. — per brachylogiam per partic. *ἵνα* adiungitur hominis descriptio Ioh. 5, 7. *οὐκ ἔχω ἄνθρωπον, ἵνα — βάλῃ με* pro: *hominem non habeo* [cui imperem vel quem rogem], *ut immittat me.* — additur particip. nunc sine articulo Matth. 9, 9. 11, 8. 12, 10. 13, 24. 22, 11. 25, 14. Marc. 3, 1. 14, 13. Luc. 4, 33. 6, 48. 49. 7, 8. 25. 22, 10. Ioh. 1, 6. 9, 11. Act. 14, 15. 15, 26. 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 3, 8. Hebr. 7, 8. nunc c. artic. positum Rom. 1, 18. 2, 9. Iud. v. 4. — interdum genitivus *ἀνθρώπων* ita cum alio substantivo articulum non habente iungitur, ut utriusque vocabuli notio in unam coalescat [cf. *Win.* p. 116.] ut *ἁλιεῖς ἀ. Menschenfischer* Matth. 4, 19. Marc. 1, 17. *ἔθνος ἀ. Menschengeschlecht* Act. 17, 26. *ἐντάλματα ἀ.* Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. *ἐν ὁμοιώματι ἀ. γενόμενος menschenähnlich geworden* Phil. 2, 7. *χεῖρες ἀ.* Act. 17, 25. *ψυχαὶ ἀ.* Luc. 9, 56. — *homo quidam* [quem accuratius indicare modestia vetat] 2 Cor. 12, 2. *homo quidam,* [quem explicatius nominare temporis calamitas prohibet] Apoc. 13, 18. *ἀριθμὸς — ἀνθρώπου ἐστὶ numerus est hominem* [quendam] *indicans.* Vid. *Grot.* ad h. l. Alii aliter. — vel: *homo,* quisquis ille sit vel fuerit natione, genere, aetate, sexu, ingenio, animo, moribus, opibus, dignitate vel alia ratione, ubi nos: *ein Mensch*, plur. *Menschen*, interdum vero etiam [vid. infra] *der Mensch, die Menschen* Matth. 12, 12. — 19, 3. 5. Marc. 10, 7. Eph. 5, 31. in quibus l. quemadmodum agi de homine matrimonio cum femina iuncto contextus docet, ita de homine aetatis virilis vel de viro 1 Cor. 7, 1. et de homine recens nato eoque puero vi legis mos. circumcidendo Ioh. 7, 22. 23. sermonem esse, verba contexta admonent. (Hdian. 1, 5. 14.) — Luc. 18, 2. 4. Ioh. 3, 4. 5, 34. 41. 7, 46. 16, 21. quo l., quo spectet *ἀνθρώπου* mentio, ex praeced. *τὸ παιδίον* facile intelligitur. Act. 12, 22. 1 Cor. 6, 18. Gal. 3, 15. quo l. genitivus praeponitur nomini regenti cum vi ab oppositione repetenda cf. *Win.* p. 177. — Gal. 6, 1. Phil. 2, 8. 2 Petr. 2, 16. Apoc. 4, 7. 9, 5. 21, 17. de h. l. appositione cf. *Win.* p. 207. — plur. *ἄνθρωποι Menschen* [cf. *Win.* p. 96.] 1 Cor. 3, 21. *καυχᾶσθαι ἐν ἀ. gloriari de hominibus* v. c. de Paulo, Apollo, Kepha coll. v. 22. 4, 9. 14, 2. 3. 2 Cor. 5, 11. 8, 21. 1 Tim. 2, 5. Hebr. 5, 1. 6, 16. Apoc. 9, 7. — additur *πᾶς· πᾶς ἄνθρωπος* Ioh. 1, 9. Col. 1, 28 bis. De h. l. diplasiasmo in vocab. *ἄ.* repetito vid. sub *αἴρω* notata. Iac. 1, 19. — *πάντες ἄ.* Luc. 13, 4. Act. 22, 15. Rom. 5, 12. 18. 12, 18. 1 Cor. 7, 7. 15, 19. 2 Cor. 3, 2. Phil. 4, 5. 1 Thess. 2, 15. 1 Tim. 2, 1. 4. 4, 10. 2 Tim. 2, 2. Tit. 3, 2. — *τίς ἄνθρωπος quis homo?* Matth. 7, 9. 12, 11. Luc. 15, 4. Act. 19, 35. — *τίς — ἀνθρώπων quis hominum?* 1 Cor. 2, 11. de h. l. gen. separato a nom. regente vid. *ἀγαθός*. — *οὐδεὶς ἀνθρώπων* Marc. 11, 2. Luc. 19, 30. 1 Tim. 6, 16. Iac. 3, 8. *μηδεὶς ἀνθρώπων* Act. 4, 17. — Vi oppositionis ad hominis notionem accedit imperfectionis, imbecillitatis, fragilitatis, erroris, vitiositatis notio. Ita in locis, ubi *θεός* vel *ὁ θεός* [vid.

supra de hac re monita], aut Iesus perfectissimae virtutis exemplum omniumque dominus constitutus homini ab filius nutu pendenti et huius regimini subiecto, aut instituta divina humanis opponuntur Gal. 1, 1 bis. v. 10 bis. v. 12. 2, 6. Matth. 21, 25. 26. Marc. 11, 32. Luc. 20, 4. 6. — Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. — 10, 27. Luc. 5, 10. 16, 15. 18, 27. Act. 5, 4. 29. Rom. 2, 29. 1 Cor. 2, 5. 3, 4. 15, 39. 2 Cor. 4, 2. Eph. 6, 7. Col. 3, 23. 1 Thess. 2, 4. 4, 8. Hebr. 7, 28. 8, 2. 13, 6. 1 Petr. 4, 2. 6. 2 Petr. 1, 21. — *πᾶς ἄ.* Rom. 3, 4. — — in eadem universa hominis notatione pro: *ἄνθρωπος* articulum non habente nostrates habent: *der Mensch* Matth. 16, 26 bis. Marc. 8, 36. 37. Luc. 9, 25. — Rom. 3, 28. Gal. 2, 16. Iac. 2, 24. 1 Cor. 4, 1. 7, 23. 26. 11, 28. Gal. 6, 7. — Luc. 2, 14. 52. 21, 26. Act. 4, 12. 14, 11. — ubi, quod θεὸς et ἄ. vel ψυχικὸς ἄ. et ὁ πνευματικὸς sibi opponuntur, vi oppositionis ad hominis notionem accedit imbecillitatis, humilitatis notio Matth. 19, 6. Marc. 10, 9. Ioh. 3, 27. 1 Cor. 2, 14. — in formula *κατὰ ἄνθρωπον*, *secundum hominem*, *nach des Menschen Art* i. e. *accommodate ad hominum* [quales esse solent vel quales esse homines deprehendimus vitam et mores eorum inspicientes et contemplantes] *agendi*, *sentiendi loquendique rationem*. Cf. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 46. 80. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. p. 160 sq. *de Wette* ep. P. ad Rom. p. 22. — hinc *εἶναι κατὰ ἄ.* *esse* vel *habere se ad normam et ingenii et studiorum hominum* vel *esse tale, quod humanis et ingenio et studiis blanditur vel convenit* Gal. 1, 12. — *λέγω* vel *λαλέω κατὰ ἄ.* i. e. vel: *loquor hominis more, qui non satis semper verbis diligenter excussis cavet, ne indecora in Deum transferantur* Rom. 3, 5. vel: *loquor ut homo, qui res in hominum vita obvias tanquam in suo conspectu positas intueri solet* i. e. *affero exemplum ex hominum vita depromtum* Gal. 3, 15. — vel: *pro hominum tantum prudentia* [nach menschlicher Einsicht] *loquor* 1 Cor. 9, 8. ubi opponuntur verba: οὐχὶ — λέγει; — 1 Cor. 15, 32. εἰ κατὰ ἄ. ἐθηριομάχησα i. e. *si cum bestiis pugnavi ad exemplum hominum* scil. qui [vid. verba statim sequentia: φάγωμεν καὶ πίωμεν κλ.] huius tantum vitae voluptatibus tenentur iisque inhiare neque quidquam, quae post futura sunt, curare solent. — *περιπατεῖν κατὰ ἄ.* *vitam instituere ad normam hominum, qui, velut infantes, τῆς σαρκὸς magis imperio, quam τοῦ πνεύματος dictamini obsequi solent* 1 Cor. 3, 3 coll. v. 2. — in verbis Luc. 1, 25. ἐπεῖδεν ἀφελεῖν — ἐν ἀνθρώποις positis pro: ἐπεῖδεν ἀφελεῖν μου [auferre a me] τὸ ὄνειδος ἐν ἀνθρώποις *ignominiam illam* [sterilitatis scil. vid. v. 36.] *inter homines*. Cf. *Win.* p. 128. *de Wette* Ev. Luc. p. 12. — ubi voc. ἄ. sine articulo positum explicatur verbis per appositionem additis Ἰησοῦς χρ. 1 Tim. 2, 5. — Hebr. 2, 6. quo l., quae de homine universe praedicantur, ad Iesum transferuntur, in quem quippe unum cadit, qua ornavit eum Deus, dignitas et maiestas.

2) metaphorice in formulis a) *ὁ παλαιὸς ἄ.*, *homo pristinus*, *homo*, *quem olim* [i. e. priusquam in Christi nos disciplinam traderemus] *agebamus* pro: *pristinum nostrum ingenium* = *pristina studia*, *quibus olim dediti eramus* Rom. 6, 6. Eph. 4, 22. Col. 3, 9. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. p. 376. — b) *ὁ καινὸς ἄ.* *novus homo*, i. e. *novum ingenium* vel *ingenium*, *quod in locum eius*, *quod antea fuit*, *successit*, ita de ingenio, quod Christi opera Deus procreavit Eph. 4, 24. — 2, 15. ἵνα τοὺς δύο — ἄνθρωπον, *ut ex duobus hominibus* [i. e. ex Iudaeis et gentilibus] *unum crearet hominem novo ingenio insignem* pro: *ut gentiles et Iudaei alia*, *quam antea*, *studia sequerentur*. Idem ἄ. καινός, cum Pauli aetate recens esset res, ὁ νέος ἄ. appellatur Col. 3, 10. — c) *ὁ ἔσω ἄ.* vel *ὁ ἔσωθεν ἄ.* vel *ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄ.* *der innere Mensch* i. e. *mens*, *animus* Rom. 7, 22. Eph. 3, 16. — 2 Cor. 4, 16. 1 Petr. 3, 4. — d) ὁ ἔξωθεν ἄ. pro: *externa hominis conditio* 2 Cor. 4, 16.

3) *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, *filius hominis*, ex hebr. dicendi ratione [ita οἱ ό pro בֶּן־אָדָם Ps. 8, 4. Ezech. 7, 1. et plur. Gen. 11, 5.] a) *homo*, sine artic. *ein Menschensohn* = *ein Mensch* Apoc. 1, 13. 14, 14. — οἱ ό pro בַּר אֱנָשׁ Dan. 7, 13. — de loco Hebr. 2, 6. ubi υἱὸς ἀνθρώπου alternat c. ἄνθρωπος vid. paulo ante ad h. l. notata. — — *cum* artic. legitur nunc plur. *filii hominum* pro: *homines*, *die Menschen* Marc. 3, 28. Eph. 3, 5. — nunc singul. collective i. e. generisch Matth. 12, 8. Marc. 2, 28. Luc. 6, 5. 12, 10. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 424. Ev. Marc. p. 75. — Aliter *de Wette* Ev. Matth. p. 86. 113. Ev. Marc. p. 130. — suffecto in Pronominis locum Nomine Iesum de se loquentem inducunt evangelistae, tanquam de altero, hoc sensu: *filius ille parentum humanorum*, *qui nunc loquitur*, *homo ille*, *quem bene nostis* i. e. *ego* Matth. 8, 20. 9, 6. 11, 19. 12, 32. 40. 17, 22. 18, 11. 20, 18. 28. 26, 2. 24. 45. Marc. 2, 10. 8, 31. 38. 9, 9. 31. 10, 45. 14, 21. 41. Luc. 5, 20. 6, 22. 7, 34. 9, 22. 44. [56.] 58. 11, 30. 18, 31. 19, 10. 22, 48. 24, 7. Ioh. 1, 52. 3, 13. 14. 6, 27. 53. 62. 8, 28. 12, 23. 13, 31. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 320 sq. Ev. Marc. p. 56. coll. *Win.* p. 138. — Sunt tamen, qui in his locis indirecte Messiam sese professum esse Iesum moneant, cum, qui iam sequuntur loci, directam habeant eiusdem dignitatis professionem. Cf. *de Wette* Ev. Matth. p. 86. —

b) nomen Messiae, ductum e Dan. 7, 13. ubi, qui per visionem comparet prophetae nubibus vectus, comparatur homini vel esse dicitur כְּבַר אֱנָשׁ. Ex quo l. uti nomen Messiae: ὁ υἱὸς τ. ἀ., repetierunt Iudaei, ita ex eodem fonte derivarunt eiusdem Messiae *nubivagi* nomen. Cf. *Daniel* übersetzt von *Bertholdt* ad Cap. 7, 13. *de Wette* Ev. Matth. p. 86. — Legitur ita nunc *sine* artic., quod frequentissime usu celebratum erat hocce Messiae nomen Ioh. 5, 27. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 321. coll. p. 159. — nunc *cum* artic., in locis, ubi Iesus ἔρχεσθαι ἐν νεφέλαις τοῦ οὐρανοῦ, ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρός vel ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καθίσαι vel καθῆσθαι ἐπὶ θρόνου δόξης vel ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, ἀποστέλλειν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ sibi vindicasse, vel eiusdem παρουσία commemorata legitur, vel nomina ὁ υἱὸς τ. ἀ., ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ χριστὸς permutantur Matth. 10, 23. 13, 17. 41. 16, 13. 27. 28. 17, 9. 12. 19, 28. 24, 27. 30. 37. 39. 44. 25, [13.] 31. 26, 64. Marc. 9, 12. 13, 26. 14, 62. Luc. 9, 26. 12, 8. 40. 17, 22. 24. 26. 30. 18, 8. 21, 27. 36. 22, 69. Ioh. 12, 34 bis. Act. 7, 56. — Saepius non extat in N. T.

Ἀνθυπατεύω, f. εύσω, (ex ἀντί pro et ὑπατεύω summus sum) *sum ἀνθύπατος* i. e. *proconsul*, sq. genit. [cf. *Matth.* §. 359. *Buttm.* §. 119. *Rost* §. 108. p. 521. *Win.* p. 185.] Act. 18, 12. (Hdian. 7, 5. 2.)

Ἀνθύπατος, ου, ὁ, (ex ἀντί, loco, vice et ὕπατος summus) *Proconsul* Act. 13, 7. 8. 12. 19, 38. (Pol. 21, 8. 11. Plut. Galb. c. 3.) Diviserat Augustus imperator provincias romanas in *senatorias* et *caesareas* et quemadmodum, qui praeessent illis, *Proconsules*, ita, qui has administrarent, *legati Caesaris* (πρεσβευταί, ἡγεμόνες cf. Luc. 2, 2.) *pro consule* (Proconsules), *pro praetore* (Propraetores) dicebantur. Illi, praediti potestate aequali propraetorum veterum potestati, ius dicebant, iudicia exercebant nec non, quod dicebatur, ius vitae et necis; hi vero idem habebant imperium, quo temporibus reipublicae liberae fuerant proconsules i. e. praeter iurisdictionem exercitibus praeerant. Quatenus ab his magistratibus differebant procuratores, vide sub vocab. ἐπίτροπος et ἡγεμών. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Procuratoren*.

Ἀνίημι, f. ἀνήσω, (ἀνά et ἵημι mitto, ich sende hinauf Hom. Od. 4, 560.) 1) *remitto* i. e. *relaxo*, ut τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων Act. 27, 40. (Diod. Sic. 3, 11.) — τὰ δεσμά = *vincula solvo* Act. 16, 26. (Eunap. Maxim. p. 106. ἀνῆκε τῶν δεσμῶν. Xen. Cyr. 3, 1. 26.) — 2) *omitto*, ut τὴν ἀπειλήν Eph. 6, 9. — *negligendi* sens. Hebr. 13, 5. οὐ μή σε ἀνῶ. Ita hebr. רָפָה Ios. 1, 5. (Xen. Cyr. 7, 5. 75.)

Ἀνίλεως, ω, ὁ, ἡ — ων, τό, (α pr. et ἵλεως vel ἵλαος misericors) *immisericors*. Extat tantum Iac. 2, 13.

Ἄνιπτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et νίπτω lavo) *illotus*. Ter Matth. 15, 20. Marc. 7, 2. [5.] (Hom. Iliad. 6, 266. Hesiod. ἔργ. 723.)

Ἀνίστημι, f. ἀναστήσω, (ἀνά et ἵστημι) praes. impf. fut. et aor. 1. act. 1) *surgere facio*, *excito*, med. ἀνίσταμαι et perf. plusqpf., aor. 2. act. signific. intransit. [cf. *Buttm.* §. 95 b. 2, 1. et gram. max. §. 114. *Matth.* §. 211. *Rost* §. 115. p. 565. — de imperativi forma ἀνάστα Act. 12, 7. Eph. 5, 14. v. ad ἀναβαίνω notata] *surgo* a) de sedentibus Matth. 9, 9. 26, 62. Marc. 2, 14. Luc. 4, 16. 39. — v.

38. ἀναστὰς ἐκ τῆς συναγωγῆς pro: ἀναστὰς ἐξῆλθεν ἐκ τ. σ. (ita ἀνίστατο εἰς οἴκημά τι pro: ἀνιστάμενος ἦλθεν εἰς οἶκ. Plato Phaedon. §. 65.) — Luc. 22, 45. ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς *a precibus* [i. e. precibus peractis] *surgens.* — Act. 26, 30. de h. l. singulari ἀνέστη praemisso subiectis pluribus vid. sub ἀκολουθέω monita. — sq. inf. finali [vid. ἄγω] 1 Cor. 10, 7. de iis, qui ad dicendum surgunt Marc. 14, 57. 60. Act. 6, 9. (Appian. Punic. 75. Dem. 359, 5. Xen. An. 3, 2. 34.) — ex simplicitate antiquitatis, totum rei ambitum emetiri nihilque cogitationum, quod eodem spectet, missum facere solitae, particip. ἀναστάς = nostratium: *sich aufmachend*, ibi legitur, ubi videtur omitti potuisse [cf. *Matth.* §. 558, not. 1. *Rost* §. 140, 4. f. p. 705. *Win.* p. 550. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 74. 199 sq. coll. *Erf.* ad Soph. O. R. v. 733. *Iacob* ad Lucian. Alex. p. 117.] Marc. 7, 24. 10, 1. Luc. 1, 39. 15, 18. 20. 23, 1. — Ita οἱ ό pro ויקם וילך Gen. 22, 3. (Xen. Cyr. 5, 2. 14. ἀναστὰς ἐξῄει.) — b) de dormientibus Marc. 1, 35. 5, 42. Luc. 8, 55. 11, 7. 22, 46. (Xen. Oec. 11, 14. Cyr. 8, 8. 28.) *Thom. Magist.*: οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ ὕπνου τὸ ἀνέστην καὶ ἀνέστησα λέγοντες, ἁμαρτάνουσι· δεῖ γὰρ ἐξέγειρα καὶ ἐξηγέρθην λέγειν. *Ammonius*: ἠγέρθη ἀπὸ ὕπνου ἀνέστη δὲ ἀπὸ κλίνης. — c) de iacentibus, procumbentibus Marc. 9, 27. 10, 50. Luc. 17, 19. Act. 9, 6. 34. 40. 12, 7 (Lucian. Dial. Mort. 27, 7. Xen. An. 4, 4. 11. 4, 5. 19.) — d) ἐκ νεκρῶν *ex Orco revoco, in vitam revoco*, et in tempp. significationis intrans.: *ex Orco redeo, in vitam redeo* plene i. e. sic, ut addatur ἐκ νεκρῶν Matth. 17, 9. Marc. 9, 9. 10. de h. l. lectione: τί ἐστι τό· ὅταν — ἀναστῇ *quidnam sibi vult vox: ubi ex mortuis rediisset*, praeferenda vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 354 sqq. coll. *Griesb.* ed. *Schulz.* Luc. 16, 31. 24, 46. Ioh. 20, 9. Act. 13, 34. (ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος Hom. Iliad. 21, 56. ἀνιστάναι τεθνεῶτας Xen. Ven. 1, 6. coll. Palaeph. f. 27.) — trop. pro: *ad meliorem mentem* [novam quasi vitam] *redeo* Eph. 5, 4. Vide quae habet de h. l. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 470 sqq. — absunt verba ἐκ νεκρῶν facile quippe cogitatione addenda et e contextu cognoscenda Matth. 12, 41. 20, 19. Marc. 8, 31. 9, 31. 10, 34. 12, 23. 25. 16, 9. Luc. 9, 8. 19. 11, 32. 18, 33. 24, 7. Ioh. 6, 39. 40. 44. 54. 11, 23. 24. Act. 2, 24. 32. 9, 41. [Rom. 14, 9.] 1 Thess. 4, 14. 16. (Homer. Iliad. 24, 551. 756. Palaeph. fab. 27.) — e) ἀναστῆναι ἐπί τινα *surgere contra aliquem, adversari alicui* Marc. 3, 26. (sq. εἰς Ael. V. H. 13, 11. Thuc. 8, 45 sq. κατά c. gen. Palaeph. f. 6.) — Ita οἱ ό pro קום sq. על Gen. 4, 8. — f) ἀνέστην, *prodeo, auftreten* [aus dem Dunkel der Verborgenheit hervorkommen] Act. 5, 36. 37. —

2) ex hebr. [cf. *Win.* p. 34.] *existere iubeo* et in tempp. significationis intrans. *existo* Matth. 22, 24. — ita הקים Deut. 18, 18. — Act. 2, 30. 3, 22. 26. 7, 18. 37. Rom. 15, 12. Hebr. 7, 11. 15.

Ἄννα, ης, ἡ, *Anna*, nom. pr. mulieris Luc. 2, 36.

Ἄννας, α, [de quo gen. vid. ἀγρίππας] ὁ, *Annas*, nom. propr. pontificis maximi Iudaeorum, qui, nactus pontificatum a Quirino, Syriae praeside, eodem privatus est Tiberio imperante a Valerio Grato, Iudaeae praeside, qui primum ad Ismaëlem, Phabaei filium, et paulo post ad Eleazarum, Annae filium hanc dignitatem transtulit; anno vero elapso ab eadem decedendum erat Eleazaro, suffecto in locum eius Simeone, quem anno elapso secutus est Annae gener Iosephus vel Caiphas ao. 26. p, Chr. nat. Uti Caiphas functus est hoc munere usque ad annum 35. p. Chr. n. ita eiusdem vel סגן i. e. vicarius fuit Annas, vel certe multum apud illum valuit auctoritate Luc. 3, 2. Ioh. 18, 13. 24. Act. 4, 6. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Annas* et *de Wette* Ev. Luc. p. 29.

Ἀνόητος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό, (α pr. et νοέω intelligo; de rebus, quae intelligi non possunt hincque admirationem movent Hom. in Merc. 80. deinde active:) *qui non intelligit, insipiens, insipidus*, Luc. 24, 25. Gal. 3, 1. de horum l. vocativo in exclamatione vid. *Win.* p. 169. — Gal. 3, 3. Rom. 1, 14. Tit. 3, 3. 1 Tim. 6, 9. — οἱ ό pro אויל Prov. 17, 28. אולת Prov. 15, 21. Saepius non legitur in N. T.

Ἄνοια, ας, ἡ, (stultitia, amentia Ael. V. H. 9, 14. Xen. Cyr. 1, 5. 13. — in N. T.) *temeritas, insania*. Bis in N. T. Luc. 6, 11. 2 Tim. 3, 9. (Thuc. 3, 48.)

Ἀνοίγω, f. ἀνοίξω, a. 1. a. ἤνοιξα [forma serioris aevi Matth. 2, 11. Ioh. 9, 7. 21. it. Pausan. 4, 26. 6.] et forma antiquiore ἀνέῳξα [Ioh. 9, 14. 30. v. *Buttm.* §. 77, not. 8. §. 101. et gram. max. §. 84, not. 11. §. 114. *Matth.* §. 168, not. 1. *Fischer* 3, a. p. 36. *Win.* p. 69. 79.] pf. 2. ἀνέῳγα, perf. pass. ἀνέῳγμαι et triplici augm. ἠνέῳγμαι [Apoc. 4, 1. 10, 8. v. *Win.* l. l. *Fischer* l. l.] a. 1. p. ἀνεῴχθην, it. ἠνοίχθην et triplici augm. ἠνεῴχθην [Apoc. 20, 12.] a. 2. p. ἠνοίγην [Apoc. 11, 19. 15, 5. — Esse hunc aor. serioris aevi, docent *Buttm.* l. l. *Win.* l. l.] fut. 2. pass. ἀνοιγήσομαι [Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. 10.] — *aperio, ich öffne, thue auf*, perf. 2. ἀνέῳγα *pateo, ich stehe offen* [ita seriores ut Ael. H. An. 1, 45. Lucian. Navig. §. 4. id. Gall. §. 6. et Soloecist. §. 8. Maxim. Tyr. 7, 7. Alciphron. ep. 3, 44. Hdian. 4, 2. 14. et quemadmodum Graecis antiquioribus ἀνέῳγμαι erat: *pateo*, ita Attici veteres ἀνέῳγε, ἀνέῳγον pro imperf. *aperiebam* habuerunt, ut Xen. Anab. 5, 5. 20. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 157. 158. *Buttm.* gr. max. §. 113, not. 5. *Matth.* §. 494.] Legitur autem in N. T. ἀνοίγειν a) τοὺς θησαυρούς Matth. 2, 11. (Eur. Ion. 923. Philostr. 47. ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς ἐδείκνυ τῷ ἀνδρὶ τὰ χρήματα.) — b) τὴν θύραν, nunc propr. Act. 5, 19. 12, 10. 14. 16, 26. 27. — Apoc. 4, 1. q. l. per visionem conspicitur θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ. (Hdian. 4, 2. 14. Lys. 15, 1. Xen. An. 5, 5. 20.) — absolute Matth. 25, 11. Luc. 12, 36. 13, 25. Ioh. 10, 3. Act. 5, 23. 12, 16. — nunc in locutione proverb. Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. 10. — nunc metaphor. vel pro: *occasionem alicuius rei suppedito* et ἀνέῳγε ἡ θύρα *suppetit occasio*, ut religionis christianae tradendae vel cognoscendae Act. 14, 27. 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. Col. 4, 3. Apoc. 3, 7 bis. v. 8. (ἀνοίγειν τοῖς ἔθνεσιν τὰ ἐμπόρια Diod. Sic. 1, 67.) — vel pro: *admitto aliquem ad me* i. e. *obsequor alicui* Apoc. 3, 20. — c) τὰ μνημεῖα i. e. *die mit Thüren verschlossenen Grabhöhlen öffnen* Matth. 27, 52. — Rom. 3, 13. coll. Ps. 5, 10. os ad convitia et calumnias evomendas semper apertum comparatur sepulcro aperto. — d) ναόν Apoc. 11, 19. 15, 5. — e) τὸ βιβλίον et τὸ βιβλαρίδιον, ubi Lat. etiam *evolvo* Apoc. 5, 2—5. 10, 2. 8. 20, 12. — f) τὴν σφραγῖδα, ubi Lat. *solvo* Apoc. 5, 9. 6, 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8, 1. (ita ἀνοίξαντες τὰ σήμαντρα Xen. Lac. 6, 4.) — g) τὸ φρέαρ Apoc. 9, 2. — Saxis enim claudi solebant putei Orientalium cf. Gen. 29, 2. — h) οἱ οὐρανοὶ ἀνεῴχθησαν vel ὁ οὐρανὸς ἀνεῳγώς Matth. 3, 16. ἀνεῴχθησαν αὐτῷ [i. e. *in eius honorem* vel *commodum* v. de dat. commodi sub ἄγω monita] Luc. 3, 21. Ioh. 1, 52. Act. 7, 56. 10, 11. Apoc. 19, 11. Vide, quae habent de his locis *Fritzsche* Ev. Matth. p. 148. *de Wette* Ev. Matth. p. 34 sq. — i) τὸ στόμα *os aperio*, de piscis ore Matth. 17, 27. — de hominibus, qui vel ad loquendum os diducunt [cf. de simplicitate antiquitatis sub ἀνίστημι notata] Matth. 5, 2. Act. 8, 32. 35. 10, 34. 18, 14. (Lucian. Philopseud. §. 33.) — οἱ ό pro פתח פה Ies. 53, 7. — Apoc. 13, 6. ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν θεόν ad impie in Deum loquendum os aperuit. — vel de loquentibus Matth. 13, 35. coll. LXX Ps. 78, 2. — ut cogitando addas παῤῥησιαζόμενος contextus iubet 2 Cor. 6, 11. — vel de loquelam recipientibus Luc. 1, 64. ἀνεῴχθη τὸ στόμα αὐτοῦ — γλῶσσα αὐτοῦ = ἀνεῴχθη — καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ [coll. Marc. 7, 35.]. Cf. de h. l. zeugmate sub αἴρω observata. — trop. de terra hiante Apoc. 12, 16. (Dem. 777, 9.) — k) τοὺς ὀφθαλμούς aa) μοῦ *ich schlage die Augen auf* Act. 9, 8. 40. — bb) τινός, *cernere aliquem facio* [cf. *Win.* p. 34.], nunc propr. Matth. 9, 30. 20, 33. Ioh. 9, 10. 14. quo l. c. aor. pertinente ad rem brevi absolutam [vid. ἀγοράζω] iungitur perfectum ad rem spectans, cuius effectus durat [vid. ἀγαπάω, ἀκούω.] v. 17. 21. 26. 30. 32. 10, 21. 11, 37. — nunc metaph. pro: *mentis oculos aperio alicui* Act. 26, 18. — Saepius non extat in N. T.

Ἀνοικοδομέω, ῶ, f. ήσω, (ἀνά et οἰκοδομέω) *reaedifico*, sq. acc. rei, ita semel Act. 15, 26. — οἱ ό pro הקים Amos. 9, 11. (Hdian. 8, 2. 12. Xen. H. G. 4, 4. 49.)

Ἄνοιξις, εως, ἡ, (ἀνοίγω) *apertio*. Semel in N. T. Eph. 6, 19. ἐν ἀνοίξει — μου i. e. vel *cum os ad loquen-*

dum aperuero vel *cum Deus os mihi aperuerit.* Vide ad h. l. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 558 sqq. *Fritzsche* diss. 2. p. 99 sq. (Thuc. 4, 67 et 68.)

Ἀνομία, ας, ἡ, (ἄνομος) 1) *violatio legis* Rom. 4, 7. 6, 19. Hebr. 8, 11. 10, 17. 1 Ioh. 3, 4. (Xen. Mem. 1, 2. 44.) — 2) *improbitas*, ἐργαζόμενοι vel ποιοῦντες τὴν ἀνομίαν, sunt ut פֹּעֲלֵי אָוֶן Ps. 5, 6. *improbi, impii* Matth. 7, 23. 13, 41. 23, 28. 24, 12. 2 Cor. 6, 14. Hebr. 1, 9. Tit. 2, 14. 2 Thess. 2, 7. q. l. ἀνομία refertur ad ἀποστασίαν. De h. l. genit. separato a nom. regente vid. ἀγαθός. (Thuc. 2, 53.) Saepius non extat in N. T.

Ἄνομος, ον, ὁ, ἡ—ον, τό, (α pr., νόμος) 1) *qui legem non habet* 1 Cor. 9, 21. τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος θεῷ *inter homines legi* [scil. mosaicae] *non addictos gessi me ut hominem, qui legem* [sc. mosaicam] *non haberet, minime ut hominem, qui nullam omnino legem Dei ratione habita* [vid. de dat. sub ἅγιος monita] *agnosceret* — hinc in periphrasi vocis: *paganus* Act. 2, 23. (1 Macc. 2, 44. Sap. 17, 2. — In additam. ad Esth. Cap. 4. exeunt. ἄνομοι, ἀπερίτμητοι et ἀλλότριοι iunguntur.) — 2) *legis violator, impius* Marc. 15, 28. Luc. 22, 37. Act. 2, 23. 2 Thess. 2, 8. 1 Tim. 1, 9. 1 Petr. 2, 8. al. (Xen. Mem. 4, 4. 13.)

Ἀνόμως, adv. (ἄνομος) *sine lege.* Semel in N. T. Rom. 2, 12. ἀνόμως i. e. sine lege mos. (Isocr. Panegyr. c. 10.)

Ἀνορθόω, ῶ, f. ώσω, (ἀνά et ὀρθόω) 1) *erigo, ich richte auf, facio, ut aliquis stet erectus,* τὰ γόνατα Hebr. 12, 12 coll. Ies. 35, 3. — (Thuc. 6, 88.) — a. 1. p. ἀνωρθώθην *erectus sum, erectus sto*, Luc. 13, 13. 2) *rursus domum erigo, reaedifico,* Act. 15, 16. (Xen. H. G. 4, 8. 12. Hdot. 1, 19.)

Ἀνόσιος, ου, ὁ, ἡ—ον, τό, (α priv. et ὅσιος pius) *impius.* Bis in N. T. 1 Tim. 1, 9. 2 Tim. 3, 2. (Pol. 16, 13. 2. Xen. Mem. 1, 1. 11.)

Ἀνοχή, ῆς, ἡ, (ἀνέχω, retineo; inhibitio; induciae Ios. Ant. 6, 5. 1. cessatio, otium Hdian. 3, 6. 21.) *patientia, indulgentia* Rom. 2, 4. 3, 26. (de mora vel spatio 1 Macc. 12, 25.)

Ἀνταγωνίζομαι, f. ίσομαι, dep. med. (ἀντί contra et ἀγωνίζομαι, certo) *in certamen descendo, pugno contra aliquid,* πρός τι, ita semel Hebr. 12, 4. (Ael. V. H. 2, 8. Xen. Oec. 10, 12.)

Ἀντάλλαγμα, τος, τό, (ἀντί contra et ἄλλαγμα das Ausgetauschte) *pretium redemtionis,* τῆς ψυχῆς i. e. *pro vita* [vid. de genit. obiective posito ἀγάπη], ita bis Matth. 16, 26. Marc. 8, 37. — οἱ ό pro תְּמוּרָה Ruth. 4, 7. מְחִיר Ier. 15, 13.

Ἀνταναπληρόω, ῶ, f. ώσω, (ἀντί, contra, vicissim, et ἀναπληρόω q. v., vicissim vel alterius loco et vice compleo Dem. 182, 22.) *suppleo,* τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ χριστοῦ *suppleo, quod mihi deest a calamitatibus, quas Christi causa fero* Col. 1, 24. (Dio 44. c. 48. ὅσον καθ' ἕκαστον αὐτῶν — ἐνέδει, τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τῶν ἄλλων συντελείας ἀνταναπληρωθῇ.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀνταποδίδωμι, f. δώσω, (ἀντί et ἀποδίδωμι, zurückgeben Diod. Sic. 3, 39.) *reddo* i. e. *rependo, wiedervergelten,* τινί τι Luc. 14, 14. Rom. 11, 35. 1 Thess. 3, 9. de ulciscentibus Rom. 12, 19. 2 Thess. 1, 6. Hebr. 10, 30. — οἱ ό pro גָּמַל Ies. 63, 7. Ps. 103, 10.

Ἀνταπόδομα, τος, τό, (ἀντί contra, pro, et ἀπόδομα. Cf. de nomm. in μα frequentibus apud Graecos serioris aevi *Win.* p. 26.) *retributio.* Bis Luc. 14, 12. Rom. 11, 9. — οἱ ό pro גְּמוּל Ps. 28, 4. (Sirac. 12, 2.)

Ἀνταπόδοσις, εως, ἡ, (ἀντί pro, et ἀπόδοσις) *retributio.* Semel Col. 3, 24. quo l. genit. τῆς κληρονομίας = quae est ἐν τῇ κληρ. vel *in donatione* τῆς κληρονομίας. Cf. de genit. vi latius patente ἄζυμος coll. *Win.* p. 335 sq. — οἱ ό pro גָּמַל Ies. 63, 7. (Diod. Sic. T. 10. p. 104. 106. ed. *Bip.*)

Ἀνταποκρίνομαι, (ἀντί contra, et ἀποκρίνομαι) 1) *contra respondeo,* τινὶ πρός τι Luc. 14, 6. coll. v. 4. LXX pro עָנָה Iudd. 5, 29. — 2) pro: ἀντεῖπον *contradico, altercor,* τινί Rom. 9, 20. ita οἱ ό pro עָנָה Iob. 16, 8. 32, 12. Saepius non legitur in N. T.

Ἀντεῖπον, a. 2. (ἀντί, εἶπον) *contradixi.* Bis, sq. τινί Luc. 21, 15. — absol. Act. 4, 14. — οἱ ό pro עָנָה Iob. 9, 3. הֵשִׁיב Esth. 8, 8. (Ael. V. H. 3, 26. Xen. H. G. 1, 4. 8.)

Ἀντέχομαι, f. ἀνθέξομαι, (ἀντί contra, et ἔχω teneo; ante me teneo, ich halte vor mich hin Hom. Od. 22, 74. retineo, mordicus teneo) medium: *adhaereo,* metaph. i. e. *curam alicuius* vel *rei* vel *hominis gero* sq. genit. [cf. *Matth.* §. 330. coll. *Win.* p. 185.] Quater in N. T. Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. 1 Thess. 5, 14. Tit. 1, 9. — οἱ ό pro חָזַק Ies. 56, 2. 4. 6. שָׁמַר Prov. 4, 6. תָּפַשׂ Ier. 2, 8. (Pol. 1, 56. 9. 5, 1. 8. Diod. Sic. 2, 12. Xen. Cyr. 2, 2. 27.)

Ἀντί, praepos. reg. genit. (*contra* a) de loco: e regione, ante, gegen, gegenüber, vor Hom. Iliad. 21, 481. Xen. An. 1, 7. 16. — b) sensu hostili: *adversus, wider, gegen* Hom. Iliad. 15, 415. —)

pro, für a) de pretio: *für, um* Hebr. 12, 16. ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. (Ios. Ant. 4, 6. 5. Isocr. Archid. p. 138. B.) — b) transfertur aa) ad retributionem, ut ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ Matth. 5, 38. Rom. 12, 17. 1 Thess. 5, 15. Hebr. 12, 2. 1 Petr. 3, 9. (Eur. Helen. 1250. Xen. Cyr. 5, 5. 29. 8, 2. 12.) — hinc ἀνθ' ὧν, *zum Lohne dafür, dass, zur Vergeltung dafür, dass* Luc. 1, 20. ἔσῃ σιωπῶν — ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου. 19, 44. Act. 12, 23. 2 Thess. 2, 10. (Lucian. Dial. Mort. 22, 1. Xen. Cyr. 6, 1. 48.) — bb) refertur ad causam, ubi Latini: *propter.* Ita in verbis: ἀνθ' ὧν *propterea quod, quapropter, quare* Luc. 12, 3. — (Aesch. Prometh. 31. Xen. H. G. 4, 8. 6.) cf. Lamb. Bos. de ellips. p. 410. ed. *Schäfer. Herm.* ad Vig. p. 710. — in ἀντὶ τούτου *propterea* Eph. 5, 31. —

b) de successione aa) propr. Matth. 2, 22. βασιλεύει — ἀντὶ Ἡρῴδου. (Xen. An. 1, 1. 4.) — Ioh. 1, 16. χάριν ἀντὶ χάριτος i. e. *beneficia sibi succedentia, eine Wohlthat nach der andern,* Sens. *beneficia longe plurima.* Theogn. v. 344. ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας. Philo de hist. Cain. T. 1. p. 354. Diod. Sic. 16, 11. Lucian. Dial. Deorr. 4, 4 et 5.) — bb) translate: = *loco,* i. e. vel *vice, anstatt* Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Matth. 17, 27. Luc. 11, 11. 1 Cor. 11, 15. (Lucian. Dial. Deorr. 22, 3. Dial. Mort. 16, 2. Plut. vit. Sull. c. 22. Xen. H. G. 4, 1. 15. Plat. Euthyphr. §. 5. ed. *Fischer.*) — vel: *contra quam, statt dass,* sqq. τοῦ c. inf. [*Win.* p. 304.] Iac. 4, 15. (Xen. Mem. 1, 2. 64.) —

c) in compositione refertur in N. T. aa) ad aequalitatem, Gegenstück, ut ἀντίτυπος, — bb) ad oppositionem, ut ἀντίδικος, ἀντιλέγω, ἀντιδιατίθεμαι, — cc) ad successionem, ut ἀνθύπατος, — dd) ad vicissitudinem, ut ἀντικαλέω. — Cf. *Fischer* ad Weller. 3. b. p. 100 sq. *Buttm.* §. 134, not. 2. *Matth.* §. 572. Vig. p. 578. *Passow* sub ἀντί. *Rost* §. 110. p. 544. *Win.* p. 348. *Alt* p. 184. — Saepius non extat in N. T.

Ἀντιβάλλω, (ἀντί et βάλλω) *vicissim iacio* [propr. Thuc. 7, 25.] metaph. λόγους πρὸς ἀλλήλους *sermonem confero.* Semel in N. T. Luc. 24, 17. (2 Macc. 11, 13. ἀντιβάλλεσθαι πρὸς ἑαυτὸν τὸ γεγονός mente volvere vel reputare id, quod factum est.)

Ἀντιδιατίθεμαι, (ἀντί, c. oppositionis notione, et διατίθεμαι affectus sum cf. *Viger.* p. 578.) *contrario animo affectus sum, adversarius sum.* Legitur tantum 2 Tim. 2, 25.

Ἀντίδικος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ἀντί, δίκη) *adversarius in lite et iudicio.* Quater in N. T. Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. 18, 3. 1 Petr. 5, 8. quo l. respicienda est opinio Iudaeorum, Satanam esse hominum apud Deum accusatorem. — οἱ ό pro יָרִיב actor Ier. 50, 4. מֵרִיב 1 Sam. 2, 20. אִישׁ רִיב Ies. 41, 11. (Philo Legat. ad Cai. T. 2. p. 597, 12. Dem. 226, 4. Xen. Apol. Socrat. §. 10.)

Ἀντίθεσις, εως, ἡ, (ἀντιτίθημι propr. oppositio) *quaestio ad disceptandum proposita.* Semel in N. T. 1 Tim. 6, 20.

Ἀντικαθίστημι, f. στήσω, (ἀντί et καθίστημι, in temporibus significationis activae: alium in locum alterius sisto Pol. 22, 15. 11. — Ios. 5, 7. hosti aciem oppono Xen. Cyr. 1, 6. 43.) in temporibus signif. intransitivam habentibus: *resisto, adversor*, addito nominat. participii [vid. ἀγαλλιάω] Semel Hebr. 12, 4. (Thuc. 1, 71.)

Ἀντικαλέω, ῶ, f. ήσω vel έσω, (ἀντί et καλέω) *vicissim voco*, de iis, qui vicissim ad coenam invitant. Semel, sq. τινά Luc. 14, 12. (Xen. Symp. 1, 15.)

Ἀντίκειμαι, f. είσομαι, dep. med. (ἀντί contra, e regione et κεῖμαι, ex adverso situs sum Hdian. 6, 4. 9.) *adversor* sq. dat. cf. *Matth.* §. 404. coll. 401. *Fischer* 3, a. p. 399. *Rost* §. 105. p. 509. — Luc. 13, 17. 21, 15. absol. 1 Cor. 16, 9. Phil. 1, 28. 2 Thess. 2, 4. 1 Tim. 5, 14. *repugnandi* sens. τινί Gal. 5, 17. 1 Tim. 1, 10. (Sext. Emp. Hypot. 2, 14. ἀντικεῖται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις· ἔστιν ἀπόδειξις, οὐχ ἔστιν ἀπόδειξις.) Saepius non extat in N. T.

Ἀντικρύ, adverb. τοπικόν (cum ἀντικρύς significationem habeat mixtam ex tempore et loco sic, ut sit fere i. q. εὐθύς recta, continuo, in continenti *Lob.* ad Phryn. p. 444. *Poppo* obs. ad Thuc. p. 39 sq. coll. *Bornem.* ad Xen. An. 4, 8. 3.) *e regione*, *ex adverso*. Semel in N. T. sq. genit. Act. 20, 15. (Pol. 4, 43. 4. Xen. H. G. 6, 2. 22.) Cf. *Win.* p. 441. *Matth.* §. 354. *Rost* §. 108. p. 529.

Ἀντιλαμβάνομαι, f. λήψομαι (ἀντιλαμβάνω vicissim capio Xen. Cyr. 5, 3. 12.) *curam gero*. Ter in N. T. sq. genit. [vid. ἀμελέω, ἀντέχομαι] a) personae i. e. *opitulor* Luc. 1, 54. Act. 20, 35. (Diod. Sic. 11, 31. Plut. vit. Pyrrh. c. 25. Thuc. 2, 61.) — b) rei i. e. *operam navo*, ut εὐεργεσίας i. e. *officiis* 1 Tim. 6, 2. (φιλοσοφίας Plut. de puer. educ. c. 10. Xen. Cyr. 2, 3. 6.)

Ἀντιλέγω, f. λέξω, (ἀντί, λέγω) 1) *contradico*, absol. Act. 13, 45. 28, 19. 22. Tit. 1, 9. 2, 9. (Xen. Mem. 4, 4. 8.) — τινί [vid. ἀντίκειμαι] Act. 13, 45. — sq. acc. subiecti cum infinit. iuncto c. μή [vid. μή] Luc. 20, 27. Vide de acc. subiect. c. inf. *Win.* p. 295. *Matth.* §. 537. *Buttm.* §. 128, 2. et si Luc. l. l. appositio ad nomen rectum [τῶν σαδδουκαίων] pertinens non huius sed nominis regentis [τινές] casum habet cf. *Win.* p. 484. (Thuc. 3, 41.) — 2) *obnitor*, *adversor*, τινί Ioh. 19, 12. absol. Luc. 2, 34. Rom. 10, 21. — οἱ ό pro רִיב Hos. 4, 4. (Lucian. Dial. Deorr. 8, 3.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, (ab ἀντιλαμβάνομαι, quod vid. apprehensio, ansa Plut. Thes. c. 5. via et ratio, qua succurri potest Diod. Sic. 1, 87.) *auxilium*. Semel in N. T. metonym. pro *auxiliator*, *adiutor* 1 Cor. 12, 28. (Sir. 11, 12. 51, 7.) — οἱ ό pro עֶזְרָה Ps. 20, 19. מָעוֹן Ps. 108, 8.

Ἀντιλογία, ας, ἡ, (ἀντιλέγω) *contradictio*, *Widerrede*, nunc *controversiae* sensu Hebr. 6, 16. quo l. genit. notionem primariam cum habeat, anteponitur nomini regenti cf. *Win.* p. 177. — 7, 7. — de personis tum verbis tum factis alicui resistentibus: *Widersetzlichkeit* Hebr. 12, 3. Iud. v. 11. — οἱ ό pro מְרוֹן Ps. 80, 7. רִיב Deut. 1, 12. (Pol. 28, 7. 4.)

Ἀντιλοιδορέω, ῶ, f. ήσω, (ἀντί et λοιδορέω) *convicium regero*, *vicissim convicior*. Extat tantum 1 Petr. 2, 23. (Lucian. in Conviv. c. 40.)

Ἀντίλυτρον, ου, τό, (vox Graecis incognita *Win.* p. 26; ἀντί et λύτρον pretium, quod solvitur) *pretium redemtionis*. Legitur tantum 1 Tim. 2, 6. q. l. Iesus mortem subeundo persolvisse pretium humanorum poenas atque sic in libertatem vindicasse homines dicitur. (*Incognitus auctor versionis V. T.* Ps. 48, 9.)

Ἀντιμετρέω, ῶ, f. ήσω, (ἀντί et μετρέω) *remetior*, *vicissim metior*, τινί, ita semel Luc. 6, 38. in locutione proverbiali significante: *par pari referre*.

Ἀντιμισθία, ας, ἡ, (ἀντί et μισθός) *merces pro merita*, *merces meritis respondens* Rom. 1, 27. — 2 Cor. 6, 13. τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν pro: τὸ αὐτὸ ποιεῖτε, ὅ ἐστιν ἀντιμισθία i. e. *idem iam facite* [scil. animum vestrum explicate] *in qua re est remuneratio*. Cf. ad h. l. et de hac concisione cum attractione coniuncta *Win.* p. 338. 539. *Fritzsche* diss. 2. p. 114.

Ἀντιόχεια, ας, ἡ, *Antiochia*, nomen urbium duarum, *unius*, quae, sita ad Orontem fluvium, Syriae metropolis, sedes regia et condita a Seleuco Nicanore in honorem patris Antiochi Antiochia appellata est. Haec urbs, quemadmodum a Cicerone pro Archia c. 3. celebris, copiosa et affluens dicitur eruditissimis hominibus studiisque liberalissimis, ita magnam etiam habuit Iudaeorum, post, Christianorum, multitudinem allectorum a Seleuco Nicanore muneribus et commodis magnis propositis; memorabilis etiam est ob nomen Christianorum discipulis et cultoribus Iesu hic primum inditum Act. 11, 19. 26. 13, 1. 14, 26. 15, 22—35. 18, 22. Gal. 2, 11. *Altera* Pisidiae, ab eodem Seleuco Nicanore condita, Pisidiae appellatur, non quod in Pisidia sita fuerit, sed quod adnumerari huic provinciae solebat Act. 13, 14. 2 Tim. 3, 11. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub *Antiochia*.

Ἀντιοχεύς, έως, ὁ, *Antiochenus*, *Antiochia oriundus* Act. 6, 5.

Ἀντιπαρέρχομαι, dep. med. c. aor. 2. ἀντιπαρῆλθον (ἀντί, παρέρχομαι) *contrario itinere praetereo*, *angesichts einer Person* oder *Sache vorübergehen*, *so vorübergehen*, *dass ich ihn oder sie sehe*. Bis Luc. 10, 31. 32. (de obviam eunte vel tuente aliquem contra aliquem Sap. 16, 10.) *praetereo* vel *contrario itinere praetereo*.

Ἀντίπας, α, [de quo gen. vid. ἀγρίππα] ὁ, *Antipas*, nom. pp. viri Apoc. 2, 13.

Ἀντιπατρίς, ίδος, ἡ, *Antipatris*, nom. pp. urbis palaestinensis, duobus circiter milliaribus et dimidio distantis a mari, sitae in regione fertilissima et aquis abundante Caesaream inter et Hierosolymam. Condita est haec urbs ab Herode M. et in honorem patris Antipae Antipatris appellata, cum, quae olim fuerit hoc loco urbs, χαφαρζαβᾶ diceretur Act. 23, 31. cf. Ioseph. Ant. 13, 13. 23. 16, 9. id. de bello iud. 1, 16. et *Win.* bibl. Realw. sub h. v.

Ἀντιπέρα, vel ἀντιπέρας vel ἀντιπέραν, adv. *e regione*, *ex adverso*, sq. genit. [vid. ἀντικρύ] ita semel in N. T. Luc. 8, 26. (Diod. Sic. 2, 46. 5, 82 et 83. Xen. H. G. 6, 2. 9.)

Ἀντιπίπτω, f. πεσοῦμαι, (ἀντί, πίπτω cado; contra cado, irruo in aliquem) *obnitor*, *adversor*, τινί [vid. ἀντίκειμαι], ita semel in N. T. Act. 7, 51. — οἱ ό pro הִרִיב Num. 26, 14. de pugnantibus Hdian. 6, 3. 13. Plut. Thes. c. 28. Id. de amicor. multitud. c. 5.)

Ἀντιστρατεύομαι, dep. med. (ἀντί, στρατεύομαι.— propr. exercitum duco contra aliquem Xen. Cyr. 8, 8. 26.) *adversor*, *contrarius sum*, τινί [vid. ἀντίκειμαι] ita semel Rom. 7, 23.

Ἀντιτάσσω, ττω, f. ξω, (aciem instruo contra aliquem Xen. An. 4, 8. 5. ab ἀντί, τάσσω) ἀντιτάσσομαι med. *oppono me alicui*, *resisto*, τινί [vid. ἀντίκειμαι] Rom. 13, 2. Iac. 4, 6. 5, 6. 1 Petr. 5, 5. absol. Act. 18, 6. Saepius non extat in N. T.

Ἀντίτυπον, ου, τό, (ab ἀντίτυπος, ex ἀντί, τύπος ictus; de rebus ictum repellentibus Luc. Hermot. §. 33. — typo respondens Hdian. 5, 5. 11. hinc neutrum substantive.) 1) *imago ad exemplum aliquod efformata*, *Abbild* Hebr. 5, 24. quo l. quae ad vocab. ἅγια adduntur verba: ἀντίτυπα τ. ἀ. si longius separantur ab illo, vid. sub ἄγγελος notata. 2) *Gegenbild*, *imago typo non respondens* 1 Ptr. 3, 21., ubi ut praecedens ὅ [scil. ὕδωρ] accuratius definitur addito ἀντίτυπον i. e. *dieses Wasser aber*, *ein Gegenbild dessen* [i. e. nicht dasselbe], *aus welchem die Noachiden sich retteten*, ὑμᾶς νῦν σώζει, ita per appositionem additur βάπτισμα = *nämlich das Taufwasser*. Cf. *Win.* p. 338. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀντίχριστος, ου, ὁ, (ἀντί, χριστός) *adversarius Christi*, collective: *quicunque negat*, *Iesum esse Messiam* 1 Ioh. 2, 18. coll. v. 22. 4, 3. 2 Ioh. v. 7. — Ubinam vero quaerendi sint, quos hoc nomine compellavit Iohannes, non liquet, cum ipse nusquam accuratius id definiverit. Cf. tamen *de Wette* ep. Ioh. 1. p. 241. *Lücke* ep. Ioh. p. 144 sq.

Ἀντλέω, ῶ, f. ήσω, (pp. exhaurio τὸν ἄντλον i. e. sentinam, eingelaufenes Seewasser aus dem Schiffsraume schöpfen; deinde:) *haurio*, quater in N. T. sq. nunc ὕδωρ Ioh. 2, 9. de h. l. aor. vid. ἀγοράζω. 4, 7. nunc absol. 2, 8. 15. — οἱ ό pro שָׁאַב Gen. 24, 8. 20. 45. דָּלָה Exod. 2, 16. 19. (Xen. Oec. 7, 40.)

Ἄντλημα, τος, τό, (id quod haustum est Dioscorid. 4, c. 64.) *haustrum* i. e. *instrumentum ad aquam hauriendam* semel Ioh. 4, 11. De voc. in μα vid. ἀνταπόδομα.

Ἀντοφθαλμέω, ῶ, f. ήσω, (ex ἀντί, ὀφθαλμός oculus; ex adverso vel rectis oculis adspicio) *resisto*, *obnitor*, τινί [vid. ἀντίκειμαι] ita semel Act. 27, 15. — Sap. 12, 14. (Pol. 2, 24. 1. 24, 12. 5.)

Ἄνυδρος, ον, ὁ, ἡ, *aqua carens* 2 Petr. 2, 17. Iud. v. 12. in quibus locis ut νεφελῶν vel πηγῶν ἀνύδρων [i. e. nubium vel fontium, aquam promittentium, sed spem fallentium] nomine adumbrantur homines promittentes quidem praeclara, sed non praestantes coll. Iob. 6, 15—20. ita τόποι ἄνυδροι dicuntur loca deserta, aquae quoniam in iis desiderantur Matth. 12, 43. Luc. 11, 24. — οἱ ό pro יְשִׁימוֹן Ies. 43, 19. 20. מִדְבָּר Ies. 41, 29. (Pol. 5, 80. 2. Plut. vit. Anton. c. 3.)

Ἀνυπόκριτος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό (α pr. et ὑποκρίνομαι simulo) *non simulatus*, *non fucatus*, *sincerus*. Quinquies Rom. 12, 9. 2 Cor. 6, 6. 1 Tim. 1, 5. Iac. 3, 17. 1 Petr. 1, 22.

Ἀνυπότακτος, ον, ὁ, ἡ — ον, τό (α pr. et ὑποτάσσω subordino) 1) *non subiectus* Hebr. 2, 8. — 2) *immoriger* 1 Tim. 1, 9. Tit. 1, 6. 10. Saepius non legitur in N. T.

Ἄνω, adv. 1) *sursum*, *in die Höhe*, *nach oben zu* Ioh. 11, 41. Hebr. 12, 15. Ioh. 2, 7. ἕως ἄνω *usque ad summum*. — οἱ ό pro מַעְלָה Deut. 28, 43. (Lucian. Dial. Deorr. 11, 3. Xen. An. 4, 8. 28.) — 2) *superne*, *in loco superiore* Act. 2, 19. —praefixo artic. ὁ, ἡ, τὸ ἄνω *superior* (pp. Diod. Sic. 4, 55. Xen. An. 7, 4. 11.) sensu: ἐπουράνιος i. e. *qui*, *quae*, *quod in coelo est* vel *esse putatur* Gal. 4, 26. vel: *qui pertinet ad felicitatem ibi pios manentem* Phil. 3, 14. Col. 3, 1. 2. vel: *coelum* Ioh. 8, 23. q. l. ἐκ τῶν ἄνω εἰμί *e coelo oriundus sum* pro: *coelestia curo et sequor*, *a consiliis coelestibus pendeo*. De artic. iunct. c. adverb. ita, ut circumscribatur adiectiv. cf. *Herm.* ad Vig. p. 780. *Matth.* §. 272. *Buttm.* §. 112, 3. *Rost* §. 98. p. 487. *Win.* p. 123. *Alt* p. 30. Saepius non legitur in N. T.

Ἀνώγεον, vel ἀνώγαιον, ἀνώγειον, ἀνάγαιον, ου, τό, *conclave in superiore parte aedium*. Bis Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. (Xen. An. 5, 4. 29.) Solebant Iudaei secedere huc coenandi, orandi, confabulandi et otii causa. De variis huius voc. formis cf. *Lob.* ad Phrynich. p. 297.

Ἄνωθεν, adv. 1) de loco: *desuper*, *von oben herab*, *aus der Höhe* Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. Ioh. 19, 23. (Hdian. 8, 4. 20. Lucian. Dial. Deorr. 20, 7. Thuc. 3, 21.) — hinc de rebus, quae sunt οὐρανόθεν vel ἐκ τοῦ οὐρανοῦ coelitus et, cum Deus in coelo habitare crederetur, divinitus Ioh. 3, 3. 31. 19, 11. Iac. 1, 17. — 3, 15. 17.: ἡ ἄνωθεν σοφία *sapientia coelitus* vel *a Deo profecta*. — οἱ ό pro מִמַּעַל Iob. 3, 4. (Philo de profug. T. 1. p. 571, 2. εὑρεῖν σοφίαν ἄνωθεν ὀμβρηθεῖσαν ἀπ' οὐρανοῦ. Liban. vit. sua p. 42. D. ἡ γῆ — στερηθεῖσα τοῦ ἄνωθεν ὕδατος. Ael. Hist. Anim. 9, 30. Xen. Mem. 4, 3. 14.) — 2) de tempore, a) *a principio* Luc. 1, 3. Act. 26, 5. προγινώσκοντές με ἄνωθεν ab initio, sens.: a prima aetate (Philo de vit. Mos. T. 2. p. 141, 37. Dem. 1125, 24.) — b) *denuo* Gal. 4, 9. quo l. si iungitur cum synonymo vid. de hoc verbositatis genere *Rost* §. 140, 4. a. p. 705. *Bornem.* schol. p. 129. 166. 195. *Idem* ad Xen. Conv. p. 178. *Matth.* §. 636. *Iacob* quaest. Lucian. ad calcem Lucian. Tox. p. 9. 10. 17. 20. *Win.* p. 545 sq. *Alt* p. 260. coll. *Gesen.* 671. 698. (Ios. Ant. 1, 18. 3.) — Saepius non habetur in N. T.

Ἀνωτερικός, ή, όν, (ἄνω) *superior*, *superius*. Semel in N. T. Act. 19, 1.

Ἄρτος, ου, ὁ, (vel ab αἴρω, das, was man zu sich nimmt, vel ab ἄρω, premo, depso) 1) *panis, das Brod* a) universe Matth. 4, 3. 4. 7, 9. 14, 17. 19 bis. 15, 33. 34. 36. 16, 5. 7. 8. 9—12. Marc. 6, 8. 41. 52. 8, 4—6. 14. 16. 17. 19. Luc. 4, 3. 4. 9, 3. 13. 16. 11, 5. 11. 24, 30. 35. Ioh. 6, 5. 11, 23. 26. 21, 9. 13. Act. 20, 11. 27, 35. 2 Cor. 9, 10. — δηναρίων διακοσίων ἄρτοι i. e. *panes ducentorum denariorum pretio coëmendi* Marc. 6, 37. Ioh. 6, 7. de quo genit. pretii v. sub ἀγοράζω notata. (Xen. Mem. 2, 7. 5.) — De forma panis apud Hebraeos et de modo, quo in coquendo eo uti solebant v. *Win.* Realw. sub vocab. *Brod.* — b) de Hebraeorum panibus sacris [Schaubrode] in verbis οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως Matth. 12, 4. Marc. 2, 26. Luc. 6, 4. Hebr. 9, 2. — De quibus quid lex mos. praeceperit, v. Levit. 24, 1—9 — c) de pane, quo utimur in sacra coena a Iesu instituta Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. Act. 2, 42. 46. 20, 7. 1 Cor. 10, 16. 17. 11, 23. 26—28.

2) ex hebr. *cibus* a) proprie Marc. 6, 36. Luc. 15, 17. Ioh. 6, 31. 32. 34. 41. — Ita οἱ ό pro לֶחֶם Exod. 16, 4. Gen. 24, 32. — Dan. 10, 3. ἄρτοι ἐπιθυμιῶν i. e. cibi delicati. — ἄρτος τῶν τέκνων i. e. *cibus liberis appositus* Matth. 15, 26. Marc. 7, 27. — formulae notandae: ἄρτον ἐσθίειν, ἄρτον φαγεῖν, *cibum capere, coenare* [cf. *Win.* p. 34.] Matth. 15, 2. Marc. 7, 2. 5. 3, 20. Luc. 14, 1. — Ita οἱ ό pro אָכַל לֶחֶם Exod. 2, 20. — μήτε ἄρτον ἐσθίειν, μήτε οἶνον πίνειν, *neque edere, neque vinum bibere*, hyperbolice pro: *parco victu uti* Luc. 7, 33. — τρώγειν μετά τινος τὸν ἄρτον, *coenare cum aliquo, der Tischgenosse Jemandes sein*, periphrasis hominis alicui familiaris Ioh. 13, 18. ducta ex Ps. 41, 10. — 2 Thess. 3, 8. ἄρτον φαγεῖν παρά τινος, *cibum capere datum sibi ab aliquo* opp. v. 12. τὸν ἑαυτοῦ ἄρτον φαγεῖν i. e. *cibum a semetipso partum sumere.* — Luc. 14, 15. φαγεῖν ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ i. e. *dapibus in regno Messiae celebrandis interesse*, ubi nos: participem esse felicitatis Iesu cultores olim manentis. Cf. quae habet de hac Iudaeorum opinione, ad quam aestimandi etiam sunt loci Matth. 8, 11. Luc. 13, 28. 29. 22, 16. Apoc. 19, 9. *Bertholdt* Christolog. Iudaeorum p. 196 sqq. — — b) pro: *victus, Lebensunterhalt.* Matth. 6, 11. Luc. 11, 3. — Ita οἱ ό τὰ δέοντα pro לֶחֶם Exod. 16, 22. 1 Regg. 5, 2. [4, 22.] — c) refertur ad nutrimentum animi, quo nutrit Iesus cultores suos Ioh. 6, 32. 33. 35. 48. 51. — Cf. ὁ ἄρτος σοφίας i. e. animi pabulum, quo cultores suos alit, recreat, exhilarat sapientia Prov. 9, 5. Sirac. 15, 3.

Ἀρτύω, f. ύσω, (apparo, instruo Hom. Iliad. 15, 303.) *condio* Marc. 9, 50. Luc. 14, 34. (Athen. 2, p. 67. ed. *Casaub.*) — metaph. de sermonibus sale conditis Col. 4, 6.

Ἀρφαξάδ, ὁ, [terminat. graeca: ὁ Ἀρφαξάδης, ου Ios. Ant. 1, 6. 4.] *Arphaxad*, hebr. אַרְפַּכְשַׁד nom. pr. viri Luc. 3, 36. cf. *Vater* Commentar. in Pentateuch. T. I. p. 151.

Ἀρχάγγελος, ου, ὁ, (ab ἀρχι v. infra et ἄγγελος) *Archangelus* i. e. *unus ex principibus* (v. ἀρχή) *angelorum, quibus ex opinione Judaeorum angelorum copiae, viribus, ac dignitate admodum diversae parent.* Bis in N. T. 1 Thess. 4, 16. Iud. v. 9. Commemorantur enim tum in libris V. T. post exilium conscriptis (Dan. 9, 21. 10, 5. 1 Chron. 21, 16. Tob. 12, 9. 2 Macc. 3, 25. 11, 8.) tum in N. T. angelorum agmina, similia exercitibus humanis, quibus Deus et ad mandata exsequenda et ad dignitatem ac maiestatem ostentandam more regum humanorum utitur eademque ad similitudinem agminum bellicorum in his terris, in ordines et classes divisa dicuntur, quibus praesunt duces sui, qui et ipsi principi cuidam s. ἀρχαγγέλῳ (שַׂר Dan. 10, 13.) subiecti sunt. Horum vero archangelorum septem numero, praeter *Michaëlem*, nationis iudaicae patronum et praesidem, commemorantur in libris sacris *Gabriël* et *Raphaël* Luc. 1, 26. Tob. 12, 15. Dan. 10, 13. 21. 7, 21.

Ἀρχαῖος, αία, αῖον, [qui ab initio fuit, ἀρχή] *vetus, priscus, prisci aevi homo vel res* Matth. 5, 21. 27. 33. Luc. 9, 8. 19. Act. 15, 7. 21. 21, 16. 2 Cor. 5, 17. 2 Petr. 2, 5. Apoc. 12, 9. 20, 2. (Diod. Sic. 1, 6. Xen. An. 3, 1. 4.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀρχέλαος, ου, ὁ, *Archelaus,* fuit filius Herodis M. ex uxore Samaritana, Malthace, natus, cum fratre Antipa Romae educatus, post mortem patris nomine Ethnarchae praefectus Iudaeae, Idumaeae et Samariae, urbibus Gaza, Gadara, Hippo exceptis. Post decem annorum imperium ob crudelitatem accusatus et Viennam Allobrogum a Caesare relegatus est cf. Ioseph. Arch. 17, 11. id. de bell. iud. 2, 7. — Matth. 2, 22.

Ἀρχή, ῆς, ἡ, 1) *initium* a) propr. Matth. 24, 8. Marc. 1, 1. 13, 9. Ioh. 2, 11. Hebr. 7, 3. (Diod. Sic. 1, 31. Xen. Cyr. 5, 5. 16.) — ἀρχὴν λαμβάνειν *initium capere* Hebr. 2, 3. (Aelian. V. H. 2, 28.) — ὁ λόγος τῆς ἀρχῆς τοῦ χριστοῦ i. e. *ea doctrinae christianae pars, a qua initium factum est* Hebr. 6, 1. cf. *Win.* p. 172. et de duplici h. l. genit. sub αἷμα monita. — formulae peculiares, ut ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio.* Vid. ἀπό. — ἐν ἀρχῇ, *initio* Ioh. 1, 1. 2. Act. 11, 15. Phil. 4, 15. (Diod. Sic. 19, 110.) — ἐξ ἀρχῆς, *ab initio* Ioh. 6, 64. 16, 4. (Xen. Mem. 1, 4. 5.) — κατ' ἀρχάς, *initio* Hebr. 1, 10. (Plut. vit. Sol. c. 3. Plato Theaet. p. 185. B. Hdot. 3, 153.) — τὴν ἀρχήν, adverb. *statim ab initio, von vorn herein, vor allen Dingen, omnino* [cf. *Win.* p. 434. *de Wette* Ev. Ioh. p. 110. *Alt* p. 204. coll. *Matth.* §. 425, 5.] Ioh. 8, 25. τὴν — ὑμῖν: *von vorn herein* [vor allen Dingen] *bin ich, was ich auch zu euch rede,* ita *de Wette* l. l. p. 111. (De verbis: τὴν ἀρχὴν sq. negatione = *omnino, prorsus* vid. *Herm.* ad Vig. p. 723. 882. ad Soph. Ant. v. 92. *Bornem.* ad Xen. Conv. 1, 15.) — b) pro: *primus, princeps,* ita ubi aliquis esse dicitur ἀρχή Col. 1, 18. Apoc. [1, 8.] 3, 14. 21, 6. 22, 13. — vel ubi iunctum legitur c. genitivo alius substantivi, ad quod, quae verbo enuntiantur, pertinent, adiectivi locum tenet [vid. ἀγάπη] ut κατέχειν τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως i. e. τὴν ὑπόστασιν τὴν πρώτην. Hebr. 3, 14. ἡ ἀρχὴ τῶν λογίων i. e. τὰ λόγια τὰ πρότερα 5, 12. de h. l. triplici genit. vid. sub ἀγάπη observata — — c) *extremitas*, ut ὀθόνης μεγάλης, ubi Lat. *lascinia*, nos: *Zipfel* Act. 10, 11. 11, 5. — Ita οἱ ό pro קְצוֹת Exod. 28, 23. (Diod. Sic. 1, 35. Eur. Hippol. 772. Hdot. 4, 60.) cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 241. — 2) *principatus, imperium,* [primus locus] a) propr. Luc. 20, 20. Iud. v. 6. ubi sermo est de provincia angelis demandata. (Diod. Sic. 3, 72. Pol. 3, 40. 9. Ael. V. H. 2, 7. Xen. Mem. 1, 1. 16.) — b) metonym. pro: *magistratus* i. e. *potestate, dignitate et imperio praeditus*, ita de magistratibus humanis Luc. 12, 11. Rom. 8, 38. Eph. 1, 21. Col. 1, 16. 2, 10. Tit. 3, 1. (Pol. 12, 16. 3. Hdian. 7, 7. 28. Xen. Cyr. 1, 2. 12. Thuc. 5, 28.) — de angelorum principibus Eph. 3, 10. 6, 12. de utrisque modo nominatis Col. 2, 15. de adversariis rei christianae potentia insignibus 1 Cor. 15, 24. Saepius non extat in N. T.

Ἀρχηγός, οῦ, ὁ, (ab ἀρχή et ἡγοῦμαι vel ἄγω) 1) *dux, princeps* Act. 5, 31. coll. 2, 36. Ita οἱ ό pro שַׂר Ies. 30, 4. (Dem. 1378, 6.) — 2) *auctor* Act. 3, 15. Hebr. 2, 10. 12, 2. (Diod. Sic. 5, 64. Xen. H. G. 3, 3. 5.) Saepius non legitur in N. T.

Ἀρχι, syllaba inseparabilis, ducta ab ἄρχω vel ἀρχός et praefigi solita vocabulis muneris vel dignitatis, ut ἀρχάγγελος, ἀρχιερεύς, ἀρχιποιμήν, ἀρχισυνάγωγος et similia; respondet nostro *Erz.* — De compositione horum vocabb. v. *Lob.* ad Phryn. p. 769.

Ἀρχιερατικός, ή, όν, (ἀρχιερεύς) *pontificius, ad summum pontificem pertinens.* Semel in N. T. Act. 4, 6. (Ios. Ant. 15, 3. 1.)

Ἀρχιερεύς, έως, ὁ, (ab ἀρχι q. v. et ἱερεύς) 1) *pontifex, summus sacerdos* (Pol. 23, 1. 2. 32, 22. 5.) a) pp. Matth. 26, 57. Luc. 22, 50. Ioh. 11, 49. Summos Iudaeorum pontifices quod attinet, lege constitutum erat, ut nonnisi ex Aaronis familia deligerentur. Hinc factum est, ut ad Eli usque tempora e gente Eleasaris, ab hoc vero tempore ex altera eiusdem familiae gente Ithamaris sumerentur. Praeterquam quod essent iudices summi et praesides synedrii, sacerdotis non solum officia administrare iis licuit, sed lege etiam sancitum erat, ut soli semel quotannis, festo expiatorio, sanctum sanctorum ingressi odoribus incensis victimas offerrent pro suis et populi peccatis. Cum omnino excellere deberent puritate, neque mortuum attingere neque nisi virginem illibatam in matrimonium ducere iis licuit. Summa quidèm olim auctoritate floruerant pontifices maximi, sic, ut vel regum filiae nubere iis non dubitarent (2 Regg. 11, 2. 2 Chron. 21, 11. 44.) venalis vero cum fieri coepisset pontificatus atque, neglecta de successione pontificum lege, ex aliis etiam atque Aaronis familia deligerentur delectique paulo post munere moverentur (2 Macc. 4, 7. Ioseph. Arch. 15, 3.), non potuit non huius muneris dignitas infringi atque sensim sensimque imminui. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub vocab. *Hoherpriester.* — b) in epistola ad Hebraeos 2, 17. 3, 1. 4, 14. 5, 16. Iesus appellatur ἀρχιερεύς, quatenus mortem pro hominum salute sustinens vel corpus suum veluti victimam offerens veniae peccatorum adipiscendae a Deo spem certissimam iis fecit. 2) *princeps ordinis sacerdotalis,* ita de XXIV sacerdotalium ordinum principibus, synedrio magno adscriptis Matth. 2, 4. 16, 21. 26, 3. 59. Marc. 14, 55. 15, 1. Luc. 22, 52. Act. 5, 24. al. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Priester.*

Ἀρχιποιμήν, ένος, ὁ, (ex ἀρχι q. v. et ποιμήν) *pastorum princeps,* metaph. *princeps et summus religionis doctor.* Semel 1 Petr. 5, 4. Uti enim antiquitus reges dicebantur οἱ ποιμένες τῶν λαῶν, civium quippe saluti prospicientes et ab iniuria quavis eos defendentes, ita idem tropus ad doctores translatus est salutifera institutione hominum salutem promoventes atque adiuvantes.

Ἄρχιππος, ου, ὁ, *Archippus.* Nom. propr. viri christiani vel doctoris vel diaconi munere apud Colossenses fungentis Col. 4, 17. Philem. v. 2.

Ἀρχισυνάγωγος, ου, ὁ, (ex ἀρχι q. v. et συναγωγή) *synagogae praefectus, conventus sacri praeses* ראשׁ הַכְּנֵסֶת ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς Marc. 5, 22. 35. 36. 38. Luc. 8, 49. 13, 14. Act. 13, 15. 18, 8. 17. Eius erat non solum curare, ut decore et ex instituto maiorum omnia in ecclesia gererentur, sed postulabant etiam muneris huius rationes, ut, qui lectoris publici officio fungerentur, deligeret itemque publice dicendi et docendi potestatem vel concederet vel denegaret dicentiumque sermones examinaret atque diiudicaret.

Ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, (ex ἀρχι et τέκτων faber) *praefectus fabrorum, architectus.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. 3, 10. (Pol. 13, 4. 6. Xen. Mem. 4, 2. 10.)

Ἀρχιτελώνης, ου, ὁ, (ex ἀρχι q. v. et τελώνης portitor) *praefectus portitorum.* Legitur tantum Luc. 19, 2.

Ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, (ex ἀρχι q. v. et τρίκλινον) *praefectus triclinii* vel *convivii* i. e. qui curam habebat ciborum potulentorumque apparatus; quo munere fungens convivium obibat et quid facto opus erat, ministris imperabat Ioh. 2, 8. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Speisemeister* et *de Wette* Ev. Ioh. p. 36.

Ἄρχομαι, f. ἄρξομαι, *incipio, initium facio,* verb. depon. med. [vid. ἀγωνίζομαι — ab ἄρχω]. Legitur a) in locis, in quibus initii cogitatio, quae verbo insidet, plane necessaria est [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 539. 397. 409. 418. 707.] sq. infinit. [vid. *Win.* p. 318.] *praesentis* [vid. ἀδύνατος] Matth. 11, 7. 20. 12, 1. 14, 30. 18, 24. 24, 49. 26, 37. Marc. 5, 20. 8, 11. de h. l. participiis sine copula positis vid. sub ἀνάγω monita et *Win.* p. 324. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 316. Marc. 10, 47. Luc. 4, 21. 7, 15. 24. 38. 9, 12. 12, 45. 14, 30. 15, 14. 24. 21, 28. 23, 2. 30. Ioh. 13, 5. — Act. 1, 1. quo l., uti ὧν per attract. pro ἅ, ita verba: ἤρξατο — ἡμέρας explica: *quae agere et docere coepit et in quibus peragendis et docendis continuavit usque ad diem.* Cf. de hac brachylogia *Win.* p. 539 sq. — Act. 2, 4. 11, 15. ubi ὧν per attract. — 18, 26. 24, 2. 2 Cor. 3, 1. (Xen. Mem. 3, 5. 15. Oecon. 11, 8.) — abest infinit. e contextu facile eruendus Luc. 3, 23. ἀρξάμενος [= *cum initium faceret.* Vide de particip. imperf. sub ἀγανακτέω monita] scil. διδάσκειν. Act. 11, 4. ἀρξάμενος sc. λέγειν. — sequente ἀπό c. genit. loci, rei, personae, unde exorditur aliquis facere aliquid [vid. ἀπό et *Matth.* §. 335, not. 2.] Matth. 20, 8. ἀπόδος — πρώτων, construe: ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν ἕως τῶν πρώτων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, *initio facto ab iis, qui sunt ultimi.* Luc. 23, 5. διδάσκων — ὧδε i. e. διδάσκων κατ᾽ ὅλης τ. ἰ. ἕως ὧδε, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γαλιλαίας. Act. 1, 22. Ita *Fritzsche* Ev. Matth. p. 613. Vid. tamen *Win.* p. 539. et *de Wette* Ev. Matth. p. 167. — Luc. 24, 27. ἀρξάμενος — διηρμήνευεν pro: *exorsus est a Mose* et *persecutus est omnes prophetas.* Cf. *Win.* p. 518. et de ἀπό repetito *Win.* p. 396. — Act. 8, 35. 10, 37. 1 Petr. 4, 17. (Theophr. Char. 2, 1. Xen. Mem. 2, 1. 1.) — particip. neutr. absolute ponitur: ἀρξάμενον i. e. *initio facto, ita ut initium fieret,* Luc. 24, 47. (ita Herodot. 3, 91. ἀπὸ δὲ ποσειδηΐου πόλιος, τὴν ἀμφίλοχος ὁ ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ᾽ οὔροισι τοῖσι κιλίκων τε καὶ σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς ἀραβίων, ταῦτα γὰρ ἦν ἀτέλεα, πεντήκοντα καὶ τριακόσια τάλαντα φόρος ἦν.) cf. *Herm.* ad Vig. p. 769, not. 213. coll. p. 329. 330. *Fischer* 3. a. p. 392. Greg. Cor. p. 38. 39. ed. *Schäfer. Matth.* §. 564. *Buttm.* §. 132, not. 7, 2. *Rost* §. 131, 5. *Win.* p. 207. 543. *Bornem.* schol. p. 164. — b) ubi repente incidit contrarium ab eo, quod ante obtinuerit [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 541. Ev. Marc. p. 46.] Marc. 1, 45. coll. v. 44. Luc. 14, 18. καὶ ἤρξαντο — παραιτεῖσθαι πάντες *coeperunt deprecari* [cum ante adfuturos se esse condixissent], *omnes.* — c) ubi scriptores sacri, cum recte rem ipsam expressissent, maluerunt tamen eius initium reique impetum indicare, quandoquidem, maxime nondum ad finem perducta actione, *initii* notionem, in quo magnum utique momentum sit, ut quid agatur, singulari voce merito enunties [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 540. *de Wette* Ev. Matth. p. 108. 207. 230. *Win.* p. 555.] Matth. 16, 22. 26, 74. ἤρξατο καταναθεματίζειν — καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Marc. 4, 1. 5, 17. 6, 2. 7. 34. 8, 31. 32. 10, 32. 11, 15. 12, 1. 13, 5. 14, 65. 69. 71. 15, 18. Luc. 5, 21. 7, 49. 11, 29. 53. 12, 1. 13, 25. ἀφ᾽ οὗ ἂν — κρούειν pro: ἀφ᾽ οὗ ἂν — ἄρξησθε ἔξω ἑστῶτες κρούειν. — v. 26. 14, 9. 29. 19, 45. 23, 30. — d) ubi res ab aliquo primo peracta secutis aliis significatur [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 540. 766. Matth. 26, 22. ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν. Marc. 10, 41. Luc. 19, 37. — Act. 27, 35. κλάσας ἤρξατο ἐσθίειν *primus* comedit. — e) ubi *gravitatis causa* initium exprimitur Luc. 3, 8. μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς i. e. *ne occipite quidem* inter vos dicere. Bene *Lutherus*: *nehmet euch nicht vor.* cf. *Fritzsche* l. l. *de Wette* Ev. Luc. p. 30. — f) in verbis e confusione duarum locutionum explicandis [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 541. *de Wette* Ev. Matth. p. 36.] Matth. 4, 17. 16, 21. in quibus locis „cum in arbitrio Matthaei esset positum, aut ita loqui: ἀπὸ τότε — ἐκήρυξε vel ἔδειξε, aut sic: τότε ἤρξατο κηρύσσειν vel δεικνύειν, ex utraque locutione particulam maluit decerpere.“

Ἄρχω, f. ἄρξω, (primus sum, prior facio aliquid Xen. Symp. 7, 1.) *impero, dominor,* sq. genit. [vid. ἀνθυπατεύω] Bis in N. T. Marc. 10, 42. Rom. 15, 12. (Xen. Mem. 2, 6. 25. 4, 2. 11.)

Ἄρχων, οντος, ὁ, nomen generis: *qui potestate, auctoritate, dignitate pollet.* Act. 4, 26. 1 Cor. 2, 6. 8. — de Iesu Apoc. 1, 5. — de magistratibus, regibus, provinciarum praefectis Matth. 20, 25. Act. 23, 5. Rom. 13, 3. (Hdian. 4, 4. 1. Xen. Cyr. 1, 2. 5.) — de praetoribus, iudicibus Act. 7, 21. 16, 19. — de ducibus Act. 7, 35. (Xen. Cyr. 1, 6. 28.) — de praefectis synagogarum Matth. 9, 18. 23. Luc. 8, 41. — de assessoribus synedrii Luc. 18, 18. 23, 13. 35. 24, 20. Ioh. 3, 1. 7, 26. 12, 42. Act. 3, 17. 4, 5. 8. 13, 27. 14, 5. — de magistratibus civitatis vel septemviris, a quibus in oppido quolibet causae privatae et leviores cognoscebantur Luc. 12, 58. — de angelorum malorum principe Matth. 9, 34. 12, 24. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. Ioh. 12, 31. 14, 30. 16, 11. Eph. 2, 2. — Saepius non legitur in N. T.

Ἄρωμα, τος, τό, *aroma, odoramentum.* Quater Marc. 16, 1. Luc. 23, 56. 24, 1. Ioh. 19, 14. οἱ ὀ' pro בֹּשֶׂם vel בְּשָׂם 2 Regg. 20, 13. (Pol. 13, 9. 5. Xen. An. 1, 5. 1.)

Ἀσά, ὁ, [= ἄσανος, ου, ὁ, Ios. Ant. 8, 11. 3.] *Asa*, hebr. אָסָא nom. pr. regis Iudae, regnantis 955 — 914 a. Chr. memorabilis cum propter bella prospere gesta, tum ob religionis mosaicae studium 1 Regg. 15, 19 sq. 2 Chron. 14 — 16. — Matth. 1, 7. 8.

Ἀσάλευτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σαλεύω agito) *inconcussus, immotus.* Bis in N. T. Act. 27, 41. — metaph. pro: *stabilis, firmus* Hebr. 12, 28. (Diod. Sic. 2, 48. Plut. Pericl. c. 39.)

Ἄσβεστος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (α pr. et σβέννυμι exstinguo; inexstinctus Strabo 9. p. 606. Eclog. phys. p. 98.) *non exstinguendus*, qua sens. *perennis* Matth. 3, 12. Marc. 9, 43. 45. Luc. 3, 17. (Hom. Od. 4, 584. Aeschyl. Prom. 532.)

Ἀσέβεια, ας, ἡ, (α pr. et σέβομαι colo) *impietas, improbitas* nunc animi sensibus nunc factis conspicua. Sexies legitur Rom. 1, 18. 11, 26. 2 Tim. 2, 16. de h. l. genitivo separato a nomine regente vid. ἀγαθός. — Tit. 2, 12. — Genitivus ἀσεβείας adiect. legitur = ἀσεβής [vid. ἀγάπη] Iud. v. 15. — v. 18. de h. l. plur. αἱ ἀσέβειαι = *sensus impii* vid. sub αἰσχύνη notata et de genit. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀ. = *secundum cupiditates accommodatas sensibus impiis* vid. quae de genit. vi latius patente sub ἄζυμος observata sunt, it. de genit. traiecto *Win.* p. 508. — οἱ ὀ' pro פֶּשַׁע Ier. 5, 6. רֶשַׁע Ez. 33, 9. Diod. Sic. 13, 90. Ael. V. H. 5, 12 et 19. Xen. Cyr. 8, 8. 6.)

Ἀσεβέω, ῶ, f. ήσω, (ex α pr. et σέβομαι) *impius sum, impie ago.* Bis in N. T. 2 Petr. 2, 6. Iud. v. 15. de h. l. verbis περὶ — τῶν ἔργων ἀσεβείας — ὧν [per attract. pro: ἃς] ἠσέβησαν vid. sub ἀγαπάω ad Ioh. 17, 26. notata. (Diod. Sic. 1, 77. Xen. Cyr. 5, 2. 10.)

Ἀσεβής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό (ex α pr. et σέβομαι) *impius.* Septies in N. T. Rom. 4, 5. 5, 6. 1 Tim. 1, 9. 1 Petr. 4, 18. de h. l. singulari collective posito vid. ἀδελφός. — 2 Petr. 2, 5. 3, 7. Iud. v. 15. (Xen. Cyr. 8, 8. 27.)

Ἀσέλγεια, ας, ἡ, (indoles et mores hominis ἀσελγοῦς i. e. modum excedentis, intemperantia Dem. 131, 11.) *lascivia, libido*, refertur nunc ad insolentiam, nunc ad libidinem veneream, nunc universe dicitur. Decies in N. T. Marc. 7, 22. Rom. 13, 13. 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. 2 Petr. 2, 2. 7. 18. quo l. verbis ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς per appositionem [vid. *Win.* p. 338.] vel explicationis ergo additur: ἀσελγείαις. De plur. ἀσέλγειαι vid. αἰσχύνη. 1 Petr. 4, 3. Iud. v. 4. Eph. 4, 19. (Pol. 1, 6. 5. Isaeus 22, 4.)

Ἄσημος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σῆμα signum; non signatus Hdot. 9, 40. Diod. Sic. 19, 46.) *non insignis, ignobilis.* Legitur tantum Act. 21, 39. (Hdian. 1, 9. 12. Plut. Fab. c. 14.)

Ἀσήρ, ὁ, nom. propr. hebr. indeclin. [= ἄσηρος, ου, ὁ Ios. Ant. 2, 7. 5.] *Aser*, octavus ex filiis Iacobi patriarchae Luc. 2, 36. Apoc. 7, 6.

Ἀσθένεια, ας, ἡ, (ab ἀσθενής) *defectus virium, imbecillitas.* Dicitur a) de corporis imbecillitate naturali: *Schwäche, Schwachheit* 1 Cor. 15, 43. σπείρεται [sc. σῶμα] ἐν ἀσθενείᾳ. scil. ὄν. 2 Cor. 13, 4. ἐσταυρώθη ἐξ [= *per, in Folge*] ἀσθενείας. — *Kränklichkeit, Krankheit, morbus* Matth. 8, 17. Luc. 5, 15. 13, 12. Ioh. 5, 5. 11, 4. Act. 28, 9. Gal. 4, 13. 1 Tim. 5, 23. (Hdian. 1, 4. 16. Xen. Mem. 4, 2. 32. H. G. 6, 4. 15.) — Luc. 8, 2 et 13, 11. πνεῦμα ἀσθενείας vel ἀσθενειῶν *qui auctor esset imbecillitatis.* De qua genit. vi vid. sub ἄζυμος monita. — b) de imbecillitate morali Rom. 6, 19. Hebr. 4, 15. 5, 2. 7, 28. — c) de animi imbecillitate = *Verzagtheit* 1 Cor. 2, 3. — de imbecillitate orta ex periculis et molestiis, iis maxime, quae rei christianae causa subeunda sunt 2 Cor. 11, 30. metonym. pro: ἀσθενεῖς [vid. αἰχμαλωσία] 2 Cor. 12, 9. — plur. αἱ ἀ. [de quo plur. vid. sub αἰσχύνη notata] 2 Cor. 12, 5. 10. Cf. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 203. — Saepius non extat in N. T.

Ἀσθενέω, ῶ, f. ήσω, (ἀσθενής) *imbecillis* vel *infirmus sum, minus valeo* a) de lege mos., quippe quae impar esset hominibus emendandis et beandis Rom. 8, 3. ἐν ᾧ ἠσθένει i. e. *quia* vel *quippe quae imbecillis erat.* — b) de personis aa) univ. 2 Cor. 13, 4. ἡμεῖς — ἐν αὐτῷ i. e. *in* und gemäss *der Gemeinschaft mit ihm.* Vid. *Win.* p. 370 et *Fritzsche* diss. 2. p. 241. et ex oppos. τοῦ δυνατεῖν 2 Cor. 13, 3. εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ i. e. *non imbecillem se praestat erga vos* i. e. *beneficiis in vos conferendis.* Cf. *Fritzsche* l. l. — bb) de personis *corpore* infirmis = *aegroto, ich bin krank*, ὁ ἀσθενῶν, substantive: *aegrotus, der Kranke* [vid. ἀδικέω] Matth. 10, 8. 25, 36. Marc. 6, 56. Luc. 7, 10. 9, 2. Ioh. 4, 46. 5, 3. 7. 6, 2. 11, 1. 2. 3. 6. de h. l. praesenti, ubi Lat. imperf. utuntur, vid. sub ἀκούω no. 2. monita Act. 9, 37. 19, 12. Phil. 2, 26. 27. 2 Tim. 4, 20. Iac. 5, 14. ἀσθενεῖ τις *aegrotat aliquis*, quo l. oratione vividiore utens apostolus statim sumit, locum habere vel fieri, quod verbo enuntiatur. Cf. de indicat. in talibus *Win.* p. 260. qui non opus esse, in talibus ut suppleatur εἰ docet p. 157. 536. coll. *Fritzsche* coniectan. p. 36 sq. *Matth.* ad Eur. Or. v. 635. *Dindorf* ad Aristoph. av. v. 78. — pro חָלָה et נַחְלָה Iudd. 16, 7. 11. 17. (Diod. Sic. 3, 46. Xen. An. 1, 1. 1.) — additur dat. nominis synonymi [vid. ἀγαλλιάω], ut νόσοις i. e. *morbis laborare* Luc. 4, 40. — cc) de personis opibus infirmis: οἱ ἀσθενοῦντες *pauperes, inopes* Act. 20, 35. (Dem. 555, 9.) Cf. *de Wette* Act. Ap. p. 183. *Kuinoel* ad Act. l. l. — dd) de hominibus, qui *animo* sunt infirmi = *timidus sum* 2 Cor. 11, 21. ubi opp. τολμᾶν. — 12, 10. ὅταν — ἀσθενῶ i. e. *si quando in eo sum, ut desperem* vel *animum despondeam.* — ee) τῇ πίστει i. e. vel: *infirmus sum fiducia* [de quo dat. vid. ἀγαλλιάω] Rom. 4, 19. μὴ ἀσθενήσας [*haud imbecillis* per λιτότητα pro: *admodum firmus*] τῇ πίστει. — vel: *dubius sum, quid faciendum* vel *fugiendum sit* Rom. 14, 1. quo l., ut v. 2. et 1 Cor. 8, 11. si singularis collective legitur vid. sub ἀδελφός observata. — abest τῇ πίστει facile cogitatione addendum Rom. 14, 2. 1 Cor. 8, 9. 11. 2 Cor. 11, 29. τίς — ἀσθενῶ *ecquis infirmus est fide, quin ego infirmus sim?* i. e. *quin, quam ille sentit* τῆς ἀσθενείας *molestiam, ego sentiam?* — Rom. 14, 21. ἐν ᾧ — ἀσθενεῖ i. e. ἐν ᾧ ἀσθενής ἐστι scil. τῇ πίστει, *in iis rebus, in quibus quid sit faciendum, dubius haeret.* Saepius non legitur in N. T.

Ἀσθένημα, τος, τό, (ab ἠσθένημαι) *imbecillitas.* Semel in N. T. Rom. 15, 1. i. e. *infirma persuasio.*

Ἀσθενής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό (ex α priv. et σθένος robur) *imbecillis, infirmus* a) corpore i. e. vel *viribus parum valens*, ita σκεῦος τὸ γυναικεῖον 1 Petr. 3, 7. — vel: *aegrotus, krank* Matth. 25, 39. 43. 44. Luc. 10, 9. Act. 4, 9. 5, 15. 16. 1 Cor. 11, 30? — b) auctoritate vel dignitate = *impotens*, ita de personis 1 Cor. 4, 10. (Hdian. 2, 10. 16. Xen. Mem. 1, 4. 6.) — de rebus, ut de membris corporis = *vilis* 1 Cor. 12, 22. — c) animo i. e. vel *an Muth* = *timidus, verzagt, schüchtern* 2 Cor. 10, 10. quo l. quae ad hominem ipsum pertinent, referuntur ad eius praesentiam vel ad modum, quo praesens agere solet. — vel: persuasione certa = *qui dubius haeret* 1 Cor. 8, 7. 10. 9, 22 ter. 1 Thess. 5, 14. — vel: *an sittlicher Kraft*, ita de hominibus, qui nondum donati Spiritus divini auxilio impares sunt ad bene et recte agendum Rom. 5, 6. cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 265 sq. — d) universe de rebus et personis, quae vel natura et indole sua vel ingenio, doctrina aut parum valent, aut parum valere putantur ad efficiendum id, de quo agitur, ita ἡ — σὰρξ ἀσθενής Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. τὰ στοιχεῖα Gal. 4, 9. τὸ ἀσθενές substant. [vid. ἀδύνατος] *imbecillitas* Hebr. 7, 18. — τὸ ἀ. τοῦ θεοῦ i. e. *die von Gott getroffene*, von Menschen *für schwach, unzureichend, nichts vermögend geachtete Heilsanstalt* 1 Cor. 1, 25. cf. *Win.* p. 223. — τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου i. e. *die in den Augen der Welt für schwach, unwissend, unvermögend Geachteten* 1 Cor. 1, 27. De neutro, quatenus de personis dicatur, vid. sub ἀγενής monita et *Win.* p. 165. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀσία, ας, ἡ, *Asia*. Est autem, quae in N. T. commemoratur Asia, quae dicitur, *Asia minor*, interiacens inter Pontum Euxinum et mare cyprium, complectens Phrygiam, Ciliciam, Pamphyliam, Cariam, Lyciam, Ioniam, Lydiam, Aeoliam, Mysiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Galatiam, Pisidiam; habuisse has regiones Iudaeorum magnum numerum, constat ex Act. 2, 9. 6, 9. 19, 10. Comprehendunt vero N. T. scriptores Ἀσίας nomine nunc Asiam minorem universam Act. 19, 26. 27. 27, 2. Rom. 16, 5. nunc, ut quibusdam videtur [vid. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Asia.*] eam tantum illius partem, quae Ionia appellatur Act. 2, 9. 6, 9. 19, 10. 21, 27. 1 Cor. 16, 19. al.

Ἀσιανός, οῦ, ὁ, *Asianus, Asia oriundus* Act. 20, 4.

Ἀσιάρχης, ου, ὁ, *Asiarcha* Act. 19, 31. (Strabo 14, p. 960.) Erant Asiarchae (a singulis, quibus praeessent, provinciis Συριάρχαι, Λυκιάρχαι, Φοινικάρχαι, Καριάρχαι appellati,) summi sacrorum praefecti, delecti ex primoribus et opulentioribus civibus, quorum erat, in honorem Deorum et imperatoris romani quotannis ludos theatrales suis sumtibus, ut aediles Romae, edere. Muneri suo, quod annuum erat, ita admovebantur, ut initio cuiusque anni i. e. sub aequinoctium auctumnale, singulae Asiae urbes concionem haberent civium suorum, uni Ἀσιάρχου honorem delaturae. Quo facto civitas quaeque in certam Asiae proconsularis urbem primariam, ut Ephesum, Smyrnam, Sardes, cet. legatum mittebat ad τὸ κοινόν i. e. ad commune gentis concilium, qui nomen delecti a civibus suis publice renuntiaret. Ex his vero, quos singulae Asiae urbes Asiarchas nominaverant, synedri non nisi decem designabantur, e quorum numero summus sacrorum praefectus a Proconsule romano deligebatur. Ut denique isti Asiarchae nunc Ephesi, nunc Smyrnae, nunc Cyzici, nunc Sardibus, vel in alia earum, in quibus habebatur τὸ κοινόν, urbe sedem habebant, ita, qui Asiarchae munere functi essent, nomen dignitatis retinebant. Ceterum incertum est, num, quem ex decem designatis Proconsul constitueret summum sacrorum praefectum, κατ' ἐξοχήν appellatus fuerit ὁ Ἀσιάρχης, novem vero reliqui eius fuerint assessores eodemque nomine condecorati. Cf. *Winer* bibl. Realw. sub h. voc. (Anthol. graec. T. 12. p. 313. *Jac.* Strabo 14. p. 960. A. Aristid. S. S. 4. p. 334.) De forma ἀσιάρχης et ἀσίαρχος v. *Win.* p. 60.

Ἀσιτία, ας, ἡ, (ex α pr. et σῖτος cibus) *abstinentia a cibo*. Tantum Act. 27, 21. legitur. (Ios. Ant. 12, 7. 1. Aristot. Rhet. 10, 9.)

Ἄσιτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σῖτος) *cibo abstinens, ieiunus, impastus*. Semel legitur Act. 27, 33. (Xen. Cyr. 4, 2. 46. Ios. Ant. 6, 14. 6.)

Ἀσκέω, ῶ, f. ήσω, (colo i. e. fleissig und geschickt bearbeiten, ut εἴρια Hom. Iliad. 3, 338. — elaboro, ausarbeiten, üben, ut σῶμα Xen. Mem. 1, 2. 19.) *operam do, ich bemühe mich*, sq. inf. semel in N. T. Act. 24, 16. ἐν τούτῳ [in hac re causam habeo, quod [vid. ἐν] i. e. *propterea*] καὶ αὐτὸς [etiam ego scil. ut alii.] — ἔχειν. (Xen. Mem. 2, 1. 6. Ages. 2, 4.)

Ἀσκός, ου, ὁ, (pellis detracta) *uter coriaceus*. Quater in N. T. Matth. 9, 17. Marc. 2, 22. Luc. 5, 37. 38. (Herodot. 2, 121. Xen. Anab. 3, 5. 9.) Utebantur veteres eiusmodi utribus ad aquam, vinum, alia conservanda. Cf. *Winer*. Realw. sub voc. *Schlauch*.

Ἀσμένως, adv. (ab ἡσμένος, part. perf. verbi ἥδομαι) *lubenter et cum gaudio*. Bis legitur Act. 2, 41. 21, 17. (Diod. Sic. 12, 54 et 57. Xen. Ages. 9, 3.)

Ἄσοφος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σοφός) *insipiens*. Semel in N. T. ratione habita religionis notitiae Eph. 5, 15. de eadem sententia et affirmando et negando expressa vid. αἰσχροκερδῶς. (Xen. Mem 3, 9. 4.)

Ἀσπάζομαι, f. σομαι, depon. med. ut ἀγωνίζομαι quod vid. coll. *Win.* p. 237. *Rost* p. 557. (a σπάω; ad me traho, prehendo Hom. Iliad. 10, 542. Od. 3, 35.) a) *saluto, bona alicui apprecor, grüssen* a) sq. acc. pers. aa) universe Luc. 10, 4. μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάζησθε. Orientis populi cum copiosiores et verbosiores esse soleant in salutationibus, ne tempus perdant inanibus confabulationibus suos ablegans, Iesus admonet h. l. — Matth. 5, 47. salutatio vel salutis apprecatio cum apud Hebraeos in eximiis tum humanitatis tum urbanitatis documentis haberetur [vid. *Win.* bibl. Realw. in vocab. infra landatis], maluit h. l. Matthaeus uti vocabulo ἀσπάζεσθαι, quam, quo Graeci et nostrates utuntur, verbo ἀγαπᾶν vel *freundlich begegnen*. Cf. *de Wette* Ev. Matth. p. 67. — bb) de hominibus *adeuntibus* aliquem Matth. 10, 12. Marc. 9, 15. 15, 18. Luc. 1, 40. Act. 21, 19. (Ios. Ant. 12, 4. 3. Plut. de gen. Socr. c. 6. Xen. Cyr. 2, 1. 1.) — inclusa *invisendi* notione. Ita de iis, qui ad breve tantum tempus invisunt aliquem, sic, ut salutatione facta abitum fere parare videantur Act. 18, 22. 21, 7. — 25, 13. — de salutatione ad absentes perferenda Rom. 16, 3. 5 — 23. 1 Cor. 16, 19. Phil. 4, 21. Col. 4, 10 — 12. 14. 15. 1 Tim. 4, 19. 21. Tit. 3, 15. Philem. v. 23. de h. l. singulari praemisso pluribus subiectis vid. ἀκολουθέω et de h. l. lect. *Griesb.* 1 Petr. 5, 13. 2 Ioh. v. 13. 3 Ioh. v. 15. Hebr. 13, 24. — additur ἐν φιλήματι ἁγίῳ vel ἐν φ. ἀγάπης [*comitante osculo* i. e. *cum osculo* [vid. ἐν] Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. 1 Petr. 5, 14. — cc) de *abeuntibus* et Vale dicentibus Act. 20, 1. 21, 6. (Plut. vit. Aemil. Paul. c. 29. Xen. An. 7, 1. 40.) — οἱ ο' pro שָׁאַל לְשָׁלוֹם Exod. 18, 7. 2 Regg. 4, 29. — Utebantur Hebraei in adeundo et abeundo formula שָׁלוֹם לָךְ, cui respondebatur יְהוָֹה עִמְּךָ vel יְבָרֶכְךָ יְהוָֹה vel לְךָ לְשָׁלוֹם Gen. 40, 23. Iudd. 19, 20. 6, 12. Ruth. 2, 4. 1 Sam. 1, 17. Cf. *Win.* Realw. sub vocabb. *Höflichkeit, Kuss.* — — b) sq. acc. *rei*, ut τὰς ἐπαγγελίας *froh begrüssen, laeto animo excipio* Hebr. 11, 13. (Themist. Orat. 16. p. 211. B. τὸν ἄρην πόῤῥωθεν ἀσπαζόμενοι προσεύχοντο δήμητρι καὶ διονύσῳ. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀσπασμός, οῦ, ὁ, *salutatio* vel ore prolata vel scripta. Decies in N. T. Matth. 23, 7. Marc. 12, 38. de h. l. oratione variata vid. sub ἅγιος notata. — Luc. 1, 29. 41. 44. 11, 43. 20, 46. 1 Cor. 16, 21. Col. 4, 18. 2 Thess. 3, 17. —

Ἄσπιλος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σπίλος macula) *maculae expers* 1 Petr. 1, 19. q. l. Iesus, vitii expers, comparatur agno immaculato. (Hdian. 5, 6. 16.) — metaph. pro: *vitii expers*, 1 Tim. 6, 14. 2 Petr. 3, 14. de h. l. dat. αὐτῷ = *iudice eo*, vid. ἀδυνατέω. — Iac. 1, 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου = ἄσπιλον καὶ καθαρὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου ἑαυτὸν τηρεῖν.

Ἀσπίς, ίδος, ἡ, *aspis*, serpentis genus Rom. 3, 13. — οἱ ο' pro עַכְשׁוּב Ps. 140, 3. Semel in N. T. (Ael. H. An. 1, 54.)

Ἄσπονδος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σπονδή libatio cum sacris, victimis, foederibus coniuncta, foedus; expers foederis, Thuc. 1, 37.) *implacabilis*. Bis legitur Rom. 1, 31. de h. l. asyndeto vid. ἀδικέω. 2 Tim. 3, 3. (ἄσπονδοι πολέμιοι Philo de carit. T. 2, p. 397, 18. ἄσπονδος πόλεμος Dem. 314, 16.) — Alii: *foedifragus*.

Ἀσσάριον, ίου, τό, *assarium* vel *assarius*, nom. monetae aequantis decimam partem drachmae, *ein Kreuzer* hebr. אִסָּר. Bis Matth. 10, 29. Luc. 12, 6. Haec vox, origine latina, descendens ab *as*, recepta erat Iesu aetate a Graecis et Hebraeis et adhiberi solebat ad pretium vilissimum indicandum.

Ἆσσον, *propius*, comparat. vocab. ἀγχοῦ, ἐγγύς prope. Semel legitur Act. 27, 3. quo l. ἆσσον = propius, quam ante animus fuerat. Vid. de comparativo sine comparatione ἀκριβής. (Hdot. 2, 52. 4, 3. Ios. Ant. 1, 20. 1.)

Ἄσσος, ου, ἡ, *Assus*, etiam Apollonia apud Plin. 5, 30. nomen urbis maritimae in Asia minori ad mare aegeum sitae et distantis a Troade, civitate Phrygiae minoris, 9 milliaribus Act. 20, 3. 14.

Ἀστατέω, ῶ, f. ήσω, (ex α pr. et ἵστημι) *oberro, incertis sedibus vagor*. Semel 1 Cor. 4, 11.

Ἀστεῖος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ab ἄστυ urbs; urbanus, facetus Xen. Cyr. 2, 2. 12.) *formosus* Act 7, 20. ἀστεῖος τῷ θεῷ venustus *iudice Deo*, de qua dat. vi vid. sub ἀδυνατέω monita et *Win.* p. 225. Hebr. 11, 23. De formositate Mosis v. Philo vit. Mos. p. 826. Ios. Ant. 2, 9. 5 et 6. Iustin. 36, 2. (Aristaenet. 1, 4 et 19.)

Ἀστήρ, έρος, ὁ, *stella*, a) universe Matth. 2, 2. 7. 9. 10. 1 Cor. 15, 41. Apoc. 8, 12. 12, 1. 4. — Ad ea, quae leguntur Matth. 24, 29. Marc. 13, 25. Apoc. 6, 13. confer, quae habent *Gesen.* ad Ies. 13, 10. 24, 18. 19. 34, 4. et *Iusti* ad Ioël. 2, 10. Similiter scriptores profani, ut Ovid. Metam. 15, 782 sq. siderum perturbationem commemorant in depingendis malis, civitati imminentibus. (Hdian. 1, 14. 1. Xen. Mem. 4, 7. 5.) — trop. Apoc. 1, 16, 20. 2, 1. 3, 1. 8, 10. 9, 1. — b) ἀστὴρ ὁ πρωϊνός, *stella matutina*, insignitur hoc nomine rex potens Apoc. 2, 28. 22, 16. coll. Ies. 14, 12. et ad h. l. *Gesen.* et *Bertholt* ad Dan. 8, 10. ἀστήρ trop. de viro eximio Plut. vit. Marcell. c. 30.) — c) ἀστέρες πλανῆται, *stellae erraticae*, his comparantur Iud. v. 13. homines inconstantes, vel doctores falsi et impii. — Saepius non extat in N. T.

Ἀστήρικτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et στηρίζω stabilio) *instabilis*, *infirmus* 2 Petr. 2, 14. 3, 16. de hominibus, qui sunt infirma de rebus divinis persuasione.

Ἄστοργος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et στοργή, affectus naturalis, quo trahimur in necessarios) *ab amore aversus*, *lieblos*. Bis legitur in N. T. Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3. (Aeschin. 47, 29.)

Ἀστοχέω, ῶ, f. ήσω, (ex α pr. et στόχος scopus) *aberro*. Ter in N. T. sq. genit. 1 Tim. 1, 6. ὧν [sc. ἀγάπης, συνειδήσεως ἀγαθῆς, πίστεως] τινες ἀστοχήσαντες. (Sir. 7, 19. 8, 9. Plut. de def. orac. c. 10. Pol. 7, 14. 3.) cf. *Matth.* §. 332. *Fischer* 3. a. p. 368. *Win.* p. 183. — sq. περί τι 1 Tim. 6, 21. 2 Tim. 2, 18.

Ἀστραπή, ῆς, ἡ, 1) *fulgur* Matth. 24, 27. 28, 3. Luc. 10, 18. 17, 24. Apoc. 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18. (Xen. Cyr. 1, 6. 11.) — 2) ex adiunct. *splendor* Luc. 11, 36. Utroque modo pro בָּרָק Exod. 19, 6. Nah. 3, 3. Deut. 32, 41.

Ἀστράπτω, f. ψω, *fulguro* Luc. 17, 24. — de rebus candentibus Luc. 24, 4. (Diod. Sic. 3, 34. Paus. 4, 21. 4.)

Ἄστρον, ου, τό, (sidus Xen. Mem. 4, 3. 4.) *stella*. Quater in N. T. Luc. 21, 25. Act. 27, 20. 7, 43. Hebr. 11, 12.

Ἀσύγκριτος, ου, ὁ, *Asyncritus*, nom. prop. viri Rom. 16, 14.

Ἀσύμφωνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α priv. et σύμφωνος consonans; dissonans) *dissidens*, *dissentiens*. Semel Act. 28, 25. (Diod. Sic. 4, 1. Plut. Ages. c. 10.)

Ἀσύνετος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et συνίημι intelligo) *stolidus*, *qui vel nihil vel parum intelligit*. Quinquies in N. T. Matth. 15, 16. Marc. 7, 18. Rom. 1, 21. de adiectivi usu proleptico vid. sub ἀμεμπτος notata. — v. 31. ad quem l. cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 87. „temeritas, inquiens, cum ad multa vitia homines abripiat, a quibus prudentes et circumspecti sibi caveant, tum gentilibus recte obiicitur stoliditas.“ Rom. 10, 19. (Thuc. 3, 34.)

Ἀσύνθετος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et συντίθημι compono) *foedifragus*. Semel Rom. 1, 31. de h. l. paronomasia in vocabb. ἀσύνετος, ἀσύνθετος vid. *Win.* p. 479. *Fritzsche* diss. 2. p. 148. *Lob.* ad Soph. Aiac. v. 522. et de asyndeto sub ἀδικέω monita. — οἱ ο' pro בָּגוֹדָה Ier. 3, 7. 8. 10. (Dem. 383, 6.)

Ἀσφάλεια, ας, ἡ, (ex α pr. et σφάλλομαι labefactor, propr. conditio eius, qui tutus est a lapsu, das Feststehen) 1) *firmitas*, ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ i. e. *firmissime* Act. 5, 23. = *certitudo*, *veritas* Luc. 1, 4. — 2) *securitas a periculo et hostibus* 1 Thess. 5, 3. — οἱ ο' pro בֶּטַח Deut. 12, 10. (Pol. 3, 27. 3. Xen. Mem. 3, 12. 7.) — Saepius non extat in N. T.

Ἀσφαλής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (firmus, tutus a lapsu Xen. Anab. 3, 2. 19.) 1) *firmus*, ut ἄγκυρα Hebr. 6, 19. — trop. *certus*, ut γνῶναι τὸ ἀσφαλές Act. 21, 34. 22, 30. — 25, 26. (Xen. Mem. 4, 6. 15.) — 2) *ad firmandum aliquid aptus* Phil. 3, 1. τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Saepius non legitur in N. T.

Ἀσφαλίζομαι, f. ίσομαι a. 1. ἠσφαλισάμην a. 1. p. signif. pass. ἠσφαλίσθην [vid. ἀπαρνέομαι] dep. med. (ab ἀσφαλής firmus) *firmum reddo* i. e. *munio*. Quater in N. T. sq. accus. Matth. 27, 64. 65. 66. — Act. 16, 24. καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον, per attractionem pro: ἔβαλεν εἰς τὸ ξύλον καὶ ἠσφαλίσατο αὐτούς, vid. εἰς. (Diod. Sic. 18, 52. Ios. Ant. 13, 1. 5.)

Ἀσφαλῶς, adv. *firmiter* i. e. vel: *diligenter*, ut τηρεῖν τινα Act. 16, 23. — vel: *tuto*, *caute* ut ἀπάγειν τινά Marc. 14, 44. — trop. γινώσκειν *certo cognoscere* Act. 2, 36. (Hdian. 2, 9. 7. Xen. Cyr. 6, 3. 18.) Saepius non extat in N. T.

Ἀσχημονέω, ῶ, f. ήσω, (sum ἀσχήμων i. e. deformis, de habitu externo Ael. V. H. 11, 4.) 1) *indecore me gero* 1 Cor. 13, 4. (Ael. V. H. 2, 15. Plut. vit. Cat. min. c. 24. fin.) — 2) *ignominiam subeo*, *male audio*, τινα *propter aliquem* 1 Cor. 7, 36. sq. ἐπί c. acc. — οἱ ο' pro נִקְלָה Deut. 25, 3. (Diod. Sic. 14, 10.) Saepius non habetur in N. T.

Ἀσχημοσύνη, ης, ἡ, (pr. deformitas, ab ἀσχήμων) *turpitudo*, [universe Plut. apophth. lacon. Mor. 2. p. 169. ed. *Tauchn.*] Bis in N. T. Rom. 1, 27. κατεργάζεσθαι τὴν ἀσχ. i. e. turpia facta patrare = libidini turpi deditus sum. (Ios. Ant. 16, 7. 6.) Apoc. 16, 15. ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχ. αὐτοῦ i. e. *pudenda eius*. Ita οἱ ο' pro עֶרְוָה Exod. 20, 26. Deut. 23, 14.

Ἀσχήμων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et σχῆμα habitus, forma; deformis Hdian. 5, 6. 24.) *indecorus*. Semel 1 Cor. 12, 23. (Xen. Apolog. Socr. §. 7. Plut. apophth. lac. Mor. 2. p. 171. ed. *Tauchn.*)

Ἀσωτία, ας, ἡ, (indoles et vita ἀσώτου) *luxuria*, *vita dissoluta*, *Liederlichkeit*. Ter in N. T. Eph. 5, 18. Tit. 1, 6. 1 Petr. 4, 4. (2 Macc. 6, 4. Hdian. 2, 5. 2.)

Ἀσώτως, adv. (ex α pr. et σώζω servo, ἄσωτος qui nescit servare sua. Dem. 1024, 22. it. qui servari nequit, perditus.) *luxuriose*. Semel Luc. 15, 13. (Dem. 1025, 19. Ios. Ant. 12, 4. 8.)

Ἀτακτέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἄτακτος quod vid.) *ordinem desero* (pr. de militibus Xen. Cyr. 7, 2. 6.) metaph. *negligo muneris mei officia et rationes*. Semel 2 Thess. 3, 7. (Xen. Cyr. 8, 1. 22.)

Ἄτακτος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό (qui ordinem non servat, de militibus Xen. Mem. 3, 1. 7. α pr. τάσσω ordino) metaph. *dissolutus*, *vitam dissolutam agens*. Semel 1 Thess. 5, 14. (ἄτακτοι ἡδοναί Plut. de puer. educ. c. 7.)

Ἀτάκτως, adv. *neglecto ordine* (propr. Pol. 1, 25. 1. Xen. Mem. 3, 1. 7.) de moribus: ἀτάκτως περιπατεῖν *vitam dissolutam agere*; ita bis in N. T. 2 Thess. 3, 6. 11.

Ἄτεκνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et τέκνον) *improles*, *qui est sine liberis*, *kinderlos* Luc. 20, 28—30. — οἱ ο' pro שְׁכֻלָה Ier. 18, 21. (Sir. 16, 3. Eurip. Hec. v. 512.)

Ἀτενίζω, f. ίσω, (α intensiv. τείνω tendo) *intueor*, *intentis oculis aliquem adspicio* a) sq. dat. [v. *Matthiae* §. 401. *Win.* p. 189.] Luc. 4, 20. 22, 56. Act. 3, 12. 10, 4. 14, 9. 23, 1. (Synes. epist. 1. ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐπατενίζειν τοῖς βρέφεσιν.) — b) sq. εἰς c. acc. Act. 1, 10. 3, 4. 6, 15. 7, 55. 13, 9. 2 Cor. 3, 7. 13. (3 Macc. 2, 26. Pol. 6, 11. 7. — ἀτ. εἰς τὸ ἔμπροσθεν τοῦ βίου Antip. ap. Stob. p. 418.) — de inspiciente vel introspiciente Act. 11, 6. — Saepius non extat in N. T.

Ἄτερ, praepos. poetis usitata, reg. gen. [vid. *Matth.* §. 576. *Bornem.* schol. p. 132.] *sine*, *absque*. Bis in N. T. Luc. 22, 6. ἄτερ ὄχλου i. e. *sine interventu populi* = *sine turba*. v. 35. (Hom. Od. 7, 325. Plut. de capiend. ex inim. utilitate c. 1. 2 Macc. 12, 15.)

Ἀτιμάζω, f. άσω, *ignominia afficio*, *contumeliose tracto* (ἄτιμος). Sexies in N. T. sq. acc. vel *pers.* Luc. 20, 11. Ioh. 8, 49. Act. 5, 41. Iac. 2, 6. ἠτιμάσατε —

πτωχόν contumelia affecistis — pauperem scil. si feceritis, quod ante [v. 2. 3.] commemoravi. Cf. de aor. sub ἀγοράζω monita et Win. p. 254. (Xen. An. 1, 9. 4. Cyr. 1, 6. 20.) — τὸν θεόν = honorem debitum Deo denegare, gloriae eius detrahere Rom. 2, 23. — vel rei ut τὸ σῶμα = contamino corpus Rom. 1, 24. ἀκαθαρσία τοῦ — σῶμα, cf. de h. l. genit. τοῦ ἀ. pendente a substant. praecedente [impuritas quae est ἐν τῷ ἀ. τ. σ.] Fritzsche ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 72.

Ἀτιμία, ας, ἡ, (ἄτιμος) ignominia, dedecus. Septies in N. T. sensu nunc mitiori, nunc duriori, nunc de factis, nunc de dictis adversantibus honestati et decoro a) propr. 1 Cor. 11, 14. ἀτιμία — ἐστι i. e. ignominiam ei affert. 2 Cor. 6, 8. 11, 21. — Rom. 1, 26. πάθη ἀτιμίας i. e. libidines ignominiam afferentes = affectus probrosi. Cf. de genit. sub ἄζυμος monita. — (Hdian. 2, 4. 9. Xen. Cyr. 2, 2. 13.) — b) pro: vilis, ita de vasibus Rom. 9, 21. 2 Tim. 2, 20. — de corpore 1 Cor. 15, 43. ἐν ἀ. scil. ὄν = ἄτιμον.

Ἄτιμος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό (α pr. τιμή honor; infamia notatus Xen. Cyr. 1, 2. 14.) contemtus, ignobilis. Quater in N. T. Matth. 13, 57. Marc. 6, 14. 1 Cor. 4, 10. 12, 23. — οἱ ο' pro נִבְזֶה Ies. 53, 3. (Diod. Sic. 17, 66. Xen. An. 7, 7. 19.)

Ἀτιμόω, ῶ, f. ώσω, (ex α pr. et τιμάω honoro; infamia noto, ita de hominibus vel civibus, qui iure standi in foro privantur Dem. 548, 8.) contemtui habeo, contumelia afficio. Semel in N. T. Marc. 12, 4. Praestabilius esse h. l. ἠτίμησαν, quam lectionem ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον et cognationem habere ἀτιμάω cum ἀτιμάζω, docent Fritzsche Ev. Marc. p. 507. de Wette Ev. Marc. p. 177. coll. Bornem. ad Xen. An. 4, 2. 29. — (Hermogen. p. 345, 5. ex Demosth. Midian.)

Ἀτμίς, ίδος, ἡ, vapor, bis in N. T. Act. 2, 19. Iac. 4, 14. (Diod. Sic. 12, 58. Hdian. 1, 6. 4.)

Ἄτομος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et τέμνω seco, qui dissectus non est Dioscorid. 1, 82.) individuus, untheilbar, 1 Cor. 15, 52. ἐν ἀτόμῳ = temporis puncto, momento (de re minutissima Plut. Vit. Phocion. c. 3.)

Ἄτοπος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex α pr. et τόπος locus, qui, vel quod non est loci) 1) non conveniens [i. e. ineptus, absurdus Xen. Mem. 2, 3. 15. Pol. 10, 24. 3.] i. e. unziemlich. Legitur in N. T. a) de factis = legi non conveniens, pravus Luc. 23, 41. οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. — οἱ ο' pro אָוֶן Iob. 4, 8. (Plut. de aud. poet. c. 3. q. l. φαῦλα et ἄτοπα iunguntur. Ios. Ant. 6, 5. 6.) — b) de homine: facinorosus, scelestus 2 Thess. 3, 2. (Athen. 7. p. 279. D.) — 2) novus, insolitus [propr. Thuc. 3, 38.] i. e. noxius, malus Act. 28, 6. μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γενόμενον. (Ios. Ant. 11, 5. 2. Thuc. 2, 49.) — Saepius non extat in N. T.

Ἀττάλεια, ας, ἡ, Attalia, urbs Pamphyliae in confiniis Lyciae sita, exstructa ab Attalo Philadelpho, rege Pergami, nunc Antali Act. 14, 25.

Αὐγάζω, f. άσω, (ab αὐγή quod vid. illustro Hom. Iliad. 23, 458.) splendeo, affulgeo 2 Cor. 4, 4.

Αὐγή, ῆς, ἡ, (splendor Xen. Mem. 4, 7. 7.) lux Act. 20, 11. ἄχρις αὐγῆς = ἄχρις ἀ. τῆς ἡμέρας i. e. ad diluculum usque. (Pol. 5, 35. 10. Polyaen. 4. p. 386. κατὰ τὴν πρώτην αὐγὴν τῆς ἡμέρας.)

Αὔγουστος, ου, ὁ, Augustus, cognomen Iulii Caesaris Octaviani, primi Romanorum imperatoris, nati anno urbis conditae 691. Consulibus Cicerone et Antonio, mortui anno 14. p. Chr. nat. aetatis anno 76, imperii 57; anno imperii eius 42 natus est Iesus. Luc. 2, 1.

Αὐθάδης, εος, ὁ, ἡ, — ες, τό (ex αὐτός et ἅδω placeo) qui sibi ipsi placet et ex adiunct.: qui sibi quaevis licere putat. Bis in N. T. Tit. 1, 7. 2 Petr. 1, 10. — οἱ ο' pro עַז durus Gen. 49, 37. יָהִיר arrogans Prov. 21, 24. (Theophr. Char. 15. (29). Plato Apol. Socr. c. 23. ed. Fischer.)

Αὐθαίρετος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex αὐτός et αἱρέομαι sponte delectus Pol. 2, 21. 8. Xen. H. G. 6, 2. 36.) qui sponte aliquid facit, voluntarius, ita refertur ad verbum, ut adverbiascat [vid. ἀδάπανος] bis in N. T. 2 Cor. 8, 3. αὐθαίρετοι scil. ἔδωκαν ἑαυτούς coll. v. 5. Cf. Win. p. 496. — v. 17. (ἕπεσθαί τινι αὐθαίρετος Lucian. Catapl. §. 4. Plut. de garrul. c. 4.)

Αὐθεντέω, ῶ, f. ήσω, (sum αὐτοέντης vel αὐθέντης i. e. sum is, qui sua manu interficit vel alios Thuc. 3, 58. vel semetipsum Antiphon. 671, 2. auctor Diod. Sic. 16, 61. dominus, princeps, ita ex antiquioribus Euripid. Suppl. 442. et Graeci seriores cf. Lobeck. ad Phryn. p. 120. Markland ad Eurip. Suppl. p. 106. ed. Lips. Win. p. 25. — in N. T.:) impero alicui, sq. genit. [vid. ἀνθυπατεύω] ita semel 1 Tim. 2, 12.

Αὐλέω, ῶ, f. ήσω, (αὐλός) tibia cano Matth. 11, 17. Luc. 7, 32. de horum l. dativo: vobis = in favorem vestrum vid. ἄγω. — 1 Cor. 14, 7. (Aelian. V. H. 14, 8. Xen. Oecon. 1, 10.)

Αὐλή, ῆς, ἡ, (locus ante aedes apertus et vento expositus Athen. 5, 2.) 1) subdiale illud, in quo pecudes continebantur, caula Ioh. 10, 1. 16. (Hom. Iliad. 4, 433.) — 2) atrium ἡ ἔξωθεν i. e. exterius Apoc. 11, 2. (i. q. προαύλιον, locus ante ianuam domus vacuus et medius inter fores aedium ac viam Aelian. V. H. 3, 4.) — 3) atrium interius, aula interior, quae erat prima pars aedium, et circumdata splendidis palatii aedificiis. In hoc loco, qui ipse esset sub dio, homines orientales concilia agere solebant cf. Faber Archaeolog. p. 408. Win. bibl. Realw. sub voc. Häuser. Matth. 26, 58. 69. ὁ δὲ πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ cuius loci ἔξω cum pugnet cum v. 58. ubi ἔσω ἐν τῇ αὐλῇ consedisse dicitur, Codd. vero alii ἔξω omittant, alii alio in loco collocent, elecit Fritzsche Ev. Matth. p. 792. Vid. tamen de Wette ad h. l. p. 229. Marc. 14, 54. 66. 15, 16. Luc. 22, 55. Ioh. 18, 15. — 4) arx, palatium Matth. 26, 3. Luc. 11, 21. (Hdian. 1, 13. 16. Hom. Od. 4, 74.) — οἱ ο' pro חָצֵר 1 Chron. 9, 22. 25. חָצִיר Ies. 34, 13. Saepius non legitur in N. T.

Αὐλητής, οῦ, ὁ, (αὐλός) tibicen. Bis in N. T. Matth. 9, 23. Apoc. 18, 22. (Xen. Mem. 1, 7. 2.)

Αὐλίζομαι, f. ίσομαι, verb. dep. med. (ex αὐλή q. v.) pernocto Matth. 21, 17. Luc. 21, 37. (Pol. 10, 15. 9. Xen. Cyr. 4, 6. 10.)

Αὐλός, οῦ, ὁ, tibia. Semel in N. T. 1 Cor. 14, 7. (Ael. V. H. 2, 32. Xen. Symp. 6, 4.)

Αὐξάνω et αὔξω, [Eph. 2, 21. Col. 2, 19. De praes. forma αὔξω, quam praeter poetas habent Xen. Cyr. 5, 5. 33. Plat. de rep. 8. p. 569. B. cf. Matth. §. 225. Rost §. 84. Win. p. 38. 79. Buttm. gr. max. §. 114. coll. §. 112. not. 14.] f. ήσω, 1) transit. augeo, crescere facio, incrementa do, sq. accus., pass. αὐξάνομαι. a. 1. pass. augeor, cresco, incrementa capio Matth. 13, 32. 1 Cor. 3, 6. 7. 2 Cor. 9, 10. quo l. si codd. habent optat. aor. vid. sub ἀποδίδωμι ad 2 Tim. 4, 14. notata. 10, 15. Col. 1, 6. (Diod. Sic. 17, 105. Ael. V. H. 1, 34. 4, 2. Hdian. 1, 11. 8. Xen. Mem. 2, 6. 39. 2, 7. 4.) — sq. εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ = ὥστε ἐπιγινώσκειν τὸν θεόν [vid. εἰς] Col. 1, 10. — addito ἐν c. dat. adminic. [vid. ἐν] 1 Petr. 2, 2. — 2) intransit. [de huius verbi signif. transit. et intrans. cf. Vig. p. 181. Win. p. 228. sq.] augeor, cresco, incrementa capio Matth. 6, 28. Marc. 4, 8. Luc. 12, 27. 13, 19. Ioh. 3, 30. Act. 6, 7. 7, 17. 12, 24. 19, 20. — Col. 2, 19. αὔξειν την αὔξησιν τοῦ θεοῦ i. e. ein durch Gott gewirktes Wachsthum haben [vid. ἀγαπᾶν ἀγάπην sub ἀγαπάω] vel: ein Gottgefälliges Wachsthum haben vid. Win. p. 225. (Aesop. f. 48. Diod. Sic. 4, 64. Ios. Ant. 4, 4. 1.) addito dat. πνεύματι = am Geiste, ratione habita πνεύματος [vid. ἅγιος] Luc. 1, 80. 2, 40. — εἴς τινα, in Bezug auf Jem. [vid. εἰς] Eph. 2, 21. (εἴς τι Xen. Lacon. 2, 6.) — ἔν τινι 2 Petr. 3, 18. Saepius non extat in N. T.

Αὔξησις, εως, ἡ, (αὐξάνω) incrementum. Bis in N. T. Eph. 4, 16. Col. 2, 19. (Polyb. 17, 13. 9. Xen. Oecon. 5, 1.)

Αὔξω v. αὐξάνω.

Αὔριον, adv. (ab ἄω, αὔω, spiro, blasen, unde ἡ αὔρα, Luft, Morgenluft) cras, morgen a) absol. Matth. 6,

30. Luc. 12, 28. Act. 23, 15. 20. 25, 22. 1 Cor. 15, 32. Iac. 4, 13. (Arrian. Epict. 4, 10. Pol. 1, 60. 5. Xen. Cyr. 3, 3. 31.) — *σήμερον καὶ αὔριον* sens.: *per breve tempus* Luc. 13, 32. 33. — b) praefixo artic. *ἡ αὔριον* sc. *ἡμέρα* [ita plene Xen. Oec. 11, 6.] *dies crastinus* Matth. 6, 34. Luc. 10, 35. Act. 4, 3. 5. Iac. 4, 14. (Eurip. Alcest. v. 796. ed. *Musgrav.* Xen. An. 6, 4. 14.) cf. *Matth.* §. 282. 2. Lamb. Bos. de ellips. p. 176. ed. *Schäfer. Buttm.* §. 112, 4. *Win.* p. 528. — Saepius non habetur in N. T.

Αὐστηρός, ά, όν, *austerus* (ab αὔω, exsicco; acerbus, austerus, de sapore Dioscorid. 5, 6. Diog. Laert. 7, 117.) bis in N. T., de moribus Luc. 19, 21. 22. (Pol. 4, 20. 7. Plut. quaest. gr. c. 40. q. l. iungitur c. σώφρων.)

Αὐτάρκεια, ας, ἡ, (αὐτάρκης) 1) *animus sua sorte contentus* 1 Tim. 6, 6. (Diod. Sic. T. 10. p. 81. *Bip.* Diog. Laert. 10, 130.) — 2) *rerum ad vitam necessariarum copia* 2 Cor. 9, 8.

Αὐτάρκης, εος, ὁ, ἡ, — ες, τό, (ex αὐτός et ἀρκέω pp. ipse sibi sufficiens Xen. Mem. 4, 7. 1.) *sorte sua contentus* Phil. 4, 11. (Pol. 6, 48. 7.)

Αὐτοκατάκριτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό (ex αὐτός et κατακρίνω condemno) *a semetipso condemnatus* Tit. 3, 11. (Epiphan. p. 704. B.) Saepius non extat in N. T.

Αὐτόματος, ου, ὁ, ἡ — ον, τό, (ex αὐτός et μέμαα, quaero, desidero, streben, begehren, perf. verb. obsol. μάω.) *qui sponte aliquid facit nullo alio interveniente.* Bis legitur in N. T. et ita refertur ad verbum, ut adverbiascat [vid. ἀδάπανος] Marc. 4, 28. Act. 12, 10. (Diod. Sic. 1, 8. 3, 65. Plat. Polit. p. 537. E. αὐτομάτης ἀναδιδούσης τῆς γῆς.)

Αὐτόπτης, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (ex αὐτός et ὄπτομαι) *qui ipse videt aliquid, testis oculatus.* Semel in N. T. Luc. 1, 2. (Pol. 1, 4. 7. Xen. Cyr. 5, 4. 18.)

Ἥμισυς, *εια, υ,* gen. ἡμίσους [de qua genit. forma, obvia Marc. 6, 23. communis dialecti familiarissima pro ἡμίσεως item de forma contracta neutr. plur. ἡμίση Luc. 19, 8. item Theophr. Char. 11. — rarissima vid. *Lob.* ad Phryn. p. 246. 247. *Fischer* ad Well. Vol. 1. p. 128. *Matth.* §. 119, b not. 3. *Buttm.* §. 46. not. 7. gram. max. §. 51. not. 7. *Passow* sub hoc voc. *Win.* p. 62. 63.] *dimidius, a, um,* Apoc. 11, 9. 11. — neutr. ἥμισυ, τὰ ἡμίση substant. [vid. ἀδύνατος] *dimidia pars, die Hälfte,* seq. gen. Marc. 6, 23. Luc. 19, 8. Apoc. 12, 14. Saepius non reperitur in N. T. (Tob. 8, 21. Ios. Arch. 3, 6. Dionys. Hal. Ant. 4, 17. Xen. An. 1, 8. 22.)

Ἡμιώριον, *ου, τό,* (ἡμι et ὥρα) *semihora.* Extat tantum Apoc. 8, 1.

Ἡνίκα, adv. *quo tempore, quando.* Bis in N. T. sq. indicat. 2 Cor. 3, 15. (Xen. Cyr. 1, 4. 27.) — sq. ἄν et coniunct. 2 Cor. 3, 16. Vid. ἄν.

Ἤπερ, v. ἤ.

Ἤπιος, *ου, ὁ, ἡ. — ον, τό, mitis, benignus.* Bis in N. T. 1 Thess. 2, 7. 2 Tim. 2, 24. (Hdian. 2, 4. 1. 2, 6. 3. Hdot. 3, 89.)

Ἤρ, *ὁ, Er,* nom. propr. viri hebr. Luc. 3, 28.

Ἤρεμος, *ου, ὁ, ἡ, — ον, τό,* (ἠρέμα) *placidus, quietus.* Legitur tantum 1 Tim. 2, 2. (ἠρεμέστερος Xen. Cyr. 7, 5. 63.) Non usitatum esse apud Graecos positivum, monuit *Passow* sub hoc voc.

Ἡρώδης, *ου, ὁ, Herodes,* nom. virorum quorundam, qui, natione Idumaei, principes Iudaeorum a Romanis constituti erant. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Herodes.* Nominantur ex iis in N. T. libris 1) *Herodes,* cognomine *Magnus* Matth. 2, 1. 3. 16. qui, uti pater eius Antipater, primum procuratoris nomine a Iulio Caesare adiunctus erat Hyrcano II. Iudaeorum principi, ita postea cum fratre Phasaelo ab Antonio ao. 41. a. Chr. tetrarchae titulo et dignitate ornatus est sic, ut Phasaelus Hierosolymis, Herodes Galilaeae praeficeretur. Sed quemadmodum Aristobulus olim fratri suo Hyrcano II. principis dignitatem inviderat, ita filius Aristobuli, Antigonus, adiutus a Iudaeis, Herodis imperium adversantibus, hunc bello adortus est, in quo cum primum superior Herodes discessisset, Parthis post in auxilium vocatis tanta Antigonus usus est fortuna, ut Romam aufugiendum esset Herodi omnisque Iudaea Antigono subiiceretur ao. 40. ant. Chr. Opera vero Antonii cum rex Iudaeae declaratus esset Herodes et exercitum collegisset, Antigonum non solum superavit et urbem Hierosolyma recepit ao. 37. ant. Chr., sed omnem etiam Maccabaeorum familiam exstinxit. Pugna ad Actium commissa cum ad Octaviani partes transiisset, ab hoc regnum Herodi confirmatum est. Conciliare quidem sibi studuit Iudaeorum favorem templo exornando oppidisque compluribus condendis, sed cum contra mores patrios non solum ludos quinquennales Caesari institueret atque theatra et gymnasia Hierosolymis aedificaret, sed tanta etiam esset saevitia, ut uxorem Mariamnen, Hyrcani filiam, cum filiis ex eadem natis sibi, Alexandro et Aristobulo, trucidaret, ad mortem usque (ao. 2. p. Chr. n.) invisus fuit Iudaeis. Natus est regnante Herode M. Iesus, cuius metu interfici iussit infantes bethlehemiticos bimulos. cf. de He-

rode M. Ioseph. Arch. 14, 12. 17, 8. ibid. de bello iud. 1, 13 et 14. 1, 20 et 22. — 2) *Herodes Antipas*, filius Herodis M. ex Marthace Samaritana natus, Galilaeae et Peraeae tetrarcha a Romanis constitutus Matth. 14, 1. Luc. 3, 1. 19. 9, 7. et, quatenus βασιλεύς de quocunque magistratu dicitur, non, quod regis dignitate fuerit, Matth. 14, 9. et Marc. 5, 14. βασιλεύς appellatus. In matrimonium quidem duxerat filiam regis arabici Aretae, captus tamen amore Herodiadis, uxoris fratris Philippi, tetrarchae nomine praefecti Bataneae, Itureae, Paneadi et Trachonitidi, illam repudiavit et hanc rapuit sibi. Romam postea profectus, ut cum Herodiade regis titulum ab imperatore Caligula peteret, ab hoc cum illa relegatus est in Galliam ao. 42. p. Chr. n. ditione eius ad Herodem Agrippam, successorem Philippi, translata. Iussu Herodis Antipae necatus est Iohannes Baptista, cf. Ios. Arch. 18, 5 et 7. — 3) *Herodes Agrippa* I., nepos Herodis M., filius Aristobuli et Mariamnes, trucidatae ab Herode M. Act. 12, 1 sqq. Accepit Herodes Agrippa ab imperatore Caligula ao. 38. p. Chr. n. Philippi mortui, item Lysaniae tetrarchiam titulumque regium, imo a Claudio imp. Iudaeae etiam et Samariae tetrarchia donatus est; ut omnis Iudaea eius potestati subesset ao. 43. p. Chr. nat. Obiit ille ao. 44. p. Chr. nat. cum paulo ante Iacobum, apostolum, Iohannis fratrem interfici et Petrum in carcerem coniici iussisset. cf. Ios. Arch. 18, 6. 19, 1 et 5. 7. et de bello iud. 2, 9. — 4) *Herodes Agrippa* II., Herodis Agrippae I. filius, primum rex Chalcidos a Claudio imperatore declaratus temploque Hierosolymitano et rebus Iudaeorum sacris praefectus, tum ab eodem tetrarchia Philippi ao. 53. p. Chr. item titulo regio et urbibus pluribus donatus. Act. 25, 13. 26. cf. Ios. Arch. 19, 7. 20, 5 et 6 et 9. item de bello iudaic. 2, 10 et 11.

Ἡρωδιανοί, ῶν, οἱ, *Herodiani* [de huius nominis forma Graecis serioribus usitata vid. *Win.* p. 89.] i. e. vel: aulici Herodis, vel: Iudaei, qui a partibus Herodis starent Matth. 22, 16. Marc. 3, 6. 12, 13. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Herodianer*.

Ἡρωδιάς, άδος, ἡ, *Herodias*, filia Aristobuli, neptis Herodis M. et Mariamnes, quae, postquam nupserat Philippo, Herodis M. filio, nuptias incestas fecit cum eiusdem fratre Herode Antipa et cuius monitu hic interfici iussit Iohannem Baptistam. Matth. 14, 3—6. Marc. 6, 17—28. Luc. 3, 19. Secuta est Herodias Herodem Antipam relegatum a Caligula Lugdunum Gallorum. Cf. Ios. Arch. 18, 5. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc.

Ἡρωδίων, ωνος, ὁ, *Herodion*, nom. propr. viri ignoti Rom. 16, 11.

Ἡσαΐας, ου, ὁ, *Iesaias*, hebr. יְשַׁעְיָהוּ nom. pr. prophetae Iudaeorum celeberrimi Matth. 3, 3. 4, 14. 8, 17. 13, 14. 15, 7. Marc. 1, 2. de h. l. lect. vid. *Griesb.* ed. *Schulz*, *Meyer*, *de Wette*, *Knapp*, *Fritzsche*. — metonym. pro: *oracula Iesaiae*, legitur Act. 8, 28. 30.

Ἡσαῦ, ὁ, [terminat. gr. ἡσαῦος, ὁ, Ios. Ant. 1, 18. 1.] *Esavus*, hebr. עֵשָׂו, nom. pr. filii primogeniti Isaaci Rom. 9, 13. Hebr. 11, 20.

Ἡσυχάζω, f. άσω, (ab ἥσυχος) *quiesco* i. e. a) *abstineo a labore* Luc. 23, 56. (Hdian. 7, 5. 5.) — b) *taceo* Luc. 14, 3. Act. 11, 18. 21, 14. (Hdian. 8, 3. 7. Diog. Laert. 8, 1.) — ita pro הֶחֱרִישׁ Neh. 5, 8. — c) *vitam tranquillam ago* 1 Thess. 4, 11. (Thuc. 1, 12.) Saepius non legitur in N. T.

Ἡσυχία, ας, ἡ, (ἥσυχος) *quies*, *tranquillitas*. Quater in N. T. *silentii* sens. Act. 22, 2. 1 Tim. 2, 11. 12. (Herodian. 3, 12. 13.) — *de vita tranquilla* 2 Thess. 3, 12. (ad mores sedatos et modestos refertur apud Dem. 1405, 17.)

Ἡσύχιος, ία, ιον, *quietus*, *tranquillus*, *still*, *geräuschlos*. Bis in N. T. 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 3, 4. (Hom. Iliad. 21, 598. Dem. 159, 11.)

Ἤτοι, v. ἤ.

Ἡττάομαι, ῶμαι, (ab ἥττων, minor, inferior) *inferior sum* a) viribus = *vincor*, τινί = ὑπό τινος [vid. ἀγνοέω] 2 Petr. 2, 19. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. — abs. v. 20. (2 Macc. 10, 24. Ael. V. H. 4, 8. Hdian. 5, 4. 10.) — b) conditione i. e. *cedo alicui*, *ich stehe Iemandem nach*, addito acc. rei = *an etwas*, *in Rücksicht* [vid. ἀδικέω] 2 Cor. 12, 13. τί γάρ ἐστιν, ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας. de h. l. ὑπέρ vid. ὑπέρ fin. (Dem. 792, 25.) Saepius non legitur in N. T.

Ἥττημα, τος, τό, (ἡττάω inferiorem reddo) *conditio inferior et deterior*, bis in N. T. a) = *iactura*, *Verlust*, v. c. salutis messianae Rom. 11, 12. — b) = *detrimentum*, *Einbusse* v. c. am messianischen Heile 1 Cor. 6, 7. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. 2, p. 467. *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 109.

Ἥττων, vel ἥσσων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, *minor*, *inferior*, neutrum adverbialiter [vid. ἀκριβής] *minus* 2 Cor. 12, 15. (Thuc. 1, 8.) — b) *εἰς τὸ ἧττον in deterius* i. e. *ut damnum maius* [scil. quam antea fuit. Vid. de comparatione diserte non expressa ἀκριβής] *inde oriatur* 1 Cor. 11, 17. Cf. supra sub εἰς p. 143. Saepius non occurrit in N. T.

Ἠχέω, ῶ, f. ήσω, (ἦχος) *sono*. Bis in N. T. Luc. 21, 25. 1 Cor. 13, 1. οἱ ο' pro הָמָה Ier. 50, 42. (Hom. Iliad. 1, 157.)

Ἦχος, ου, ὁ, 1) *sonitus*, *sonus* Act. 2, 2. Hebr. 12, 19. (Herodian. 4, 2. 19. Aelian. V. H. 4, 17.) — 2) *fama*, *rumor* Luc. 4, 37.

Θ.

Θαδδαῖος, ου, ὁ, *Thaddaeus*, cognomen apostoli Iudae, qui alio cognomine Lebbaeus dicebatur et frater erat Iacobi minoris Matth. 10, 3. Marc. 3, 18.

Θάλασσα, attic. ττα, ας, ἡ, *mare*, ita legitur a) universe Matth. 13, 47. 21, 21. 23, 15. Marc. 9, 42. 11, 23. Luc. 17, 2. 6. 21, 25. Rom. 9, 27. 2 Cor. 11, 26. Hebr. 11, 12. Iac. 1, 6. Iud. v. 13. Apoc. 7, 1—3. 8, 8 bis. v. 9. 10, 2. 5. 12, 12. 18. 13, 1. 16, 3 bis. 18, 17. 19. 21. 20, 8. 13. 21, 1. (Aelian. V. H. 9, 6. Xen. Anab. 1, 5. 1.) — = *undae maris* Matth. 8, 27. Marc. 4, 41. Act. 27, 30. 38. 40. 28, 4. — πέλαγος τῆς θ. i. e. *maris aequor*, *mare altum* Matth. 18, 6. — iunct. c. γῆ, οὐρανός facit periphrasin *totius mundi* Act. 4, 24. 14, 15. Apoc. 5, 13. 10, 6. 14, 7. — de mari mediterraneo Act. 10, 6. 32. 17, 14. — b) addito ἐρυθρά, *mare rubrum*, ita de sinu arabico Act. 7, 36. Hebr. 11, 29. (Diod. Sic. 2, 11. 19, 100.) — 1 Cor. 10, 1. 2. in quibus l. ἡ θάλασσα *mare*, *das Meer* scil. ex historia Exod. c. 14. satis notum. — c) addito ὑαλίνη, *mare vitreum*, in imaginibus Apoc. 4, 6. 15, 2 bis. Cf. mare aheneum hebr. יָם הַנְּחֹשֶׁת 2 Regg. 25, 13. 1 Chron. 18, 8. ubi οἱ ο' ἡ θάλασσα ἡ χαλκῆ. — d) addito τῆς γαλιλαίας vel τῆς τιβεριάδος vel etiam τῆς γαλιλαίας τῆς τιβεριάδος [de quo duplici gen. Ioh. 6, 1. vid. *Win.* p. 176.] *mare Galilaeum*, *mare Tiberiadis* i. e. *lacus Genezareth* vel *Tiberiadis* Matth. 4, 18. 15, 29. Marc. 1, 16. 7, 31. Ioh. 6, 1. 21, 1. habet eius loco Lucas ἡ λίμνη γεννησαρέτ. — absolute i. e. absque τῆς γαλιλαίας Matth. 4, 15. 18. 8, 24. 26. 32. 13, 1. 14, 24—26. 17, 27. Marc. 1, 16. 2, 13. 3, 7. 4, 1 ter. v. 39. 5, 1. 13 bis. v. 21. 6, 47—49. Ioh. 6, 16—19. v. 22. 25. 21, 7. Ita יָם Num. 34, 11. (Aristot. Meteor. 1, 15. Pausan. 5, 7.) — Saepius non legitur in N. T.

Θάλπω, f. ψω, *calefacio*, *foveo* [propr. Ios. Ant. 7, 14. 3.] metaph. bis in N. T. pro: *curam gero*, τινά Eph. 5, 29. 1 Thess. 2, 7. ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. (Aristenaet. 1, ep. 21.)

Θάμαρ, ἡ, *Thamar*, hebr. תָּמָר, nom. pp. mulieris Matth. 1, 3.

Θαμβέω, ῶ, f. ήσω, (θάμβος) *obstupesco.* Ita θαμβῶν e lect. vulg. Act. 9, 6. vid. *Griesb.*, *Schott*, *Meyer*, *Knapp*, θαμβῶν εἶπε (Hom. Iliad. 8, 77.) — pass. signif. reflexiva [vid. ἀγνίζω], impf. ἐθαμβούμην, a. 1. ἐθαμβήθην, *obstupesco*, *attonitus sum* Marc. 1, 27. 10, 24. 32. (Sapient. 17, 3. — pf. pass. Plut. vit. Caesar. c. 45.)

Θάμβος, εος, τό, (θάομαι) *attonita vel summa admiratio.* Ter in N. T. Luc. 4, 36. ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας. ἐπί τινι Luc. 5, 9. Act. 3, 10. (Thuc. 6, 31. Hom. Iliad. 4, 79.)

Θανάσιμος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, *letalis, letifer.* Extat tantum Marc. 16, 18. κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν. (Diod. Sic. 1, 87. Polyb. 1, 56. 4. Theophr. H. Pl. 7, 9.) Cf. *Lobeck* ad Phrynich. p. 651.

Θανατηφόρος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (a θάνατος, φορέω fero) *letifer.* Semel in N. T. Iacob. 3, 8. μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. (Hdian. 3, 7. 12. Diod. Sic. 3, 5. Xen. H. G. 2, 3. 33.) A Graecis veteribus semper θανατηφόρος, nunquam θανατοφόρος scriptum esse, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 651.

Θάνατος, ου, ὁ, 1) *mors, der Tod,* quocunque tandem modo illa eveniat a) proprie. Legitur in N. T. nunc sine articulo, [cf. *Win.* p. 116. 113 sq.] ita in formulis: ἄχρι θανάτου Act. 22, 4. Apoc. 2, 10. 12, 11. ἕως θανάτου *ad mortem usque, bis zum Sterben,* ita in summo animi moerore designando Matth. 26, 38. Marc. 14, 34. μέχρι θανάτου Phil. 2, 8. 30. παραπλήσιον θανάτῳ v. 27. γεύεσθαι θανάτου [vid. γεύομαι] Matth. 16, 28. Marc. 9, 1. Luc. 9, 27. Ioh. 8, 52. Hebr. 2, 9. θεωρεῖν θάνατον [vid. θεωρέω] Ioh. 8, 51. 52. θάνατον — εἰς τὸν αἰῶνα i. e. *non ita morietur, ut in aeternum moriturus sit* vel: *vim mortis vitam hominum exstinguentem non experietur.* ἰδεῖν θάνατον [vid. εἴδω] Luc. 2, 26. Hebr. 11, 5. ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν Ioh. 12, 33. 18, 32. — 21, 19. de quo dat. vid. *Win.* p. 437. *Matth.* §. 408, not. — φόβος θανάτου *Todesfurcht* Hebr. 2, 15. εἶναι πρὸς θάνατον = *letale esse, todbringend sein,* Ioh. 11, 4. — Rom. 6, 16. ἤτοι — εἰς θάνατον *quod ducit ad mortem,* vel: *quod mortem apportat.* Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. 1. p. 414. — 7, 10. αὕτη [scil. ἐντολή] — εὑρέθη μοι εἰς θ. scil. οὖσα *id* praeceptum *in mortem mihi cedere usu cognitum est.* Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 40. *Win.* p. 557. — Apoc. 13, 3. κεφαλὴ — εἰς θ. *caput velut ad mortem usque vulneratum* = *caput velut vulnere letali affectum.* Vid. εἰς p. 142. col. 1. in fin. — Rom. 6, 21. 23. 8, 6. 1 Cor. 15, 21. de h. l. lectione θάνατος praeferenda lectioni receptae ὁ θάνατος vid. *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 243. 256. coll. *Griesb.* — θανάτου γενομένου Hebr. 9, 15. κατεργάζεσθαι θάνατον Rom. 7, 13. κωλύεσθαι θανάτῳ Hebr. 7, 23. — sq. genit. pers., ut τοῦ διαθεμένου Hebr. 9, 16. Vid. de h. l. genit. separato a nomine regente vid. ἄγγελος. — sq. genit. *rei,* a qua proficiscitur mors, ut θάνατος σταυροῦ *Kreuzestod* Phil. 2, 8. — in mortis violentae mentione, ut αἰτία vel αἴτιον θανάτου Act. 13, 28. 28, 18. — Luc. 23, 22. ἄξιος θανάτου *todeswürdig* Luc. 23, 15. Act. 23, 29. 25, 11. 25. Rom. 1, 32. — ἔνοχος θανάτου Matth. 26, 66. Marc. 14, 64. ἀποκτείνειν ἐν θανάτῳ [de qua formula vid. ἀποκτείνω] Apoc. 2, 23. κατακρίνειν θανάτῳ i. e. *für den Tod* [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 618.] Matth. 20, 18. Marc. 10, 33. παραδιδόναι εἰς θάνατον vel εἰς ἀπόκριμα θανάτου Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. 2 Cor. 4, 11. — Luc. 24, 20. πορεύεσθαι εἰς θ. Luc. 22, 33. ῥύεσθαι, σώζειν ἐκ θ. 2 Cor. 1, 10. Hebr. 5, 7. τελευτᾶν θανάτῳ = *des Todes sterben* [de quo dativo non sine vi addito exitumque tanquam certum proponente vid. *Fritzsche* l. l. p. 509. et de eodem infinit. absoluti apud Hebraeos usu sub ἀποκτείνω monita et *Win.* p. 436.] Matth. 15, 4. Marc. 7, 10. coll. Exod. 21, 17. — plur. θάνατοι, *Todesgefahren* [de quo plur. vid. αἰσχύνη] 2 Cor. 11, 23. — — ubi oppon. ζωή Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. Phil. 1, 20. — — addito artic. ὁ θάνατος, ut τὸ ἀπόκριμα τοῦ θ. *sententia mortis certissime instantis* 2 Cor. 1, 9. — 3, 7. de cuius l. construct. vid. *Win.* p. 519 sq. — ἐν τ. θανάτῳ *per mortem,* quae scil. Adami culpa mundum intravit Rom. 5, 21. — Col. 1, 22. Hebr. 2, 9. — μένειν ἐν τ. θ. *im Zustande des Todes verbleiben* i. e. ita mori ut excludatur vitae olim recuperandae spes = θεωρεῖν θάνατον εἰς τὸν αἰῶνα 1 Ioh. 3, 14. Cf. *Käuffer* de biblica ζωῆς αἰωνίου notione p. 113 sq. — Ioh. 5, 24. 1 Ioh. 3, 14. μεταβεβήκαμεν — ζωήν. Cf. *Käuffer* l. l. p. 111. 121. — ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου *vulnus mortem afferens* i. e. *vulnus letale* [vid. de genit. subst. adiectivi vim habente ἀγάπη] Apoc. 13, 3. — additur gen. pers., quae subiit vel subitura est mortem Ioh. 11, 13. Rom. 5, 10. 6, 3. 5. 1 Cor. 11, 26. — — sistitur mors tanquam persona Act. 2, 24. coll. Ps. 18, 5. 116, 3. — Rom. 5, 12 bis. v. 14. 17. 7, 5. 8, 2. 24. 1 Cor. 15, 54. 55. 56. Hebr. 2, 14. Apoc. 1, 18. 6, 18. de h. l. nominat. in titulis vid. ἄψινθος. — Apoc. 20, 13. 14. 21, 4. et sine artic. Rom. 6, 9. cf. de hac prosopopoeia *Meyer* Act. Ap. p. 43. *Käuffer* l. l. p. 66. 73. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 289. Vol. 2. p. 70. 71. 88. — — ὁ δεύτερος θάνατος vel ὁ θ. ὁ δεύτερος *mors secunda,* dicitur ita status a praestantia et munere vitae alienus hominum impiorum fidemque Iesu denegantium resurrectionem atque iudicium de iis habitum secuturus Apoc. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 8. Cf. *Bertholdt* Christol. p. 226. *Käuffer* l. l. p. 166. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 296 sq. — —

b) metonym. pro: *causa mortis* Rom. 7, 13. τὸ οὖν — θάνατος. Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 42. — —

c) emphatice: *mors vitae olim recuperandae spem excludens, mors aeterna* 2 Cor. 2, 16. ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον. Vid. de h. l. sub ζωή observata. — 7, 10. 1 Ioh. 5, 16 ter. v. 17. —

d) trop.: *mors qua valedicitur alicui rei,* ὁ τῇ ἁμαρτίᾳ Rom. 6, 4. Cf. *Käuffer* l. l. p. 71.

2) ad normam hebr. מָוֶת [Ier. 15, 2. 18, 21. ubi οἱ ὁ habent θάνατος] *lues, pestis,* [cuius loco maiores nostri *der schwarze Tod.* Cf. *Win.* hebr. Lex. sub voc. מָוֶת] Apoc. 6, 8. 18, 8. — Saepius non extat in N. T.

Θανατόω, ῶ, f. ώσω, (θάνατος) *supplicio afficio, morti addico* a) pp. Matth. 10, 21. 26, 59. 27, 7. Marc. 13, 12. 14, 55. Luc. 21, 16. Rom. 8, 36. 2 Cor. 6, 9. 1 Petr. 3, 18. (Pol. 24, 4. 5 et 8 et 14. Xen. An. 2, 6. 4.) — b) metaph. θανατόω τί, ut τὰς πράξεις τοῦ σώματος i. e. mala corporis [illecebrosi] facinora *exstinguo* Rom. 8, 13. θανατοῦμαί τινι, ut τῷ νόμῳ i. e. *nece, qua Christi corpus interfectum est, neci imaginariae ad legem mos. referendae trador* Rom. 7, 4. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 12. 13. et de dat. h. l. sub ἀποθνήσκω observata. Saepius non legitur in N. T.

Θάπτω, f. ψω, aor. 2. pass. ἐτάφην (funus curo, die Leiche bestatten i. e. cadaver cremandum et ossa sepelienda curo Hom. Od. 11, 52.) *sepelio, humo,* τινά Matth. 8, 21. 22. 14, 12. Luc. 9, 59. 60. 16, 22. Act. 2, 29. 5, 6. 9. 10. 1 Cor. 15, 4. Saepius non reperitur in N. T. (Ael. V. H. 3, 5. 6, 6. Hdian. 4, 3. 19. Xen. Cyr. 5, 4. 23.)

Θάρα, ὁ, [termin. gr. θάῤῥος, ου, ὁ Ios. Ant. 1, 6. 5.] *Thara,* hebr. תֶּרַח, nom. pp. patris Abrahami Luc. 3, 34.

Θαῤῥέω, ῶ, f. ήσω, (θάῤῥος) 1) *bono sum animo, confido,* 2 Cor. 5, 6. θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε. v. 8. quo l. quod v. 6. praecessit θαῤῥοῦντες recipitur in vocab. θαῤῥοῦμεν. Cf. *Win.* p. 320. Hebr. 13, 6. (Ceb. Tab. c. 30. Lucian. Dial. Deorr. 11, 3. Xen. Mem. 2, 6. 32. et Cyr. 2, 1. 6 et 17.) — additur τῇ πεποιθήσει, *fiducia,* ita ut intendat [vid. ἀγαλλιάω] 2 Cor. 10, 2. — sq. εἴς τινα *fiducia utor in aliquem* = *trotzig gegen Iemanden sein* 2 Cor. 10, 1. — 2) θαῤῥέω ἔν τινι [vid. ἐν p. 174 init.] *confido alicui* 2 Cor. 7, 16. (ἐπί τινι Pol. 5, 29. 4. vel τινί Hdian. 8, 7. 21. τινά Dem. 30, 15. Xen. Cyr. 5, 5. 42.) Saepius non extat in N. T.

Θαρσέω, ῶ, f. ήσω, *bono animo sum,* ita octies imperat. θάρσει et plur. θαρσεῖτε Matth. 9, 2. 22. 14, 27. Marc. 6, 50. 10, 49. Luc. 8, 48. Ioh. 16, 33. Act. 23, 11. Ita pro אַל תִּירָא et אַל תִּירְאִי Gen. 35, 17. Ioel. 2, 22. (Sir. 19, 10. Xen. Cyr. 1, 3. 18.)

Θάρσος, εος, ους, τό, *fiducia, animus fiducia plenus.* Semel in N. T. Act. 28, 15. ἔλαβε θάρσος (1 Macc. 4, 35. Diod. Sic. 14, 59. Cebet. Tab. c. 16. Xen. Mem. 3, 5. 5.)

Θαῦμα, τος, τό, (res mira Xen. An. 6, 1. 23.) *admiratio.* Extat tantum Apoc. 18, 6. quo loco uti ἐθαύμασα θαῦμα = ἐθαύμασα, sed fortius, [vid. ἀγαπάω] ita addito adiect. μέγα respondet Lat. *valde miratus sum.* (Ael. V. H. 2, 10. Hdian. 1, 1. 8. Xen. Ages. 2, 27.)

Θαυμάζω, f. άσομαι, [Apoc. 17, 8. cf. de hoc fut. apud Graecos melioris aevi usitatissimo *Buttm.* §. 100. gram. max. §. 113, not. 9. *Rost* §. 82. *Matth.* §. 184, not. 1. — a θαῦμα] 1) *admiror, cum admiratione video vel audio aliquid vel aliquem, ich bewundere* a) sq. acc. *pers.* Luc. 7, 9. (Lucian. D. D. 16, 3. Xen. Cyr. 3, 1. 38.) — addito ἐν πᾶσι i. e. *inter omnes fidem ipsi habentibus,* vel *circumdatus omnibus fidem ipsi habentibus* 2 Thess. 1, 10. — — b) sq. acc. *rei*, ut τὸ ὅραμα Act. 7, 31. (Diod. Sic. 4, 31. Xen. Cyr. 4, 2. 38.) cf. *Matth.* §. 317, not. — πρόσωπον, = θαυμάζων λαμβάνω πρόσωπον [cum admiratione et observantia ad me admitto aliquem maxime dona ferentem vid. λαμβάνω] pro: *rationem habeo personae, partium studio teneor,* nos: *partheiisch sein* Iud. v. 16. — Ita pro נָשָׂא פָנִים Deut. 10, 17. Iob. 13, 10. Prov. 18, 5. — c) sq. ὀπίσω τινός, ut Apoc. 13, 3. ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου, e confusione duarr. locutt. quarum una: ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ τὸ θηρίον, altera ὅλη ἡ γῆ ἠκολούθει ὀπίσω αὐτοῦ = *omnes mirabundi belluam secuti sunt.*

2) *miror, admiror, ich wundere mich über etwas,* τί, ut τὸ γεγονὸς Luc. 24, 12. τοῦτο Ioh. 5, 28. — θαῦμα μέγα Apoc. 17, 6. Vide de h. l. sub θαῦμα observata. — διά τι, ut διὰ τὴν ἀπιστίαν Marc. 6, 6. — ἔν τινι [vid. ἐν p. 173 fin.] Luc. 1, 21. — ἐπί c. dat. nunc *pers.*, ut ἐπ' αὐτῷ [vid. ἐπί] Marc. 12, 17. — nunc *rei*, ut ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις Luc. 2, 33. de duarum constructionum in h. l. confusione vid. *Win.* p. 332. — Luc. 4, 22. 9, 43. 20, 26. — περί τινος Luc. 2, 18. — sq. ὅτι = *miror, quod, es wundert mich, dass* Luc. 11, 38. Ioh. 3, 7. 4, 27. Gal. 1, 6. (Xen. de magist. equit. 9, 8. Venat. 1, 3.) — sq. εἰ, ubi poni poterat ὅτι [vid. εἰ p. 125.] Marc. 15, 44. 1 Ioh. 3, 13. — absol. Matth. 8, 10. 27. 9, 8. 33. 15, 31. 21, 20. 22, 22. 27, 14. Marc. 5, 20. 6, 51. 15, 5. Luc. 1, 63. 8, 25. 11, 14. 24, 41. Ioh. 5, 20. 7, 15. 21. cf. de h. l. verbis διὰ τοῦτο ab aliis ad v. 21. ab aliis ad verba v. 22. relatis *Win.* p. 58. *Meyer* Ev. Ioh. p. 96 sq. *de Wette* Ev. Ioh. p. 95 sq. — Act. 2, 7. 4, 13. 13, 41. Apoc. 17, 8. (Lucian. D. Deor. 28, 2. Xen. Cyr. 7, 1. 6.) Saepius non extat in N. T.

Θαυμάσιον, ίου, τό, (pp. neutr. adiectiv. θαυμάσιος, ον, ὁ, ἡ, admirandus Xen. An. 2, 3. 15. a θαῦμα) *miraculum, factum admirandum.* Legitur tantum Matth. 21, 15. — pro פֶּלֶא Ps. 76, 14. נִפְלָא Ps. 106, 24. (Sir. 43, 25. Ios. contr. Apion. 1, 9. Pindar. Pyth. 1, 49.)

Θαυμαστός, ή, όν, *admirandus* i. e. a) *excellens, magnificus* 1 Petr. 2, 9. τοῦ — ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. Apoc. 15, 1. σημεῖον — μέγα καὶ θαυμαστόν. v. 3. (Lucian. Dial. Deorr. 16, 31. Xen. Cyr. 8, 2. 13.) — b) *admirationem movens, mirus, wunderbar.* Ita in verbis desumtis ex τοῖς ο' Ps. 118, 92. παρὰ — θαυμαστή Matth. 21, 42 et Marc. 12, 11. De h. l. feminino αὕτη, quatenus vel respiciat praecedens κεφαλὴ γωνίας [ita *Fritzsche* Ev. Matth. p. 648.] vel ex hebr. dicendi ratione positum sit pro neutro cf. *Fritzsche* l. l. *Win.* p. 213. *Meyer* Ev. Matth. p. 136. *de Wette* Ev. Matth. p. 180. *Gesen.* p. 661. — Ioh. 9, 30. 2 Cor. 11, 14. (Xen. Mem. 2, 3. 9 et Cyr. 2, 1. 13.) Saepius non legitur in N. T.

Θεά, ᾶς, ἡ, (θεός) *Dea.* Ter in N. T. Act. 19, 27. 35. 37. (Xen. Ven. 1, 6.)

Θεάομαι, ῶμαι, verb. depon. med. fut. θεάσομαι, aor. 1. ἐθεασάμην, perf. τεθέαμαι et aor. 1. pass. ἐθεάθην signif. pass. [vid. sub ἀπαρνέομαι notata; a θέα] 1) *specto, schauen,* sq. accus., ut κάλαμον Matth. 11, 7. Luc. 7, 24. — πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς i. e. ὑπ' αὐτῶν Matth. 6, 1. 23, 5. de quo dat. usu vid. ἀγνοέω. — Matth. 22, 11. Luc. 23, 25. Ioh. 1, 14. 4, 35. de h. l. imperat. aor. vid. ἀγοράζω et de attractione subiecti sequentis sub ἀποδείκνυμι monita. — 1 Ioh. 1, 1. 4, 14. (2 Macc. 2, 4. Lucian. Dial. Mort. 20, 4. Xen. Hier. 2, 4. Mem. 2, 1. 22.) — de visentibus vel invisentibus aliquem, ubi Lat.: *video,* τινά Rom. 15, 24. Ita pro רָאָה 2 Chron. 22, 6. (Ios. Ant. 16, 1. 2.) — — 2) *video, oculis cerno* a) sq. acc. Ioh. 8, 10. 11, 45. Act. 21, 27. 22, 9. — ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς Marc. 16, 11. — 1 Ioh. 4, 12. (Xen. Hier. 2, 5.) — b) sq. acc. cum partic. [vid. ἀκούω] Marc. 16, 14. Luc. 5, 27. Ioh. 1, 32. 38. Act. 1, 11. (Xen. Cyr. 7, 1. 17.) — c) sq. ὅτι Ioh. 6, 5. Act. 8, 18. vid. de h. l. lect. *Schott, Meyer, de Wette, Knapp.* — Saepius non extat in N. T.

Θεατρίζω, f. ίσω, (θέατρον quod vid.; in theatro sum, fabulam in theatro ago) *expono ut in theatro,* τινά τινι *aliquem alicui rei,* ita semel Hebr. 10, 33. ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι.

Θέατρον, ου, τό, (θεάομαι) 1) *theatrum* i. e. [pp. locus, in quo ludi et spectacula eduntur Ael. V. H. 3, 8. Xen. H. G. 4, 4. 3.] *locus, in quo conciones habentur* Act. 19, 29. 31. (Ios. d. bell. iud. 7, 3. 3 et Arch. 17, 6. 3. Pol. 29, 10. 2. Cornel. vit. Timoleon. 4, 2.) — 2) metonym. *spectaculum* [pp. i. e. res ad spectandum exhibita Aeschin. Dial. Socr. 3, 20.] metaph. de homine, *qui spectandus et irridendus exhibetur* 1 Cor. 4, 9. θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ. Saepius non habetur in N. T.

Θεῖον, ου, τό, [quae vox quatenus ab adiect. θεῖος, η, ον, divinus, repetenda sit, docet *Passow* 1. p. 1047.] *sulphur.* Septies in N. T. Luc. 17, 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ Apoc. 9, 17. 18. 14, 10. 19, 20. 20, 10. 21, 8. — pro גָּפְרִית Gen. 19, 14. Ps. 11, 6. (Ael. V. H. 13, 16. Hdian. 8, 3. 24.)

Θεῖος, α, ον, (θεός) *divinus, ad Deum pertinens.* Ter in N. T. 2 Petr. 1, 3. 4. (Hdian. 1, 11. 10. Xen. Mem. 2, 1. 32.) — neutr. τὸ θεῖον, *numen divinum* Act. 17, 29. (Diod. Sic. 16, 60. Xen. Mem. 1, 4. 18.)

Θειότης, τητος, ἡ, (θεῖος) *maiestas divina.* Semel in N. T. Rom. 1, 20. (Sap. 18, 9.)

Θειώδης, εος, ους, ὁ, ἡ, (θεῖον sulphur) *sulphureus.* Legitur tantum Apoc. 9, 17. (Philostr. imagg. 1, 27. p. 802.) Graecitatis decrepitae esse hoc vocabulum, docet *Lobeck* ad Phryn. p. 228.

Θέλημα, τος, τό, (a θέλω, volo; vox Atticis incognita cf. *Lob.* ad Phryn. p. 7.) *voluntas, der Wille* i. e. a) *id quod fieri vult aliquis,* = vel *der Wunsch, das Verlangen, der Wille Iemandes* Matth. 26, 42. Luc. 22, 42. κατὰ τὸ θέλημά τινος *ad normam voluntatis alicuius* = *modo probato alicui* 1 Ioh. 5, 14. — 1 Cor. 16, 12. — pro חֵפֶץ 2 Chron. 9, 12. — vel: *consilium, Absicht, Plan,* Act. 22, 14. — — b) *id quod fieri vult aliquis ab aliquo,* sq. genit. *pers.* ποιῶ τὸ θ. τινος = *satisfacio praeceptis alicuius, obsequium praesto mandatis alicuius* Matth. 21, 31. Luc. 12, 47. 1 Petr. 4, 3. — εἰς — θέλημα pro: εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θ. ἐκείνου 2 Tim. 2, 16. — τοῦ θεοῦ vel θεοῦ vel τοῦ πατρός μου, vel τοῦ κυρίου Matth. 7, 21. 12, 50. Marc. 3, 35. Ioh. 4, 34. 6, 38—40. 7, 17. 9, 31. Act. 21, 14. Rom. 12, 2. Eph. 5, 17. 6, 6. Col. 1, 9. 4, 12. Hebr. 10, 7. 8. 36. 13, 21. 1 Ioh. 2, 17. — Matth. 6, 10. Luc. 11, 2. — plur. τὰ θελήματά τινος *iussa alicuius* Act. 13, 22. Eph. 2, 3. quo l. ἡ σάρξ sistitur ut persona. — abest genit. personae e contextu facile cognoscendae Rom. 2, 18. coll. v. 17. Hebr. 10, 10. coll. v. 9. — — c) *id, quod placet alicui* Matth. 18, 14. Ioh. 5, 30. 6, 38. 1 Cor. 7, 37. 1 Thess. 5, 18. 1 Petr. 4, 2. — seq. infinitivo pertinente ad subiectum infinitivi [vid. ἀδύνατος], 1 Thess. 4, 3. abest accus. ὑμᾶς e verbo [ὑποτάγητε] antecedente repetendus et additur accus. particip. 1 Petr. 2, 15 coll. v. 13. — — d) Uti in libris sacris saepenumero membris corporis, quorum pars est praecipua in re, quae tractatur, tribuuntur ea, quae sunt hominis ipsius, ita etiam viribus animi singulis [cf. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 59 sq.] adscribuntur, quae quis per eas facit. Hinc τῷ θελήματί τινος tribuuntur, quae sunt personae ipsius, ut τὸν — Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θ. αὐτῶν i. e. *Iesum vero ipsis tradidit, ut cum eo agerent pro voluntate sua* Luc. 23, 25. (Sir. 8, 15.) Ioh. 1, 13. 2 Petr. 1, 21. — τῷ θ. τοῦ θεοῦ adscribuntur, quae sunt Dei ipsius, ut κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θ. αὐτοῦ Eph. 1, 11. — v. 5. 1 Petr. 3, 17. item ubi, quae *moderante Deo* fiunt vel facta sunt vel eventura sunt, dicuntur fieri, facta esse vel eventura esse διὰ θελήματος θεοῦ, διὰ τὸ θ. τοῦ θεοῦ ἐν τῷ θ. τ. θ., κατὰ τὸ θ. τ. θεοῦ Rom. 15, 32. 2 Cor. 8, 5. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. Eph. 1, 1. Col. 1, 1. 2 Tim. 1, 1. Apoc. 14, 11. — Rom. 1, 10. Gal. 1, 4. 1 Petr. 4, 19. Saepius non extat in N. T.

Θέλησις, εως, ἡ, (θέλω, volo; τὸ velle. Vox a

scriptoribus atticis aliena, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 7.) *voluntas.* Semel in N. T. Hebr. 2, 4. (οἱ σ' Ezech. 18, 23.)

Θέλω et **Ἐθέλω**, [utramque formam Atticis usurpatam esse, exemplis comprobavit *Lob.* ad Phryn. p. 7. item *Frotscher* ad Xen. Hier. 1, 29. De discrimine inter ἐθέλω et βούλομαι sub βούλομαι in fine notata et *Tittmann* de Synonym. N. T. Vol. 1. p. 124 sqq.] impf. ἤθελον, fut. θελήσω, a. 1. ἠθέλησα

1) *volo* i. e. A) *in consiliis habeo, in animum induci, ich will, ich habe die Absicht oder den Vorsatz etwas zu thun* a) de Deo et Iesu, sq. inf. obiecti nota [vid. αἰτέω]. Ita infin. *aoristi* [de quo vid. ἀδύνατος, βούλομαι et de eodem post θέλω *Win.* p. 38.] Rom. 9, 22. Col. 1, 27. — abest inf. praes. e contextu facile cognoscendus Ioh. 5, 21. 1 Cor. 12, 18. 15, 38. Iac. 4, 15. — (plene Herodot. 2, 13.) — sq. acc. c. inf. 1 Tim. 2, 4. (Xen. de magist. equit. 9, 9.) — abest acc. c. inf. e contextu supplendus, ut τοῦ θεοῦ θελόντος sc. ἀνακάμψαι με Act. 18, 21. 1 Cor. 4, 19. (Xen. H. G. 5, 1. 14. Cyr. 2, 4. 19. 7, 3. 31. Plato Theaet. 151. D. 194. E.) — b) de hominibus, sq. infinit. *aor.* ubi agitur de re brevi absoluta vel cito transeunte, ut τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι Matth. 5, 40. — 12, 38. 14, 5. 19, 17. — θέλω δὲ δοῦναι 20, 15. 23, 37 et Luc. 13, 34. — Matth. 26, 15. Marc. 6, 19. 48. 10, 43. 44. Luc. 8, 20. 13, 31. 23, 20. Ioh. 1, 44. — 5, 35. de quo loco vid. *Lücke* 2. p. 46. et *Meyer* Ev. Ioh. p. 73. — Ioh. 6, 21. cf. ad h. l. *Win.* p. 438. *Meyer* Ev. Ioh. p. 79. *de Wette* Ev. Ioh. p. 79. coll. *Lücke* Vol. 2. p. 70 sq. — 7, 44. 9, 27. 12, 21. Act. 7, 28. θέλων — καταθέσθαι 25, 9. 2 Cor. 12, 6. Gal. 3, 2. 6, 12. 1 Thess. 2, 18. Iac. 2, 20. Apoc. 11, 5 bis. — minus plene i. e. abest infinit. vel quod statim aut praecedit aut sequitur, vel facile e contextu cognoscitur, ut Matth. 8, 2. Marc. 1, 40. Luc. 5, 12. — Matth. 20, 15. 27, 13. Marc. 3, 13. 6, 22. 14, 7. Luc. 5, 39. 1 Cor. 7, 39. — τῶν θελόντων ἀφορμὴν sc. εὑρεῖν 2 Cor. 11, 12. — Apoc. 11, 9. 22, 17. (Palaeph. fab. 24. Xen. Cyr. 1, 4. 10. 5, 2. 9.) — praecedente οὐ: *nolo*, ut οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι Matth. 2, 18. — 15, 32. 22, 3. 23, 4. 27, 34. Marc. 6, 26. Luc. 15, 28. Ioh. 5, 40. Act. 7, 39. 1 Cor. 16, 7. (Palaeph. fab. 2. Xen. An. 1, 3. 6.) — abest infinit. e contextu eruendus Matth. 18, 30. Luc. 18, 4. — seq. ἤ = *malo* 1 Cor. 14, 19. vid. ἤ. — ubi quidem de re durante agitur, spectatur tamen magis res ipsa, quam eius duratio, ut ὃς — ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι Matth. 16, 25. Marc. 8, 35. Luc. 14, 28. de h. l. lectione ὁ θέλων *Bornemanno* [schol. p. 94. coll. *Griesb.* ed. *Schulz.*] probata cf. *de Wette* Ev. Luc. p. 77. — Ioh. 6, 11. — sq. infinit. *praes.* [vid. ἀδύνατος] in re durante, ut εἰ δὲ θέλεις τέλειος εἶναι Matth. 19, 21. Marc. 9, 35. Ioh. 6, 67. 7, 17. 8, 44. Act. 24, 6. Rom. 7, 21. Gal. 4, 9. 21. 1 Tim. 1, 7. 1 Petr. 3, 10. — abest infinit. vel quod statim sequitur vel proxime praecedit Matth. 21, 29. Rom. 7, 15. 19. ὃν θέλει sc. ἐλεεῖν Rom. 9, 18. ὃν θέλει sc. σκληρύνειν. Ibid. 1 Cor. 7, 36. Gal. 5, 17. — praecedente οὐ: *nolo* Ioh. 7, 1. 2 Thess. 3, 10. abest infinit. Rom. 7, 16. 20. — ubi de re cito transeunte ita agitur, ut magis res ipsa, quam hoc, quod cito illa transitura est, spectetur Ioh. 16, 19. Luc. 10, 29. Act. 14, 13. 17, 18. — abest infinit. Luc. 4, 6. — sq. acc. c. infinit. ut τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν Luc. 1, 62. — — bb) ita legitur, ut non contineat nisi rei facto declaratae oppositionem. Ita in locis, ubi τὸ θέλειν opp. τῷ κατεργάζεσθαι vel τὸ ἐνεργεῖν vel τὸ ποιῆσαι Rom. 7, 18. 2 Cor. 8, 10. 11. ad quem locum cf. *Fritzsche* diss. 2. p. 7 sqq. coll. *Win.* p. 515. — Phil. 2, 13. — praecedente negatione ita legitur, ut proxime accedat ad notionem τοῦ δύνασθαι, ut μὴ θέλων [*der keine Lust hatte = der sich nicht entschliessen konnte*] αὐτὴν παραδειγματίσαι Matth. 1, 19. cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 42. — οὐκ ἤθελεν — ἐπᾶραι = *non ausus est — tollere* Luc. 18, 13. (Xen. Cyr. 8, 1. 16.) cf. *Passow* 1. p. 623. Viger. p. 263. *Fritzsche* l. l. Gregor. Corinth. p. 135. ed. *Schäfer.* — — trop. ventus, quod hominum arbitrio cohiberi se non patitur, imo libere huc illuc fertur, dicitur πνεῖν ὅπου θέλει = *pro lubitu* Ioh. 3, 8. (ita ὅ τι ἤθελεν, de aquila pro lubitu praeda sua utente Xen. Cyr. 2, 4. 19.)

B) universe: *volo, cupio, opto,* sq. inf. *aor.,* [de quo vid. sub βούλομαι monita] ut ἦν — θέλων, ἰδεῖν αὐτόν Luc. 23, 8. — sq. inf. praes., ut ἤθελον δὲ παρεῖναι i. e. *vellem* [vid. ad ἐβουλόμην sub βούλομαι observata] *vero adesse* Gal. 4, 20. — sq. acc. c. infinit. vel *aor.*, ut οὐδένα ἤθελε γνῶναι Marc. 7, 24. 10, 36. [Act. 9, 6.] 1 Cor. 11, 3. Col. 2, 1. (Hdian. 1, 2. 3.) — abest infinit., ut γενηθήτω σοι, ὡς θέλεις = γενηθήτω σοι ταῦτα, ἃ θέλεις γενηθῆναί σοι Matth. 15, 28. 26, 39. Marc. 14, 36. τί θέλεις sc. γενηθῆναί σοι Matth. 20, 21. ὃ ἐὰν θέλητε sc. γενέσθαι ὑμῖν Ioh. 15, 7. Matth. 17, 12. Marc. 9, 13. τί [= πότερον vid. τίς] θέλετε sc. γενέσθαι 1 Cor. 4, 21. — 2 Cor. 12, 20. (Palaeph. fab. 28.) — praeced. negatione οὐ θέλω, μὴ θέλω, *nolo* Luc. 19, 14. 27. 1 Cor. 10, 20. — (Palaeph. fab. 39.) — *praesentis*, ut Ioh. 21, 22. 23. Act. 25, 9. Rom. 16, 19. 1 Cor. 7, 7. 32. 11, 3. 14, 5. quo l. si acc. c. inf. alternat cum ἵνα seq. coniunct. vid. de constructione variata sub ἀγαπάω monita. — Gal. 6, 13. (Lucian. Dial. Mort. 2, 4.) — abest infinit. Ioh. 21, 18 bis. — Rom. 9, 16. ad quem l. cf. supra sub ἐλεέω monita et *Win.* p. 530. — praecedente οὐ: *nolo*, ut οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, *nolo vos ignorare = scitote* Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 2 Cor. 1, 8. 1 Thess. 4, 13. — sq. εἰ, ubi poni poterat ὅτι, vel quod praeferendum videtur *Bornemanno* [schol. p. 87.] ἐπεί [vid. εἰ p. 125.] ut τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη Luc. 12, 49. — sq. imperativo, absolute posito, ut θέλω, καθαρίσθητι Luc. 5, 13. — sq. ἵνα c. coniunct. [vid. ἵνα], ut θέλω, ἵνα μοι δῷς Marc. 6, 25. θέλομεν, ἵνα — ποιήσῃς ἡμῖν 10, 35. θέλω, ἵνα — κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ Ioh. 17, 24. — Matth. 7, 12. Luc. 6, 31. — sq. futuro, vel si Graecorum antiquiorum dicendi rationem respexeris, coniunct. aoristi, absolute posito [vid. sub ἀπολύω observata et *Fritzche* Ev. Matth. p. 465. 760.] Ita in adhortatt., ut εἰ θέλεις, ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς Matth. 17, 4. θέλεις συλλέξωμεν 13, 28. — Luc. 9, 54. (Lucian. Navig. §. 4. ἐθέλεις ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι ἐς τὸ πλοῖον. §. 26. ἐθέλεις καταριθμήσομαί σοι.) — in interrogationibus, ut τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; Matth. 20, 32. Marc. 10, 51. Luc. 18, 41. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν Matth. 26, 17. Marc. 14, 12. Luc. 22, 9. — Marc. 15, 9. 12. Matth. 27, 17. 21. (Anacr. Od. 12. Sophocl. Oed. R. v. 651.) cf. Lamb. Bos. p. 765. ed. *Schäfer. Herm.* ad Vig. p. 884.

C) sq. infinit. ita legitur, ut sit fere i. q. μέλλω, ubi nos: *mögen, werden,* vel adverbio: *wohl, doch* utimur. Ita in formula τί ἂν θέλοι τοῦτο vel ταῦτα εἶναι Act. 2, 12. 17, 20. (Hdot. 1, 78. 2, 13. Ael. V. H. 3, 20.) Cf. *Viger.* p. 264.

D) *statuo, dicere volo, behaupten,* 2 Petr. 3, 5. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, latet enim eos [scil. quod ante dictum est], *hoc contendentes.* Alii: *latet enim eos hoc* [scil. quod sequitur ὅτι κλ.] *volentes* i. e. *volentes ignorant,* ita *Win.* p. 437. (Aeschyl. Choeph. v. 791. Lys. orat. 18, 2.)

2) *amo* = φιλέω, *lubenter aliquid facio,* sq. infinit. ut θέλω περιπατεῖν ἐν στολαῖς Luc. 20, 46. quo loco alternat cum φιλέω — Marc. 12, 38. quo l. si cum infinit. περιπατεῖν alternat accus. ἀσπασμούς cf. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 546. *Win.* p. 438. 502. —

3) ad normam hebr. חָפֵץ, רָאָה, *delector, ich habe Wohlgefallen an einer Sache oder Person,* [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 371.] ἐν ταπεινοφροσύνῃ Col. 2 18. Vid. ἐν p. 173. — ita pro רָאָה sq. בְּ 1 Chron. 28, 4. — sq. acc. person. εἰ θέλει αὐτόν Matth. 27, 43. Ita pro חָפֵץ sq. בְּ Ps. 22, 8. Ezech. 18, 32. sq. acc. v. 23. — sq. acc. rei Matth. 9, 13. 12, 7. Hebr. 10, 5. 8. de horum l. aoristis respicientibus praecedentia εἰσερχόμενος εἰς τ. κ. vid. *Win.* p. 254. Ita pro חָפֵץ sq. acc. Ps. 40, 9. 51, 16. — Saepius non extat in N. T.

Θεμέλιον, ίου, τό, *fundamentum* a) pp. Luc. 6, 48. 49. 14, 29. Act. 16, 26. Ita pro מוֹסָדוֹת Deut. 32, 22. מַסָּד 1 Regg. 7, 9. (Diod. Sic. 5, 66. Xen. H. G. 5, 2. 5.) — b) metaph. = vel: *bonum certum et firmitate fundamento simile, ein sicheres, unverlierbares Gut* 1 Tim. 6, 19. θεμέλιον ἀγαθὸν εἰς τὸ μέλλον. — vel: *doctrinae elementa,* a quibus, ut a fundamento structura, incipit institutio Hebr. 6, 1. de h. l. genit. μετανοίας separato a nomine regente vid. ἀγαθός. Saepius non extat in N. T.

Θεμέλιος, ίου, ὁ, (ab adiectivo, ὁ, ἡ θεμέλιος, ad fundamentum pertinens) 1) *lapis, qui fundamenti loco ponitur,* = ὁ θεμέλιος λίθος *fundamentum* a) pp. Hebr.

11, 10. πόλις ἔχουσα θεμελίους — b) metaph. — vel: *doctrina est, cui, ceu fundamento, omnia eius capita superstruuntur, Grundlehre* 1 Cor. 3, 10. 11. 12. — vel: *institutio prima* Rom. 15, 20. Eph. 2, 20. 1 Cor. 3, 10. — 2) metonym. *aedificium*, θεοῦ i. e. *institutum religionis divinae* 2 Tim. 2, 9. Saepius non legitur in N. T.

Θεμελιόω, ῶ, f. ώσω, (θεμέλιος) *fundamentum iacio* a) propr. τὶ ἐπί τι, ut Matth. 7, 25. et Luc. 6, 48. τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. De plusq. perf. sine augmento vid. δίδωμι. — Hebr. 1, 10. — pro יָסַד Ios. 6, 26. (Xen. Cyr. 7, 5. 11.) — b) metaph. *stabilio, firmo* Eph. 3, 18. de huius l. anacolutho in verbis ἐν ταῖς — τεθελ. vid. ἀνέχω. — Col. 1, 23. 1 Petr. 5, 10. (Diod. Sic. 11, 68. 15, 1.) Saepius non habetur in N. T.

Θεοδίδακτος, ου, ὁ, ἡ, (θεός, διδακτός) *a Deo edoctus*. Semel in N. T. 1 Thess. 4, 9.

Θεόλογος, ου, ὁ, (qui de rebus divinis, de Deorum natura, historia etc. exponit, ut Epimenides Diod. Sic. 5, 80. Diog. Laert. 1, 112. a θεός, λέγω) *de divina natura Iesu exponens*. Cognomen Iohannis, Apostoli, in inscriptione Apocalypseos.

Θεομαχέω, ῶ, f. ήσω, (θεός, μάχομαι pugno) *cum Deo* vel *adversus Deum pugno*. Semel Act. 23, 9. e lect. vulg. cf. *Griesb., Schott, Knapp, Meyer, de Wette*, (2 Macc. 7, 19. Diod. Sic. 14, 69. Xen. Oec. 16, 3.)

Θεομάχος, ου, ὁ, (θεός, μάχομαι) *cum Deo* vel *adversus Deum pugnans* i. e. *renitens Deo*. Semel in N. T. Act. 5, 39. (Symmach. Prov. 9, 18. 21, 46. 26, 5.)

Θεόπνευστος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (θεός, πνέω) *a Deo afflatus, divinitus inspiratus* 2 Tim. 3, 16. (Plutarch. T. 9. p. 583. ed. *Reisk.*) A Deo agi et inspirari existimabantur, quicunque vi insolita animique fervore singulari abrepti sermone uterentur elegantiore ac sublimiore, ut vates, poetae, fatidici.

Θεός, οῦ, ὁ, [de vocat. forma θεέ Matth. 27, 46., ut Act. Thom. §. 44. 45. ed. *Thilo* pro Atticorum θεός cf. *Buttm.* §. 33, a. gram. max. §. 36. *Rost* §. 33, not. 1. *Matth.* §. 69, not. 3. *Win.* p. 62. *Alt.* p. 6.] et ἡ θεός [Act. 19, 37.] *Deus* i. e. a) *Gott* Matth. 22, 31. 32. Luc. 3, 38. Act. 27, 24. 2 Cor. 4, 16. Hebr. 3, 12. ἡ δόξα τοῦ θεοῦ *Dei* vel *maiestatis divinae splendor, der Lichtglanz Gottes* Apoc. 21, 17. *Win.* p. 225. — ponitur nominat. pro vocat. [vid. ἀνήρ] Luc. 18, 11. 13. Act. 4, 24. — de dativo in locis Act. 7, 20. 1 Cor. 9, 21. 2 Cor. 10, 4. vid. ἀδυνατέω, ἀστεῖος, δυνατός. — genitiv. θεοῦ vel τοῦ θεοῦ obiective [vid. ἀγάπη] legitur, ut ἀγάπη, ἔχθρα τ. θεοῦ *in Deum, gegen Gott* Iac. 4, 4. vid. ἀγάπη. — αὔξησις, ἁπλότης τ. θεοῦ *quae probatur Deo* 2 Cor. 1, 12. Col. 2, 19. cf. *Win.* p. 225. — ζῆλος θεοῦ *studium Dei* i. e. *quo colimus et complectimur Deum* Rom. 10, 2. ζηλωτὴς τ. θ. *ein Eiferer für Gott* i. e. *für Gottes Ehre* Act. 22, 3. πίστις τ. θ. *fiducia in Deo collocata* Marc. 11, 22. ὁ χριστὸς τ. θεοῦ *Messias a Deo promissus* Luc. 9, 20. προσευχὴ τ. θ. preces *ad Deum factae* Luc. 6, 12. — κιθάρα τ. θ. *cithara laudes Dei canens* Apoc. 15, 2. σάλπιγξ τ. θ. tuba, *qua iussu Dei canitur* 1 Thess. 4, 16. cf. *Win.* p. 225. — genitivus θεοῦ per appos. additur verbis antecedd. Rom. 9, 16. cf. *Win.* p. 59. 530 et supra sub ἐλεέω monita. — genit. cum vi praeponitur nomini regenti [vid. ἀπόστολος] 1 Cor. 3, 9. Tit. 1, 7. — Rom. 13, 4. quo l. oppon. ἄνθρωπος. Separatus legitur genit. a nom. regente [vid. ἀγαθός] Act. 7, 56. — facit genit. periphrasin adiect. [vid. ἀγάπη], ut δύναμις θεοῦ *vis divina* i. e. *res, qua vim suam patefacit Deus* Rom. 1, 16. 1 Cor. 1, 18. — τὰ τοῦ θεοῦ *quae Dei sunt*, ita vel de officiis, tributis, quae templo ex instituto div. debentur Matth. 22, 22. vel: *die inneren Verhältnisse Gottes*, ut *consilia divina*, aut *quae probantur Deo* Matth. 16, 23. Marc. 8, 33. 1 Cor. 2, 11. — ὁ θεός τινος *Deus alicuius* i. e. *Deus benefaciens alicui* Matth. 22, 32. Luc. 1, 68. Act. 13, 17. 2 Cor. 6, 16. Hebr. 11, 16. Apoc. 21, 3. — nominat. pro vocat. Ioh. 20, 28. — Matth. 27, 46. Marc. 15, 34. de horum l. diplasiasmo vid. αἴρω. — — b) *der Gott, eine Gottheit, οἱ θεοί, die Götter* Act. 7, 40. quo l. ut Exod. 32, 1. aeque atque אֱלֹהִים de imagine dei — *Götterbild* — dici, res ipsa et contextus docet. — Act. 7, 43. 14, 11. 28, 6. 1 Cor. 8, 5. Gal. 4, 8. Phil. 3, 19. — ὁ θ. τοῦ αἰῶνος τούτου *huius seculi Deus*, appellatur ita *Satanas*, qui veluti Deus imperat huius seculi hominibus 2 Cor. 4, 4. (Diod. Sic. 1, 99. 3, 39. Xen. Mem. 2, 3. 18 et 19.) — — c) ad normam hebr. אֱלֹהִים appellantur θεοί magistratus vel reges Israelitarum, Iehovae, qui unus ac verus huius populi rex habebatur, vices quippe sustinentes Ioh. 10, 34. 35. coll. Ps. 82, 1. 6. —

Θεοσέβεια, ας, ἡ, (θεοσεβής) *pietas in Deum, cultus divinus*. Semel in N. T. 1 Tim. 2, 10. — pro יִרְאַת אֱלֹהִים Gen. 20, 11. (Xen. An. 2, 6. 26.)

Θεοσεβής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (θεός, σέβω colo) *pius in Deum, Dei cultor*. Extat tantum Ioh. 9, 31. — pro יְרֵא אֱלֹהִים Exod. 18, 21. (Iudith. 11, 17. Xen. Mem. 1, 4. 16.)

Θεοστυγής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (θεός et στυγέω odi) *Deo exosus*. Ita semel in designatione hominis insigniter impii, vel omni nequitia cooperti Rom. 1, 30. ad quem l. cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 84 sqq. coll. *Win.* p. 52. (Eur. Troad. v. 1295. Cycl. v. 395.)

Θεότης, τητος, ἡ, *divinitas, maiestas divina*. Semel in N. T. Col. 2, 9. (Lucian. Icaromen. §. 9.)

Θεόφιλος, ου, ὁ, *Theophilus*, nomen propr. viri christiani, cui inscripsit Lucas tum Evangelium, tum Acta Apostolorum Luc. 1, 3. Act. 1, 1. Ex omnibus, quae de huius viri persona, dignitate, religione protulerunt VV. DD., hoc unum a vero non videtur absimile, extra Palaestinam eum vixisse atque a religione pagana ad christianam transiisse.

Θεραπεία, ας, ἡ, (θεραπεύω), *ministerium, quod praestatur alicui, Dienstleistung* [de ministerio, quod a servo praestatur Xen. Cyr. 5, 5. 29.] a) propr. et quidem de ministerio, quod aegrotis praestatur = *sanatio, medela, cura* Luc. 9, 11. Apoc. 22, 2. (Diod. Sic. 1, 21 et 37. Pol. 1, 12. 2.) — b) metonym. *famulitium, familia, die Dienerschaft* [vid. αἰχμαλωσία] Matth. 24, 45. Luc. 12, 42. — pro עֲבָדִים Gen. 45, 16. (Hdian. 7, 1. 10. Ios. Ant. 4, 6. 4. Xen. Cyr. 5, 5. 6.) Saepius non extat in N. T.

Θεραπεύω, f. εύσω, [de huius voc. originibus et primo usu vid. quae habet *Passow* 1. p. 1056.] 1) *ministro, ministerium praesto*, τινά Act. 17, 25. (Diod. Sic. 2, 20. Xen. Cyr. 1, 3. 7.) — 2) *aegrotos curo*, [universe i. e. de personis, quae quocunque modo fovent aegrotantem eique levare student morbi molestias Xen. Hier. 8, 4. An. 7, 2. 6.] ubi Latini: *sano, medeor, ich heile, mache gesund* Matth. 12, 10. Marc. 6, 5. 13. Luc. 6, 7. 9, 6. 13, 14. 14, 3. — sq. accus. pers. Matth. 4, 24. 8, 16. 12, 22. 14, 14. 15, 30. 19, 2. 21, 14. Marc. 3, 10. — Matth. 8, 7. καὶ, λέγει — ἐγὼ — θεραπεύσω αὐτόν; = *et, infit Iesus, num ego veniam et ei medear?* de h. l. coniunct. aoristi vid. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 311. — Marc. 3, 2. — Matth. 10, 8. Luc. 10, 9. — Matth. 17, 18. Luc. 6, 18. 8, 43. 13, 14. Ioh. 5, 10. Act. 4, 14. 5, 16. 8, 7. 28, 9. (Tob. 12, 3. Palaeph. fab. 2. de medico Ael. V. H. 9, 23. Xen. Cyr. 3, 2. 12. Thuc. 2, 47.) — τινὰ ἀπό τινος i. e. *sanando libero aliquem ab aliquo malo* Luc. 7, 21. — 5, 15. 8, 2. — d) sq. acc. rei, ut νόσους, μαλακίαν, πνεῦμα, πληγήν Matth. 4, 23. 9, 35. 10, 1. Marc. 3, 15. Luc. 9, 1. Apoc. 13, 3. 12. Saepius non legitur in N. T.

Θεράπων, οντος, ὁ, *minister*. Semel in N. T. Hebr. 3, 5. — pro עֶבֶד Exod. 5, 21. (Hdian. 3, 10. 7. Xen. Cyr. 3, 1. 12.)

Θερίζω, f. ίσω, (θέρος aestas; aestatem transigo Xen. An. 3, 5. 15.) *meto, messem facio* Matth. 6, 26. οὐ σπείρουσιν οὐδὲ θερίζουσι. 25, 24. 26. Luc. 12, 24. 19, 1. 22. Iac. 5, 4. — pro קָצַר Ruth. 2, 3. (Xen. Oec. 18, 1.) — in locutt. proverb. ut ἄλλος — ὁ θερίζων, sens.: *saepe accidit, ut, cui labori operam aliquis impendit, eius fructum alius percipiat* Ioh. 4, 37. — ὁ σπείρων — θερίσει, sens.: *quantus labor, tantus laboris fructus* vel: *ut sementem feceris* [largam vel parcam], *ita metes* [large vel parce] 2 Cor. 9, 6. — ὃ ἐὰν — θερίσει, sens.: *prout agis, ita fata habebis* Gal. 6, 7. — metaph. pro: *merce-*

dem accipio 1 Cor. 9, 11. de h. l. lectione θερίσωμεν in codd. obvia et *Meyero* probata vid. *Griesb.*, *Schott*, *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 146. — Gal. 6, 8. 9. — opus rusticum quum ab arando vel serendo inchoetur, metendo autem continuetur, Iesus semet ipsum regni divini conditorem sicuti aratori vel satori comparat, ita messorum nomine apostolos appellat opus quippe a Christo inchoatum continuaturos et, quantum fieri poterat, perfecturos Ioh. 4, 36. 38. Cf. *Meyer* Ev. Ioh. p. 62. — metenti frugesque resecanti comparatur qui poenas sumit de aliquo vel excidium parat alicui Apoc. 14, 15. de h. l. lect. vid. *Griesb.*, *Schott*, v. 16. Saepius non legitur in N. T.

Θερισμός, οῦ, ὁ, (θερίζω) *messis* i. e. a) *actio metendi, das Kornschneiden, die Ernte* Ioh. 4, 35. λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν. Ita pro קָצִיר Gen. 8, 22. (Xen. Oec. 18, 3. Pol. 5, 95. 5.) — b) *tempus metendi, die Erntezeit* Ioh. 4, 35. ὁ θερισμὸς ἔρχεται. Matth. 13, 30. Marc. 4, 29. — c) *seges metenda* [propr. Ier. 5, 17.] huic per imaginem comparantur nunc *copia hominum melioris religionis notitia imbuendorum* Matth. 9, 37. 38. Luc. 10, 2. — nunc *homines lolii instar tollendi* Apoc. 14, 15. Saepius non habetur in N. T.

Θεριστής, οῦ, ὁ, (θερίζω) *messor*. Bis in N. T. Matth. 13, 30. 39. (Xen. Hier. 6, 10.)

Θερμαίνω, f. μανῶ, (θερμός, calor) *calefacio*. Medium: **θερμαίνομαι**, *me calefacio*. Quinquies in N. T. Marc. 14, 54. 67. Ioh. 18, 18. 25. Iacob. 2, 16. (Hdian. 8, 4. 27. Xen. Mem. 4, 3. 8.)

Θέρμη, ης, ἡ, (θερμός) *calor, aestus*. Semel in N. T. Act. 28, 3. ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης = *vipera calore excitata*, vid. ἐκ p. 150 fin. — pro חֹם Ioh. 6, 17. חַמָּה Ps. 19, 7. (Thuc. 2, 49.)

Θέρος, εος, ους, τό, *aestas, der Sommer*, quod anni tempus in Orientis regionibus ob coeli temperiem complectitur ver nostrum cum aestate nostra. Ter in N. T. Matth. 24, 32. Marc. 13, 28. Luc. 21, 30. — pro קַיִץ Prov. 6, 8. קָצִיר Ier. 8, 20. (Diod. Sic. 5, 30. Xen. Mem. 1, 6. 2.)

Θεσσαλονικεύς, ἑως, ὁ, *Thessalonicensis* Act. 20, 4. 27, 2. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 2, 1.

Θεσσαλονίκη, ης, ἡ, *Thessalonica*, nunc *Salonichi*, secundae regionis Macedoniae metropolis, praesidis romani et quaestoris sedes, olim θέρμη, posthac vel a Cassandro in honorem uxoris Thessalonicae, Philippi filiae, vel a Philippo ipso in memoriam gentis Thessaliae victae, Θεσσαλονίκη appellata. Diod. Sic. 19, 35 et 52. coll. Strab. 9. p. 509. Ex incolis, quos habuit, graecis, romanis, iudaicis multi Paulo auctore et doctore facti sunt Christiani Act. 17, 1. 11. 13. Phil. 4, 16. al.

Θευδᾶς, ᾶ, [de qua gen. forma vid. ἀγρίππας] ὁ, *Theudas*, nomen prop. hominis seditiosi, exorti, ut videtur, illo tempore, quo post mortem Herodis M. velut interregnum esset et Iudaea crebris seditionibus exagitaretur Act. 5, 36. Certe, qui h. l. commemoratur, diversus fuit ab illo, quem Ioseph. Arch. 20, 5. 11. Claudio imperante exortum et exstinctum esse narrat, Cuspio Fado Iudaeam administrante.

Θεωρέω, ῶ, f. ήσω, (θεωρός spectator) 1) *specto* i. e. a) *spectator sum, ich schaue an, sehe zu*, sq. acc. rei Luc. 23, 48. (Xen. Cyr. 4, 3. 2. — de viris, qui, publice legati, θεωροί, intersunt ludis vel sacris Plat. Crit. §. 1. Phaedon. §. 1. ed. *Fischer* Dem. 380, 20.) — sq. acc. personae, cuius facta vel fata spectat aliquis Apoc. 11, 11. 12. — sq. orat. indir. Marc. 12, 41. 15, 47. — absol. Matth. 27, 55. Marc. 15, 40. Luc. 14, 29. 23, 35. Act. 19, 26. (Theophr. Char. 6.) — b) *contemplor, cum attentione video, studiose perspicio, betrachten*, aa) proprie, ubi nos: *in Augenschein nehmen*, vel *Augenzeuge sein*, sq. acc. rei, ut τὸν τάφον Matth. 28, 1. Ioh. 2, 23. Act. 4, 13. (Cebet. Tab. c. 1.) — sq. acc. rei c. partic. [vid. ἀκούω] Act. 8, 13. — bb) *considero, perpendo, in Betrachtung ziehen, erwägen*, sq. orat. indir. Hebr. 7, 4. (Diod. Sic. 12, 15. Dem. 19, 23. 997, 24.) — 2) *oculis*, vel *vultu alicui inhaerens cerno*, a) universe, sq. acc. pers. Marc. 3, 11. de h. l. lect. ἐθεώρουν — προσέπιπτον — ἔκραζον praeferenda lect. receptae ἐθεώρει — ἔκραζε vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 85. *Griesb.* ed. *Schulz*, *Schott*, *de Wette*. — Marc. 5, 15. quo l. praes. histor. [vid. ἄγω] alternat c. aor. vid. ᾄδω. — Ioh. 9, 8. οἱ θεωροῦντες [= *qui videbant eum* cf. de particip. praes. = partic. imperf. sub ἀγανακτέω monita] αὐτόν. 12, 45. 14, 19. 16, 10. 16. 17. de horum l. praesenti: οὐ θεωρεῖτέ με pertinente ad rem proxime futuram vid. sub αἴρω monita coll. *Win.* p. 71. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 65 sq. p. 765. — Ioh. 16, 19. Act. 3, 16. 25, 24. — sq. acc. pers. c. partic. [vid. ἀκούω] Marc. 5, 15. Luc. 10, 18. 24, 39. Ioh. 6, 19. 62. 20, 12. 14. — sq. acc. rei Luc. 21, 6. 24, 37. Ioh. 7, 3. Act. 20, 38. (Diod. Sic. 13, 57.) — sq. acc. rei c. partic. Ioh. 10, 12. 20, 6. Act. 7, 56. 10, 11. — b) *videndo experior, gewahr werden, wahrnehmen*, sq. ὅτι Marc. 16, 4. Ioh. 12, 19. Act. 27, 10. — sq. acc. rei Marc. 5, 38. Ioh. 17, 24. (Diod. Sic. 13, 28.) — sq. acc. c. partic. Act. 17, 16. 28, 6. — sq. acc. pers. Marc. 5, 38. addito accus. praedicati Act. 17, 22. — sq. orat. indir. Act. 21, 20. — sq. acc. pers. c. part. 1 Ioh. 3, 17. — c) *mentis oculis video* = vel: *intelligo*, sq. ὅτι Ioh. 4, 19. (τί Diod. Sic. 19, 52.) — vel: *cognosco* τινά Ioh. 4, 40. 14, 17. — d) pro: ὁράω *video*, τινά Act. 9, 7. — e) in formula ad hebr. dicendi rationem accedente: **θάνατον θεωρῶ**, *mortem video* = *mortem experior, morior* [vid. εἴδω p. 129.] Ioh. 8, 51. Saepius non extat in N. T.

Θεωρία, ας, ἡ, (spectatio Diod. Sic. 1, 94. Thuc. 6, 25. legatio solemnis sacrorum vel spectaculorum causa missa Plat. Phaedon. c. 1. Xen. Mem. 4, 8. 2.) *spectaculum*. Semel in N. T. Luc. 23, 48. (3 Macc. 5, 24.)

Θήκη, ης, ἡ, (τίθημι) *conditorium, omne id, quo reponitur aliquid*. Semel in N. T. de receptaculo gladii = *vagina* Ioh. 18, 11. (de cella Xen. Oec. 8, 17.)

Ἱλαρός, ά, όν, (*ἵλαος*, hilaris) *hilaris, qui hilari et promto animo facit aliquid.* Extat tantum 2 Cor. 9, 7. *ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός.* — pro רָצוֹן Prov. 19, 11. 22, 9. (Sir. 26, 4. Ios. de b. iud. 1, 31. 4. Xen. Mem. 2, 8. 12.)

Ἱλαρότης, τητος, ἡ, (*ἱλαρός*) *hilaritas, animus promptus.* Semel in N. T. Rom. 12, 8. q. l. *ἱλαρότητι* = *ἱλαρῶς* [de dat. modum indicante vid. *γλῶσσα*] — pro רָצוֹן Prov. 18, 22. (Diod. Sic. 16, 11.)

Ἱλάσκομαι, f. *ἱλάσομαι*, verb. depon. (*τινά* placo aliquem Plut. Thes. c. 15. Xen. Oec. 5, 20.) *expio, ich versöhne, τί* Hebr. 2, 7. Ita pro כִּפֶּר Ps. 65, 4. — *ἱλάσθητί μοι* = *ἵλαθί μοι sis mihi propitius, sei mir gnädig* Luc. 18, 13. Vid. de hoc v. *Buttm.* §. 100. gram. max. §. 114. *Matth.* 238. *Rost* §. 84.

Ἱλασμός, οῦ, ὁ, (*ἱλάσκομαι*) *propitiatio, expiatio* [ita pro סְלִיחָה Ps. 130, 4. כִּפֻּרִים Num. 5, 8. — Plut.

de sera numinis vind. c. 17.] metonym. *expiationis auctor* i. q. ὁ ἱλασκόμενος. Bis in N. T. 1 Ioh. 2, 2. 4, 10.

Ἱλαστήριον, *ίου, τό*, neutr. [adiect. ἱλαστήριος, ία, ον, expiandi vim habens, Ios. Ant. 16, 7. 1.] substant. 1) *victima piacularis* Rom. 3, 25. cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 192 sq. (Dio Chrysost. Orat. 11, 1. 355 ed. Reisk. Nonn. Dionys. XIII. p. 382, v. 9.) — 2) ad exemplum τῶν ὁ *expians operculum arcae foederis* Hebr. 9, 5. Orta est haec significatio, a graecitate et indole huius vocabuli aliena prorsus, ex errore τῶν ο' interpretum in explicando hebr. כַּפֹּרֶת i. e. operculum, male haerentium in expiandi (כִּפֶּר) notione, cum potius tenenda fuisset operiendi notio, latens in vocabulo כָּפַר Exod. 25, 17—20. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 190. 191.

Ἵλεως, *ω, ὁ, ἡ*, attice pro ἵλαος (hilaris Aelian. V. H. 2, 10. 9, 7.) 1) *propitius* Hebr. 8, 12. ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν = *condonabo*. — Ita οἱ ο' pro אֶסְלַח Ier. 31, 34. 36, 3. — 2) ἵλεώς σοι sc. ὁ θεός *propitius tibi sit*. [Ita universe Xen. Mem. 1, 1. 9. Ios. Ant. 7, 11. 8.] pro: *det Deus meliora* Matth. 16, 22. cf. ad h. l. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 542. — Minus accurate pro hebr. חָלִילָה seq. לְ 2 Sam. 20, 20. 23, 17. 1 Chron. 11, 19. (1 Macc. 2, 21.)

Ἰλλυρικόν, *οῦ, τό*, *Illyricum*, nomen regionis Europaeae, sitae inter Italiam, Germaniam, Macedoniam et Thraciam, habentis ab uno latere mare adriaticum, ab altero Danubium Rom. 15, 19.

Ἱμάς, *άντος, ὁ*, *lorum, Riemen* (Xen. Cyr. 6, 2. 32.). Quater in N. T. a) de loris, quibus alligabantur veterum calceamenta, *corrigia*. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Ioh. 1, 27. — pro שְׂרוֹךְ Ies. 50, 27. (διακαῦσαι τῶν ὑποδημάτων τοὺς ἱμάντας. Plut. Sympos. 4. quaest. 2. c. 3. Xen. An. 4, 5. 15.) — b) de loris, quibus verberabantur vel caedebantur rei: *scutica, flagellum* Act. 22, 25. (Artem. 1, 70. Dem. 402, ultim.)

Ἱματίζω, *f. ίσω*, (ἱμάτιον) *vestio, amicio*. Bis in N. T. Marc. 5, 15. Luc. 8, 35.

Ἱμάτιον, *ίου, τό*, (ἵμα = εἷμα) *vestis, vestimentum, Kleid* a) universe Matth. 9, 16 bis. 11, 8. 24, 18. Marc. 2, 21. 5, 28. 30. 9, 3. 13, 16. 15, 20. Luc. 5, 36. 7, 25. 8, 27. Ioh. 19, 24. Act. 20, 20. Hebr. 1, 11. Iac. 5, 2. 1 Petr. 3, 3. Apoc. 3, 4. 5. 18. 16, 15. — b) *pallium, Oberkleid, vestis exterior, quae tunicae iniicitur* Matth. 5, 40. 9, 20. 21. 14, 36. 17, 2. 21, 7. 8. 23, 5. Marc. 5, 27. 6, 56. 9, 3. 10, 50. 11, 8. Luc. 6, 29. 8, 44. 19, 35. 36. 22, 36. Ioh. 13, 4. 12. 19, 2. 23. Act. 12, 8. 9, 39. Apoc. 4, 4. 19, 13. 16. (Diod. Sic. 4, 38. Polyb. 16, 6. 7. Xen. Mem. 2, 7. 5.) — Apud Hebr. dicitur בֶּגֶד, מְעִיל Iob. 1, 20. אַדֶּרֶת cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Kleider* — c) *pallium et tunicae* Matth. 26, 65. Act. 7, 58. 14, 14. 16, 22. 18, 6. 22, 23. 27, 31. 35 bis. — Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. — Ita ἱμάτια pro בְּגָדִים 2 Regg. 11, 14. — Saepius non extat in N. T.

Ἱματισμός, *οῦ, ὁ*, (ἱματίζω) *vestis, vestitus* a) universe Luc. 7, 25. Act. 20, 33. 1 Tim. 2, 9. (Polyb. 6, 15. 4. 16, 31. 5. Plut. vit. Alex. c. 39.) — b) *pallium, Oberkleid, vestis exterior* vel *superior* Luc. 9, 29. — c) pro: χιτών, *vestis interior, tunica* Ioh. 19, 24. [Matth. 27, 35.] Ita οἱ ο' pro לְבוּשׁ Ps. 22, 19. — Saepius non legitur in N. T.

Ἱμείρω et **Ἱμείρομαι**, (ab ἵμερος, desiderium) *desidero, desiderio alicuius rei flagro*, τινός [vid. ἐπιθυμέω], ita semel in N. T. electione vulg., ubi codd. opt. ὁμειρόμενοι [vid. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*] 1 Thess. 2, 8. (Polyb. 1, 66. 8. Dem. 422, 6.)

Ἵνα, coniunct., nunquam apostrophum in N. T. habens [cf. *Win.* p. 43.] *ut*, nos: *dass* i. e. I) *eo fine ut, eo consilio ut*, ubi nos: *damit, auf dass, dass, um zu* et addito μή: *ἵνα μή, ne* i. e. *damit nicht, auf dass nicht, dass nicht, um nicht zu*. Ita legitur

1) *c. coniunctivo, finem indicans, ut fiat aliquid*

a) praeced. *praes.* vel *aoristo* in ceteris praeter indicativum modis vel perfecto ad praesentis significationem [vid. ἀγαπάω fin.] accedente. Indicat coniunctivus in talibus, rem vere eventuram vel quae re vera eventura cogitatur. Cf. *Win.* p. 263. *Alt* p. 148. *Buttm.* §. 126, 2. *Matth.* §. 518. §. 620. *Rost* §. 122, 9. *Herm.* ad Vig. p. 791. 850. — Matth. 26, 63. — 9, 6. ad quem l. coll. Marc. 2, 10. Luc. 5, 24. cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 337. — Marc. 4, 21. 7, 9. Luc. 6, 34. 8, 16. 11, 33. 12, 36. 16, 28. Ioh. 1, 7. ἵνα πάντες — δι' αὐτοῦ. Ioh. 3, 15. 21. 4, 36. 5, 34. 6, 7. ἵνα — λάβῃ i. e. εἰ θέλεις ἵνα — λάβῃ = *für den Zweck, dass*. — 6, 30. 10, 10. 17. ad quem l. cf. *Meyer* Ev. Ioh. p. 143. *de Wette* Ev. Ioh. p. 130. — 11, 11. 31. 13, 19. 15, 2. — ταῦτα [i. e. *haec, quae modo dixi*] hoc consilio praecipio, ἵνα — ἀλλήλους v. 17. 17, 13. 19. — v. 21. ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ 19, 4. 28. de h. l. ἵνα pendente a voc. postposito λέγει vid. *Meyer* Ev. Ioh. p. 266. *de Wette* Ev. Ioh. p. 189. — Act. 16, 30. Rom. 1, 11. 3, 19. 4, 16. ἐκ — χάριν i. e. ἐκ πίστεως ἡ δικαιοσύνη ἐστὶν ἵνα κατὰ χάριν ᾖ i. e. *praeter fidem contingit beneficium* τῆς δικ., *ut a gratia div. pendere illud intelligas*. Rom. 7, 4. 8, 17. 15, 6. 31. 32. 16, 2. 1 Cor. 7, 29. 34. 35. 9, 12. 11, 19. 14, 5. εἰ μὴ — λάβῃ v. 19. 31. 2 Cor. 1, 17. ἵνα — τὸ οὔ οὔ i. e. *ut dicas* vel *intelligas, me esse hominem modo affirmatione modo negatione utentem, = ut levitatis aut inconstantiae accuser*; vel: „*damit das Ia bei mir* [unabänderlich] *Ia, das Nein Nein sei* d. i. nur um mich consequent zu zeigen." ita *Win.* p. 430. 2 Cor. 4, 7. 10. 11. 5, 4. 10. 12. 9, 8. 13, 7. Gal. 6, 12. 13. Eph. 3, 18. 19. Phil. 1, 9. quo l. uti τοῦτο praeparat verba seqq., ita particula ἵνα precum consilium et argumentum simul complectitur. Vid. *Hölemann* ad h. l. — v. 10. 3, 8. Col. 1, 9. 18. 28. 2, 2. 4, 12. 1 Thess. 2, 16. 4, 12. 2 Thess. 1, 11. 1 Tim. 1, 18. 2, 2. 3, 15. ταῦτα γράφω — ἵνα εἰδῇς. 6, 19. 2 Tim. 1, 4. 2, 4. 10. 3, 17. Tit. 1, 9. 2, 10. 3, 8. Hebr. 5, 1. 10, 9. 36. 12, 27. τὸ δὲ — μὴ σαλευόμενα i. e. τὸ δέ. ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ, μετατίθεσθαι τὰ σαλευόμενα — ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. 13, 19. 1 Petr. 1, 7. 1 Ioh. 1, 3. 4. 2, 1. 2 Ioh. v. 12. 3 Ioh. v. 8. Apoc. 3, 18 bis. — ἵνα καὶ λαλήσῃ 13, 15. 19, 15. 21, 23. 22, 14. ἵνα — εἰσέλθωσιν. Vide de h. l. infra monita. — — *ἵνα μή* Luc. 8, 12. 16, 28. Ioh. 3, 15. 16. 20. 7, 23. Act. 2, 25. 24, 4. Rom. 11, 25. 1 Cor. 1, 17. 11, 33. 2 Cor. 6, 3. 13, 10. Gal. 5, 17. Col. 2, 4. 1 Thess. 4, 13. 1 Tim. 3, 6. coll. v. 2. — v. 7. Tit. 2, 5. Hebr. 6, 12. Apoc. 11, 6. 16, 15. — ἵνα μήποτε Luc. 14, 29. — — praecedit perfectum praesentis notionem includens, ut καταβέβηκα ἐξ οὐρανοῦ = *de coelo adsum* Ioh. 6, 38. — —

pendet ἵνα interdum a verbo e contextis repetendo et cogitatione addendo [cf. *Win.* p. 290. 432. 523. 538. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 234. 841. Ev. Marc. p. 179. 642.], ut Marc. 5, 23. ἵνα — χεῖρας, explica: ἥκω vel προσέρχομαί σοι, ἵνα — χεῖρας. Ioh. 5, 7. ἄνθρωπον οὐκ ἔχω [scil. qui praesto mihi sit], ἵνα. De responsionis huius ratione ad interrogationem praeced. vid. *Win.* p. 531. — 1 Cor. 9, 25. ἐκεῖνοι μὲν οὖν scil. ἐγκατεύονται, ἵνα. 2 Cor. 2, 5. ἵνα μή i. e. λέγω δὲ ἀπὸ μέρους, ἵνα μή 4, 15. τὰ δὲ — δι' ὑμᾶς scil. γίνεται, ἵνα. 8, 14. τὸ — ὑστέρημα [scil. δεῖ γενέσθαι] ἵνα καί. — ab intellecto: οὕτω γράφω, pendet ἵνα, ἵνα μή 2 Cor. 9, 4. 13, 7. Philem. v. 19. — Apoc. 14, 13. quo l. ante ἵνα cogitatione adde: ἀποθνήσκουσι. (Epictet. Enchirid. c. 17.) — —

Uti infinit. finalis [vid. sub βασανίζω], ita ἵνα c. coniunct. per epexegesin additur, ut, quod antea aut brevius aut obscurius dictum erat, explicatius enuntietur [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 481. *Win.* p. 429. *Meyer* Ev. Ioh. p. 150. ep. P. ad Cor. 1. p. 159.], ut Luc. 22, 30. quo l. verbis διατίθεμαι — βασιλείαν explicationis ergo subiungitur ἵνα — θρόνων. Ioh. 11, 4. ὑπὲρ τῆς δόξης τ. θεοῦ [id est] ἵνα — δι' αὐτῆς. v. 15. δι' ὑμᾶς, explicatius: ἵνα πιστεύσητε. 1 Cor. 9, 23. διὰ τὸ εὐαγγέλιον nempe ἵνα — γένωμαι. 10, 33. Iac. 4, 3. κακῶς [i. e. malo consilio] αἰτεῖσθε, scilicet ἵνα — δαπανήσητε. Apoc. 21, 23. — Phil. 3, 8. ἵνα χριστὸν κερδήσω καὶ — ἐν αὐτῷ coll. v. 7. ubi διὰ τὸν χριστόν.

Intima cum sit finis et effectus necessitudo sic, ut alter alterum sequatur et excipiat, ad consilium interdum revocantur, quae sunt effectus vel eventus [Aristoph. vespp.

v. 311. 312. nubb. v. 58. Marc. Anton. 11, 3. Ios. b. i. 4, 3. 10. *ῥωμαίους ἄρα περιμένετε, ἵν' ἡμῶν βοηθήσωσι τοῖς ἁγίοις; — πρὸς τοσοῦτον ἥκομεν συμφορῶν, ἵνα ἡμᾶς ἐλεήσωσι καὶ πολέμιοι;* cf. *Tittmann* de usu particul. N. T. Fascic. 1. p. 5—10.]. Ita in locis explicandis ex teleologia vel ex simplicitate et pietate antiquitatis tum universae tum hebraicae, qua, quae eveniunt insolita, sistuntur tanquam res a Deo institutae et a consilio div. pendentes [cf. *Win.* p. 427 sqq. *Fritzsche* l. l. p. 837. *Baumgarten-Crusius* theolog. bibl. p. 272. Auct. anonym. Commentat: *ob die Partikel ἵνα im N. T. ἐκβατικῶς gebraucht werde?* im Neuen krit. Iourn. der theol. Litterat. von *Winer* und *Engelhardt* Vol. 4. fasc. 4. p. 413 sqq. *Meyer* Ev. Marc. p. 183. Ev. Ioh. p. 69. 129.] Marc. 4, 12. *ἵνα βλέποντες — συνιῶσι* pro: *ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφή· βλέποντες βλέπουσι καὶ μὴ εἶδον — μὴ συνιεῖσι.* Luc. 8, 10. coll. Ioh. 12, 40. Cf. *Gesen.* ad Ies. 6, 10. Vid. de his l. *Win.* p. 429. 431. — 1 Thess. 5, 4. — Locos alios huc pertinentes vid. infra notatos. (Liban. declam. 17. p. 472. A. *οὐδείς ἐστιν οἰκέτης πονηρός, ἵνα κριθῇ τῆς μακεδόνων δουλείας ἄξιος.*)

b) praecedente *imperat.*, ubi per coniunct. indicatur res, quae vere eventura est vel quam evenire debere cogitamus. [Cf. *Win.* p. 268 sq. *Alt* p. 148. *Buttm.* §. 126, 2. *Matth.* §. 518. *Rost* §. 122, 9.] — Ita post imperat. praesentis Marc. 11, 25. 12, 15. Luc. 21, 36. Ioh. 7, 3. 12, 36. 14, 31. 1 Cor. 7, 5 bis. 9, 24. 14, 13. Eph. 4, 28. 29. 6, 3. 19. 20. Phil. 1, 27. 2, 15. 2 Thess. 3, 12. 14. 1 Tim. 4, 15. 5, 7. 16. 20. Tit. 1, 13. 2, 4. 8. Hebr. 13, 17. Iac. 1, 4. 1 Petr. 2, 12. 3, 16. 4, 13. 1 Ioh. 2, 28. — *ἵνα μή* Matth. 7, 1. 24, 20. 26, 41. Marc. 13, 18. 14, 38. Luc. 22, 46. Ioh. 5, 14. 12, 35. 1 Cor. 11, 34. 16, 2. 2 Cor. 10, 9. coll. v. 11. Col. 3, 21. 1 Tim. 6, 1. Tit. 2, 5. 3, 14. Hebr. 3, 13. Iac. 5, 9. 12. Apoc. 3, 11. — post imperat. aoristi Matth. 14, 15. 18, 16. 23, 26. 28, 10. Marc. 6, 36. 15, 32. Luc. 9, 12. 14, 10. 23. 16, 9. 24. 22, 8. Ioh. 10, 38. 17, 1. 11. Act. 8, 19. 21, 24. 1 Cor. 3, 18. 5, 7. 16, 11. 2 Cor. 11, 16. Eph. 6, 13. Tit. 3, 13. 1 Petr. 2, 2. 5, 6. Apoc. 19, 18. — *ἵνα μή* Matth. 17, 27. Ioh. 4, 15. 6, 12. Hebr. 12, 3. 13. Apoc. 18, 4 bis. — in adhortatt., ut *ἄγωμεν* Marc. 1, 38. Luc. 20, 14. Ioh. 11, 16. Act. 4, 17. Rom. 3, 8. Hebr. 4, 16. (*πείθωμεν τὴν τελεσίππαν, ἵνα μείνῃ μεθ' ὑμῶν* Plut. apophth. Alex. Mor. 2. p. 26. ed. *Tauchn.*) — — cogitatione addendus est imperat. contextui aptus, ut *γενέσθω* Matth. 26, 5. vel *εἰπέ* Ioh. 1, 22. 9, 36. — 1 Petr. 4, 11. Cf. *Win.* p. 291. 538. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 840. — per epexegesin supra notatam additur *ἵνα* c. verbo suo Marc. 5, 12. *ἵνα — εἰσέλθωμεν* i. e. *ut nobis intrare eos liceat.* Cf. de notione verbis *δεῖν, δύνασθαι, ἐξεῖναι, θέλειν* comprehensa quatenus passim reticeatur *Fritzsche* Ev. Marc. p. 167 et supra sub *ἀπαγγέλλω* observata.

c) praeced. *futuro*, ubi agitur de re, quae vere eventura est vel evenire debere cogitatur [cf. *Win.* p. 264. *Matth.* l. l. *Buttm.* l. l. *Rost* l. l.] Luc. 16, 4. Ioh. 14, 3. 13. 16. 17, 26. Act. 22, 5. 1 Cor. 15, 28. 16, 6. 2 Cor. 1, 11. coll. v. 10. 11, 12. 12, 9. Eph. 6, 9. Phil. 1, 26. 1 Thess. 2, 12. — *ἵνα μή* Luc. 18, 5. — in interrogat. dubitantis nunc futurum Matth. 19, 16. Marc. 10, 17. Ioh. 6, 5. Rom. 6, 1. (Lucian. de dom. §. 21.) — nunc coniunct. praesentis vel aor. [vid. *ἀπολύω*] legitur Ioh. 6, 28. Marc. 14, 12. cf. tamen de h. l. lect. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 609 sq. *Griesb.* ed. *Schulz.* — significatur fut. per *μέλλω, ἐλπίζω* seq. inf. aor. Ioh. 6, 15. 11, 52 coll. v. 51. Apoc. 2, 10. — Phil. 2, 19. — loco fut. legitur *οὐ μή* c. coniunct. aor. in adhortatione vel asseveratione 1 Cor. 8, 13. — — ex simplicitate antiquitatis supra notata ad consilium referuntur, quae sunt effectus, utriusque coniunctio eo fortius ut enuntietur Luc. 11, 50. *ἐξ αὐτῶν — γενεᾶς ταύτης* i. e. *quorum multos* tam certo *trucidabunt et persequentur, ut credas in consiliis habuisse, ut repetatur ab hac gente vindicta sanguinis prophetarum effusi.* Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 837. 689. *Win.* p. 430. — Ioh. 5, 20. 16, 24. ad quem l. cf. *Win.* p. 429. *Meyer* Ev. Ioh. p. 225. —

d) praeced. *praeterito* et praes. historico [Marc. 12, 13. 15, 24.] ubi agitur de consilio, quod in mente habuit aliquis illo tempore, quod praecessit. Ita ex usu graecitatis serioris coniunctivum ponentis, ubi ponendus erat optativus. Cf. *Win.* p. 264. 265. *Alt* p. 148. *Herm.* ad Vig. p. 850 sq. et ad Soph. OC. v. 11. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 839. et quae habet de optativo poni solito apud Graecos antiquiores accuratiusque scribentibus post praeterita tempora *Herm.* ad Vig. p. 791. *Matth.* §. 518. *Rost* §. 122. II. 9. et de Thucydide aliisque historicis saepe de praeteritis ut de praesentibus loqui solitis *Herm.* l. l. p. 851. *Matth.* l. l. *Rost* l. l.

Matth. 12, 10. *ἐπηρώτησαν αὐτὸν — ἵνα — αὐτοῦ* i. e. *in id intenti* vel *hoc consilium habentes ut accusarent eum* 19, 13. 26, 4. 16. 27, 20. 26. 32. Marc. 3, 2. 14 bis. 6, 41. 8, 6. 9, 18. 22. 10, 13. 11, 28. 12, 2. 13. quo l. si coniunctivus explicari posse videtur ex orationis obliquae in rectam mutatione [sub *ἕως* ad Marc. 6, 45. adnotata, vide quae habet de eiusmodi locis *Win.* p. 264. — 14, 10. 35. 15, 11. 15. 21. 16, 1. Luc. 1, 4. 6, 7. 15, 29. 18, 15. 19, 4. 15. 20, 10. 20. 22, 32. Ioh. 1, 19. 31. 3, 16. 17. 4, 8. 5, 23. 36. 7, 32. 8, 6. 59. 10, 10. 31. 11, 19. 53. 55. 12, 9. 10. 20. 42. 47. 13, 2. 15. 15, 8. vid. *δοξάζω.* — v. 11. 16. 16, 4. 33. 17, 2. 6. 12. 22. 23 bis. 18, 28. 36. 37. 19, 16. 35. 20, 31. Act. 5, 26. de h. l. *ἵνα* pendente a praecedente *ἤγαγον αὐτούς* cf. *Win.* p. 472. et si positus h. l. videtur coniunct. quod de re agitur, quam eventuram esse non dubitatur cf. *Win.* p. 264. — Act. 9, 21. 16, 36. 17, 15. 22, 8. 23, 24. 27, 42. Rom. 1, 13. 6, 4. 6. 7, 13 bis. 8, 4. 9, 11. 23. *καὶ ἵνα γνωρίσῃ.* Cf. de his v. pendentibus ab *ἤνεγκε* [i. e. *tulit — etiam* vel: *et quidem hoc consilio, ut Win.* p. 494. *Fritzsche* coniectan. p. 28—30. et in ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 339. 342 sq. — 11, 11. 19. 32. 14, 9. 15, 4. 1 Cor. 1, 15. 27. 28. 2, 12. 4, 6. 8. 5, 2. 5. 9, 15. 19—22. 2 Cor. 1, 9. 15. 2, 3. 5, 15. 21. 7, 9. ad quem l. vid. *Win.* p. 430. — 8, 6. 9. 9, 3 bis. 12, 7. vid. ad h. l. *Fritzsche* diss. 2. p. 146. *Win.* p. 553 sq. — v. 8. Gal. 1, 16. 2, 4. 5. 9. 16. 19. 3, 14. 22. 24. 4, 5 bis. Eph. 2, 7. 15. 3, 10. 4, 10. 14. 5, 26. 27. Phil. 2, 10. 27. 30. 1 Thess. 5, 10. 2 Thess. 3, 9. 1 Tim. 1, 3. 16. quo l. si coniunctivus pertinere videtur ad rei ipsius vel ad eventus, quem habet ea, durationem, item ad actionis repetitionem indicandam, vid. de huius generis locis *Win.* p. 264. 2 Tim. 4, 17. Tit. 1, 5. 2, 14. 3, 7. Philem. v. 13. 15. Hebr. 2, 14. 17. 6, 18. 9, 25. 11, 35. 13, 12. 1 Petr. 2, 24. 3, 9. 18. 4, 6. 2 Petr. 1, 4. 1 Ioh. 3, 1. 5. 8. 4, 9. 5, 13. Apoc. 2, 21. 6, 2. 4. 8, 3. 6. 9, 15. 20. Cf. ad h. l. *Win.* p. 430. 12, 4. 6. 14. 15. 13, 15. 16, 12. 19, 8. 21, 15. — 1 Cor. 1, 31. quo l. pro suis ponere maluit Apostolus verba V. T. cf. *Win.* p. 500. et *Meyer* ad h. l. alii post *ἵνα* cogitatione addunt: *γένηται* vel *πληρωθῇ* cf. *Win.* p. 531. — de aoristorum ratione in locis 1 Cor. 9, 15. Eph. 6, 22. Phil. 2, 28. Col. 4, 8. vid. sub *ἀναπέμπω* monita. — post infinit. vel particip. praesentis significatione imperfecti Marc. 3, 10. Act. 5, 15. — Luc. 11, 54. Ioh. 6, 50. Rom. 15, 20. *ὥστε με — φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι — ἵνα μὴ οἰκοδομῶ.* 2 Cor. 11, 7. 2 Thess. 3, 9. 1 Petr. 2, 21. — *ἵνα μή* Luc. 22, 32. Ioh. 3, 16. 12, 46. 16, 1. 18, 28. 19, 31. 1 Cor. 12, 25. 2 Cor. 1, 9. 2, 4. 9, 3. 12, 7 bis. Eph. 2, 9. Phil. 2, 27. Philem. v. 14. Hebr. 11, 28. 40. Apoc. 7, 1. *εἶδον — κρατοῦντας* [i. e. *qui tenerent*] *ἵνα.* 20, 3. (Hdian. 3, 11. 19.) — —

pendet *ἵνα* interdum a verbo e contextu repetendo et cogitatione addendo [vid. supra monita], ut Marc. 4, 22. *οὐδὲ ἐγένετο [τι] ἀπόκρυφον neque* quicquam *factum est* [scil. ut absconditum esset], *ἀλλ'* [sed hoc consilio factum est] *ἵνα — ἔλθῃ ut innotesceret.* Luc. 1, 43. *πόθεν — πρός με* concise pro: *πόθεν μοι τοῦτο γέγονεν, ὅτι ἀνέστη* [coll. v. 39.] *ἡ μήτηρ — ἵνα ἔλθῃ πρός με.* — Ioh. 1, 8. *ἀλλ'* [scil. *ἦλθεν*] *ἵνα.* 9, 3. *ἀλλ'* [scil. *τυφλὸς ἐγένετο*] *ἵνα.* 1 Cor. 2, 5. *ὁ λόγος μου — οὐκ* scil. *ἦν ἐν — ἀλλ' ἐν — ἵνα μή.* 2 Cor. 2, 10. *δι' ὑμᾶς* scil. *κεχάρισμαι, ἵνα μή.* 1 Ioh. 2, 19. *ἀλλ'* [scil. *ἐξῆλθον*], *ἵνα.* — — interveniente *ἵνα* c. coniunct. explicatius dicitur, quod vel brevius vel obscurius ante enuntiatum erat [vid. supra monita], ut Marc. 3, 9. *διὰ τὸν ὄχλον*, explicatius: *ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν.* Ioh. 1, 7. 11, 42. Rom. 15, 16. Eph. 2, 10. Apoc. 8, 12. — —

loci ex teleologia Iudaeorum [vid. supra monita] explicandi Luc. 9, 45. *οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο — ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό ne intelligerent illud,* in consiliis scil. Dei fuit, ut [nunc quidem] non intelligerent illud.

Ioh. 9, 2. τίς ἥμαρτεν — γεννηθῇ quisnam peccavit — *ut coecus nasceretur* pro: *cum in consiliis Dei fuerit, ut coecus nasceretur.* — v. 39. 12, 40. Rom. 5, 20. 21. 11, 31. — ἵνα πληρωθῇ *ut ratum fieret* Matth. 1, 22. 2, 15. 4, 14. 21, 4. [27, 35. cf. de h. l. lect. *Griesb.* ed. *Schulz, Schott, Knapp, Meyer, de Wette, Fritzsche*] Ioh. 12, 38. οὐκ ἐπίστευον, ἵνα κλ. 18, 8. ἀπεκρίθη — ἵνα κλ. v. 32. εἶπον — ἵνα — πληρωθῇ *responderunt, ut ratum fieret.* 19, 24. 36. — pendet interdum ἵνα a verbo e contextu repetendo et cogitatione addendo Marc. 14, 49. ἀλλ', ἵνα πληρωθῇ pro: ἀλλὰ κρατεῖτέ με, vel ἀλλὰ γέγονε ταῦτα, ἵνα. Ioh. 15, 25. ἀλλ' [scil. μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα], ἵνα κλ. 1 Cor. 1, 15. ἵνα μή τις εἴπῃ pro: quod fieri voluit Deus hoc consilio, *ne quis diceret.* Ioh. 13, 18. ἐγὼ — ἐξελεξάμην· ἀλλ' — πληρωθῇ novi quos elegi, *sed facta est haec electio, ut ratum fieret effatum illud scripturae* vel: „*sed unum contendo, quamvis convictorem, calcem in me sublaturum, ut literae sacrae ad eventum adducantur,*" ita *Fritzsche* Ev. Matth. p. 842. — Cf. de formula ἵνα πληρωθῇ *Win.* p. 430. —

2) c. *indicativo* a) *futuri,* ex usu graecitatis serioris [vid. *Herm.* ad Soph. OC. v. 155. *Id.* de partic. ἄν p. 184. *Win.* p. 265. *Alt* p. 449. cf. tamen *Elmsl.* ad Eur. Bacch. v. 1380.] loco coniunct. sic, ut indicet finem, ut fiat aliquid. Ita praeced. praes. vel coniunct. aor. Apoc. 22, 14. quo l. c. fut. alternat coniunct. Luc. 22, 30. Vide tamen de h. l. lect. *Griesb., Schott, Knapp, de Wette, Meyer.* — 1 Cor. 13, 3. de h. l. lect. vid. sub καίω monita. — praeced. imperat. 1 Petr. 3, 1. de h. l. lect. vid. κερδαίνω. — de verbis καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος *et vitam ages diuturnam* Eph. 6, 3. καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταὶ *et eritis discipuli mei* Ioh. 15, 8. cf. *Win.* p. 265. *de Wette* Ev. Ioh. p. 168. *Meyer* Ev. Ioh. p. 210. — praeced. praeterito, ita in codd. Ioh. 17, 2. Rom. 5, 21. Apoc. 8, 3. Cf. *Griesb.* ad hos l. — — b) *praesentis* 1 Cor. 4, 6. Gal. 4, 17. Cf. *Win.* p. 266. Id. in ep. P. ad Gal. p. 107. 178. *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 73. *Herm.* ad Vig. p. 851.

II) more graecitatis fatiscentis, usu particularum invertentis et orationis, qua delectabantur Graeci melioris aevi, concisae minus studiosae *ἵνα c. coniunct.* legitur, ubi, qui accuratius scripserunt, uterentur infinitivo. Cf. *Win.* p. 309—314. p. 427 sqq. *Hermann* de partic. ἄν p. 135. *Tittmann* Synon. II. p. 46. In quibus si magis minusve recedit finis vel consilii, cuius index est haec coniunctio, notio, hactenus tamen aliqua est huius particulae cum infinitivo necessitudo, quatenus hunc quoque haud raro finalem [vid. sub ἄγω monita] esse in promptu est, vel particula ἵνα consilii et obiecti nota simul comprehenditur. Cf. *Win.* p. 427 et *Hölemann* ep. P. ad Phil. p. 28. Respondet autem ἵνα in talibus Lat. *ut*, nostratium *dass*, ita seq. coniunctivo

a) post vv., quibus inest *apti, idonei, opportuni,* notio [tauglich, geeignet für einen Zweck], ut post ἄξιος Ioh. 1, 27. ἱκανός Matth. 8, 8. Luc. 7, 6. cf. *Win.* p. 312. — πιστὸς καὶ δίκαιος 1 Ioh. 1, 9. ad quem l. cf. *Win.* p. 431 sq. — ὥρα *tempus opportunum* vel *a Deo constitutum, ut facias* vel *ut fiat aliquid* Ioh. 12, 23. 13, 1. 16, 2. 32. Cf. *Win.* p. 314. 430. Aliter *Fritzsche* Ev. Matth. p. 312. 379 sqq. 836 sqq. — — b) post vv. *iubendi* et formulas praecipiendi vel iubendi notionem includentes [cf. *Herm.* ad Vig. p. 852. ad Orph. Argon. p. 814. *Schäfer* ad Dem. pr. coron. p. 278, 8. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 840. *Win.* p. 310. *Alt* p. 221. *Tittmann* de usu particul. in N. T. Fasc. 1. p. 16 sq.] praeced. nunc praesenti Ioh. 13, 29. 34. 1 Ioh. 5, 16. praeparatur ἵνα c. coniunct. [cf. *Win.* p. 314.] pronomine οὗτος praecedente Ioh. 6, 29. τοῦτο — πιστεύητε = *hoc est quod imperat Deus, ut fidem habeatis.* 2 Ioh. v. 6. αὕτη — ἐντολή — ἵνα ἐν αὐτῇ scil. τῇ ἀγάπῃ, περιπατῆτε. Ioh. 12, 15. 17. 1 Ioh. 3, 11. 23. 4, 21. 2 Ioh. v. 5. — nunc imperat. Matth. 4, 3. 20, 21. Marc. 10, 37. Luc. 4, 3. 10, 40. — nunc praeterito [vid. supra monita] Matth. 12, 16. 20, 31. Marc. 3, 12. 8, 30. 10, 48. Luc. 18, 39. — Matth. 16, 20. Marc. 5, 43. 7, 36. 9, 9. — Marc. 9, 12.? 12, 19. Vid. de h. l. lect. *Win.* p. 265. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 523 sq. *Griesb.* ed. *Schulz.* — Marc. 13, 34. — Marc. 6, 8. — 13, 34. — 3, 9. Apoc. 6, 11. 9, 4. — Ioh. 9, 22. 11, 57. Act. 19, 4. Apoc. 9, 5. (Leon Philos. Anth. 1. n. 3. εἰπὲ κασιγνήτῃ καρτεροὺς ἵνα θῆρας ἐγείρῃ.) — — c) post vv. *rogandi, hortandi* [cf. *Win.* p. 310. 313. *Tittmann* l. l. p. 16. 17. et Hölem. l. l. *Schäfer* melet. p. 121. aliter *Fritzsche* Ev. Matth. p. 840.] praecedente praesenti Luc. 16, 27. Ioh. 17, 15 bis. v. 21. 1 Thess. 4, 1. 2 Ioh. v. 5. — 1 Cor. 1, 10. 16, 16. coll. v. 15. 2 Cor. 9, 5. 2 Thess. 3, 12. — Phil. 1, 9. 10. — 1 Tim. 5, 21. (Ios. Ant. 12, 3. 1 et 2. Charit. 3, 1. Philo Tom. 1. p. 478, 20 sqq.) — praeced. praeterito [de quo vid. supra observata] Matth. 14, 36. Marc. 5, 10. 18. 6, 16. — praes. histor. Marc. 7, 32. 8, 22. — Luc. 8, 32. 1 Cor. 16, 12. 2 Cor. 8, 6. 12, 8. — Marc. 7, 26. Luc. 7, 36. Ioh. 4, 47. 19, 31. 38. — Luc. 9, 40. 22, 32. ἵνα μή Luc. 8, 31. — abest verbum rogandi cogitatione addendum Ioh. 18, 39. ἔστι — πάσχα = *more receptum est inter vos,* rogare, *ut unum paschatos festo dimittam.* Gal. 2, 11. μόνον — μνημονεύωμεν scil. παρεκάλεσαν. (Dion. Hal. Ant. Vol. 2. p. 666.) — — d) post vv. et formulas, quibus *velle, cupere, desiderare, postulare* aliquis aliquid dicitur [cf. *Win.* p. 311. 390. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 87. Aliter *Fritzsche* Ev. Matth. p. 380. 577 sq. 840.] praeced. praesenti Matth. 18, 14. praeced. οὗτος praeparantur seqq. Ioh. 6, 39. — 7, 12. Marc. 6, 25. 10, 35. Luc. 6, 31. Ioh. 17, 24. 1 Cor. 14, 5. quo l. alternant acc. c. infinit. et ἵνα c. coniunct. Cf. ad h. l. et de utriusque structurae discrimine *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 237. — 1 Cor. 4, 2. — abest θέλεις, θέλων, θέλομεν e contextu facile cogitatione repetendum Matth. 20, 33. coll. v. 32. Marc. 10, 51. Luc. 18, 41. — 2 Cor. 18, 13. (βούλεται ἵνα Dion. Hal. de compos. verbb. p. 296 sq.) — praeced. praeterito Marc. 9, 30. 1 Cor. 16, 12. βουλὴ ἐγένετο Act. 27, 42. συνετέθειντο Ioh. 9, 22. — — e) post vv. et formulas, quibus *curae, studii, appetendi* notio inest [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 842. 380. 578. *Meyer* Ev. Ioh. p. 61. 81. 210. 211. 229. *de Wette* Ev. Ioh. p. 60. 168. ep. Ioh. 1. p. 256.] praeced. praesenti, ut ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ κλ. Ioh. 4, 34. Vide de h. l. sub βρῶμα observata — praeparatur ἵνα pronomine οὗτος praeponendo Ioh. 15, 13. μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα — αὐτοῦ, i. e. *amorem maiorem illo, qui eo, ut vitam pro amicis suis ponat, tendit, nemo habet.* Ioh. 17, 3. αὕτη — ἵνα γινώσκωσί σε *vita aeterna continetur hoc studio, ut cognoscant te* i. e. *eo comparatur vita aeterna quod operam dant, ut cognoscant te.* 1 Ioh. 4, 17. ἐν τούτῳ — ἔχωμεν i. e. *amoris, quem nobiscum habemus, perfectio in eo cernitur, quod operam damus, ut fiduciam habeamus* = ἡ τῆς ἀγάπης μεθ' ἡμῶν τελείωσις *eo tendit, ut fiduciam habeamus.* 5, 3. et 2 Ioh. 6. αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη — ἵνα κλ. 3 Ioh. v. 4. μειζοτέραν — ἵνα ἀκούω „*maius hac re non habeo gaudium, ut audire cupiam,*" ita *Fritzsche* Ev. Matth. p. 842. — praeced. imperat. 1 Cor. 14, 12. 16, 10. Col. 4, 17. ἵνα μή 2 Ioh. v. 8. 2 Petr. 3, 17. — abest verbum curandi e contextu vel repetendum vel cogitatione addendum, ut μᾶλλον δὲ scil. ζητεῖτε 1 Cor. 14, 1. 2 Cor. 8, 7. Phil. 2, 2. — 1 Cor. 9, 18. τίς οὖν — χριστοῦ „*quanam igitur in re meum praemium cernitur? in voluntate gratuito tradendi doctrinam Christi,*" ita *Fritzsche* l. l. p. 380. Aliter *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 157. et de h. l. ἵνα c. indicat. fut. cf. supra sub I. 1. monita. — praeced. praeterito Ioh. 13, 2. τοῦ διαβόλου — ἵνα αὐτὸν παραδῷ *ut de tradendo eo cogitaret* = *consilium tradendi eius.* 15, 8. ἐν τούτῳ — ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε. cf. *Fritzsche* l. l. Vide tamen sub δοξάζω ad h. l. observata. (ἵνα γίνηται ζεὺς ἐπιθυμήσει Teles ap. Stob. XLV. p. 542. μὴ γένοιτό σοι — κακῶς οὕτως, ἵνα ἐμοῦ σὺ ταῦτα εἰδῇς βέλτιον Plut. Symp. 2, c. 12.) — — f) post *ποιέω, efficio, auctor sum* [vid. ποιέω. *Win.* p. 312.] praeced. praes. Apoc. 13, 12. ποιεῖ — προςκυνήσωσι per attract. [vid. ἀποδείκνυμι] pro: ποιεῖ, ἵνα ἡ γῆ — προςκυνήσωσι. De h. l. lect. vid. *Griesb., Schott.* — v. 15. 16. — v. 13. Vid. de h. l. lect. *Griesb., Schott.* — praeced. imperat. Col. 4, 16. — praeced. fut. Apoc. 3, 9. quo l. coniunct. aor. et fut. alternant. — praeced. praeter. Ioh. 11, 37. — — g) post v. *permittendi,* praeced. praeterito Marc. 11, 16. cf. ad h. l. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 482. coll. *Zumpt* lat. Gramm. p. 488. — — h) post vv. *conducendi, sufficiendi,* [cf. *Win.* p. 312. *Meyer* Ev. Matth. p. 64. 124. 92. Ev. Ioh. p. 163. *de Wette* Ev. Matth. p. 62. Ev. Ioh. 140. 219. aliter *Fritzsche* Ev. Matth. p. 234. 379. 572. *Käuffer* Ev. Matth. p. 18. 69. etiam in his *finalem* esse particulam ἵνα affirmantes] praeced. praesenti Matth. 5, 29. 30. 10, 25.

16, 6. Luc. 17, 2. Ioh. 11, 50. 16, 7. 1 Cor. 9, 15. quo l. si infinit. et ἵνα c. coniunct. alternant cf. *Win.* p. 312. *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 154 sq. et de h. l. lect. *Griesb.* et *Meyer.* — — i) post χρείαν ἔχω *opus habeo, opus mihi est,* [cf. *Meyer* Ev. Ioh. p. 44. *de Wette* Ev. Ioh. p. 178.] praeced. praes. Ioh. 2, 25. 16, 30. 1 Ioh. 2, 25. — post vv. *laetandi* [cf. *Win.* p. 314. aliter *Fritzsche* Ev. Matth. p. 841.] Ioh. 8, 56. ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ — ἐμήν *er freute sich,* dazu bestimmt zu sein, *dass er meinen Tag sehen sollte.* Vid. ad h. l. *Meyer* p. 125. —

III) ut Graecorum ὅπως c. indicat. fut. vel c. coniunct. aor. [Xen. An. 5, 2. 21. Cyr. 1, 3. 18. 3, 3. 42. Dem. Mid. 583, 23. Plat. Hipp. mai. p. 286. B. cf. *Matth.* §. 519, 8. *Rost* §. 122, not. 7. *Buttm.* §. 136.] ita ἵνα c. verbo suo absolute ponitur a) in iussis, seq. *coniunct.* Eph. 5, 33. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα *maritum revereatur.* Cf. *Win.* p. 290. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 38. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 840. (Epict. Enchir. c. 17. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ. Constant. Porphyrogen. Tact. p. 28. τὴν δὲ ὁδὸν τοῦ στρατοῦ ἵνα ποιῇς ὀλίγην.) — b) in votis, seq. optativ. Eph. 1, 16. 3, 16. Cf. *Harless* l. l. Saepius non extat in N. T.

Ἱνατί, [ex ἵνα τι, *ut quid,* formula elliptica. Plene dicebatur post praesens: ἵνα τι γένηται, *ut quid fiat? damit, was geschehe?* et post praeterit. ἵνα τι γένοιτο, *ut quid fieret? damit, was geschähe?* Cf. *Herm.* ad Viger. p. 849. *Matth.* §. 620. *Passow* I. p. 1112. *Win.* p. 158. 525. *Gieseler* in *Rosenm.* Rep. 2. p. 132. *Fritzsche* Ev. Matth. 336. Lamb. Bos. p. 592 ed. *Schäfer.*] *cur, quare?* Sexies in N. T. Matth. 9, 4. 27, 46. Luc. 12, 7. Act. 4, 25. 7, 27. 1 Cor. 10, 29. — pro לָמָּה Ps. 2, 1. עַל־מָה Num. 22, 32. (Ios. de b. iud. 6, 6. 2. Arrian. diss. epict. 1, 24. Plat. apol. c. 14. ed. *Fischer.*)

Ἰόππη, ης, ἡ, vel Ἰώππη, ης, ἡ, *Ioppe,* hebr. יָפֹא, יָפוֹ, hodie *Iaffa,* urbs palaestinensis ad mare mediterraneum contra extremitatem septentrionalem tribus Dan, portu instructa, in cuius littore rupes ostendebatur, ad quam alligatam fuisse Andromedam Graecorum mythologi narrant. Act. 9, 36. 38. 42. 43. al.

Ἰορδάνης, ου, ὁ, *Iordanes,* hebr. יַרְדֵּן, hodie *El Schareich,* fluvius maximus et celeberrimus Palaestinae, qui, cum olim quidem e lacu Phiala ad radicem montis Antilibani oriri et post iter CXX stadiorum sub terra factum e spelunca Paneadis ad radicem montis Libani erumpere crederetur, rectius hodie prope Caesaream Philippi in summo iugo montis Antilibani ex aquis nivalibus lacum efficientibus prodire statuitur. Inde post cursum CXX fere stadiorum fluit in lacum Samochonitidem, Merom etiam appellatum, e quo egressus post totidem stadiorum cursum perfluit per Galilaeam et secans mare Galilaeae vel lacum Tiberiadis in mare mortuum vel lacum Asphaltidem tandem exit, auctus per itineris sui decursum fluviis minoribus in ipsum effusis. Uti ripae Iordanis altiores sunt et arboribus atque arundine consitae, ita aquae eius turbulentae et paulo calidiores magnam piscium multitudinem nutrire deprehenduntur; nive quidem tempore verno intumescit, neque tamen ripis excedit Matth. 3, 5. 6. 13. 4, 15. 25. al.

Ἰός, οῦ, ὁ, (ab ἵημι mitto; missile, sagitta, Hom. Iliad. 15, 451. 20, 68. sagittae cum apud veteres veneno tingi solerent) 1) *venenum* Rom. 3, 13. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Iacob. 3, 8. — pro חֵמָה Ps. 58, 5. 140, 3. (Ios. Arch. 1, 20. 1. Aelian. Hist. Anim. 5, 31.) — — 2) *aerugo* Iacob. 5, 3. — pro חֶלְאָה Ezech. 24, 6. (Theogn. v. 443. de ferrugine Pol. 5, 10. 3.)

Ἰουδαία, ας, ἡ, *Iudaea,* hebr. יְהוּדָה, ita temporibus Davidis appellabatur ea Palaestinae pars, quam incolebant tribus Iuda et Beniamin Ios. 11, 16. 21. 2 Sam. 2, 10. 5, 5. 19. 1 Chron. 22, 5. Israelitarum regno in duas partes discisso ἰουδαία dicebatur regnum Iuda, ad quod praeter tribus Iuda et Beniamin pars etiam tribuum Dan et Simeon pertinebat. Eodem nomine tempore insequente insigniebatur pars Palaestinae meridionalis, cum septentrionalis diceretur Galilaea, media vero Samaria. Denique post exilii tempora a civibus regni Iuda in patriam redeuntibus omnis Palaestina dici coepit Iudaea. Cf. de huius terrae finibus, natura, proventibus, lacubus, coelo, divisione etc. *Win.* bibl. Realw. sub vocc. *Iudaea, Palaestina. Röhr* Palaestina oder historisch-geographische Beschreibung des jüdischen Landes zur Zeit Iesu. Zweite Auflage. Zeitz. 1809. 8. — Matth. 2, 1. 5. 22. 4, 25. 19, 1. collective legitur = *incolae Iudaeae* Matth. 3, 5. cf. *Rost* §. 98, 2. a. β. et de singul. subiecti cum plur. praedicati *Win.* p. 330. *Matth.* §. 302. *Rost* §. 100, 4. b.

Ἰουδαΐζω, f. ίσω, (ἰουδαῖος) *mores et ritus Iudaeorum sequor* i. q. ἰουδαϊκῶς ζῆν. Semel in N. T. Gal. 2, 14. πῶς τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν. De verbis desinentibus in ίζω et derivatis a nominibus propriis vel populorum vel hominum singulorum cf. *Buttm.* §. 104. gram. max. §. 119. *Fischer* 3. a. p. 11.

Ἰουδαϊκός, ή, όν, (ἰουδαῖος) *iudaicus.* Extat tantum Tit. 1, 14. (Ios. Arch. 20, 11. 1.)

Ἰουδαϊκῶς, adv. *iudaice, more Iudaeorum.* Semel in N. T. Gal. 2, 14. (Ios. b. i. 6, 1. 3.)

Ἰουδαῖος, ου, ὁ, (propr. oriundus e tribu Iuda, deinde civis regni Iuda, in N. T.) 1) *civis terrae Palaestinensis,* e quacunque tandem tribu oriundus fuerit. Matth. 27, 15. Marc. 7, 3. Ioh. 12, 11. de h. l. genit. separato a nom. regente vid. ἄγγελος. Rom. 2, 28. 29. 3, 29. quo l. in oppos. si cum vi praeponitur genitiv. nomini regenti vid. sub ἄνθρωπος notata. Apoc. 2, 9. 3, 9. — 2) οἱ ἰουδαῖοι, artic. praeposito, *proceres Iudaeorum, synedri* Ioh. 1, 19. 5, 15. 16 sqq. 7, 1. 11. 13. 9, 18. 18, 12. 14. Act. 23, 20. coll. v. 14.

Ἰουδαῖος, αία, αῖον, *iudaeus, iudaicus* Marc. 7, 5. Ioh. 3, 22. Act. 16, 1. 24, 24.

Ἰουδαϊσμός, οῦ, ὁ, (ἰουδαΐζω q. v.) *omnis conditio eius, qui est gente Iudaeus* [universe 2 Macc. 2, 21. 14, 38.] de studio religionis rituumque iudaicorum, bis in N. T. Gal. 1, 13. 14.

Ἰούδας, α, [de quo gen. vid. ἀγρίππας] ὁ, *Iudas,* hebr. יְהוּדָה, οἱ ὁ ἰούδα, nom. pp. 1) filii Iacobi, natu quarti, qui auctor fuit tribus Iuda a) pp. Matth. 1, 2. 3. Luc. 3, 33. — b) metonym. α) *tribus Iuda, posteri Iudae* Matth. 2, 6. Luc. 1, 39. Hebr. 7, 14. Apoc. 5, 5. 7, 5. — β) οἶκος ἰούδα, *cives regni Iuda* Hebr. 8, 8. — 2) duorum e maioribus Iesu Luc. 3, 26. 30. — 3) viri cognomine *Barsabas* v. Βαρσαβᾶς Act. 15, 22. — 4) viri, cognomine *Galilaeus,* qui a Ioseph. Arch. 18, 1. 1. ὁ γαυλονίτης, 20, 5. et de bell. iud. 2, 9. ὁ γαλιλαῖος appellatur. Oriundus enim erat Gamali, urbe Gaulonitidos inferioris, sitae ad lacum Galilaeae, una cum Sadoco seditionem excitavit propter censum, actum a Quirino ao. 12. p. Chr. n. Act. 5, 37. — 5) *Iudas Iscariota* i. e. oriundus ex urbe Carioth, קְרִיּוֹת, filius Simonis alicuius, unus ex Apostolis Iesu, cui concredita erant donaria Iesu oblata a cultoribus et sectatoribus suis et quem constat magistrum suum prodidisse. Ioh. 6, 71. De eius fine vide ἀπάγχομαι. Matth. 10, 4. — 6) *Iudas,* cognomine *Lebbaeus,* Alphaei et Mariae filius, Iesu consobrinus, frater uterinus Iacobi minoris, auctor epistolae in N. T. libris lectae sub eius nomine. Matth. 10, 4. Luc. 6, 6. — 7) Iudaeus quidam Damascenus Act. 9, 11.

Ἰουλία, ας, ἡ, *Iulia,* nom. propr. uxoris Rom. 15, 15.

Ἰούλιος, ίου, ὁ, *Iulius,* nom. propr. centurionis romani Act. 27, 1.

Ἰουνίας, α, [de qua genit. forma vid. ἀγρίππας] ὁ, *Iunias,* nom. propr. viri Iudaeo-christiani, propinqui Pauli et vinculorum eius socii Rom. 16, 7.

Ἰοῦστος, ου, ὁ, *Iustus,* cognomen 1) Iosephi cuiusdam Act. 1, 23. memorati. — 2) Titi, Corinthii cuiusdam Act. 18, 1. — 3) Iesu cuiusdam Col. 4, 11.

Ἱππεύς, έως, ὁ, (ἵππος) *eques.* Bis in N. T. Act. 23, 23. 32. (Xen. Mem. 3, 4. 1.)

Ἱππικός, ή, όν, (ἵππος) *equestris,* τὸ ἱππικόν, *equitatus, exercitus equestris.* Semel in N. T. Apoc. 9, 16. (Pol. 2, 66. 7.)

Ἵππος, ου, ὁ, *equus.* Iac. 3, 3. Apoc. 6, 2. 4. 5. 8.

Iesu et animos hominum ei praeparantis, vitae severitate, morum castitate, veri amore insignis, Herodis Antipae iussu trucidati Matth. 3, 1. al. — 3) *Iohannis Apostoli.* Fuit is filius Zebedaei et Salomes, frater Iacobi maioris, piscator, Apostolus prae ceteris a Iesu dilectus, cuius nomen in fronte gerunt Evangelium quartum, Epistolae tres et Apocalypsis. Matth. 4, 21. al. — 4) cognomen *Marci,* qui fuit cognatus Barnabae et Pauli socius Act. 12, 25. 13, 5.

Ἰώβ, ὁ, Iobus, hebr. אִיּוֹב, nom. propr. viri, cuius pietatem et vitam enarrat carmen, quod legitur in V. T. libris, didacticum, Iobi nomine insigne. Iac. 5, 11.

Ἰωήλ, ὁ, Ioel, hebr. יוֹאֵל, nom. propr. prophetae V. T. vaticiniorum et carminum venustate et elegantia celeberrimi. Act. 2, 16.

Ἰωνᾶν, ὁ, Ionan, nom. prop. viri Luc. 3, 30.

Ἰωνᾶς, ᾶ, [de qua gen. forma vid. *ἀγρίππας*] *ὁ, Ionas,* hebr. יוֹנָה, nom. propr. 1) *prophetae* V. T. Matth. 12, 39. 40. 16, 4. cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Ionas.* — 2) *Ionas,* pater Petri, Apostoli, piscator Matth. 16, 11. Ioh. 1, 42. 21, 15. *σιμεὼν ἰωνᾶ* sc. *υἱός.*

Ἰωράμ, [term. graeca *ἰώραμος, ου, ὁ,* Ios. Ant. 9, 2. 2.] *ὁ, Ioram,* hebr. יְהוֹרָם, nom. propr. filii Iosaphati, regis Iudae Matth. 1, 8.

Ἰωρείμ, ὁ, Iorim, nom. prop. viri Luc. 3, 29.

Ἰωσαφάτ, ὁ, [terminat. graeca *ἰωσάφατος, ου, ὁ* Ios. Ant. 9, 3. 1.] *Iosaphat,* hebr. יְהוֹשָׁפָט, nom. propr. regis Iudae, ob religionis mosaicae studium celebratissimi Matth. 1, 8. cf. 1 Regg. 15, 24.

Ἰωσῆς, vel *ἰωσῆ,* vel *ἰωσή, ὁ, Ioses,* vel *Iose,* nom. propr. 1) viri, qui fuit e maioribus Iesu Luc. 3, 29. — 2) viri, qui appellatur *ἀδελφὸς ἰησοῦ* Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. — 3) viri, cognomine *Barnabae* v. *βαρναβᾶς.* Act. 4, 36.

Ἰωσήφ, ὁ, [term. graeca *ἰώσηπος, ου, ὁ* Ios. Ant. 2, 6. 4.] *Ioseph,* hebr. יוֹסֵף, nom. propr. 1) filii Iacobi undecimi ex Rahele nati a) propr. Ioh. 4, 5. Act. 7, 1. — b) metonym. *posteri Iosephi,* de tribu Ephraim Apoc. 7, 8. coll. v. 6. — 2) trium ex maioribus Iesu Luc. 3, 24. 26. 28. — 3) *mariti Mariae et nutritoris Iesu* Matth. 1, 16. al. — 4) viri Arimatheensis, assessoris synedrii magni, pie Iesum colentis Matth. 27, 57. 58. Luc. 23, 50. — 5) sectatoris cuiusdam Iesu, qui Barsabas et Iustus appellatur Act. 1, 23.

Ἰωσίας, ου, ὁ, Iosias, hebr. יֹאשִׁיָּהוּ, nom. propr. regis Iudae, illustris studio religionis mosaicae Matth. 1, 10. 11. cf. 2 Regg. 22, 1 sqq. 2 Chron. cap. 34. 35.

Ἰῶτα, τό, Iota, nomen litterae hebraicae minimae, metaph. pro: *minimum, pars minima* Matth. 5, 18.

K.

Κἀγώ, crasis: *καὶ ἐγώ,* dat. *κἀμοί,* accus. *κἀμέ* [vid. *Win.* p. 47.] 1) *et ego* i. e. *und ich* a) universe Matth. 11, 28. 26, 15. Luc. 2, 48. Ioh. 1, 34. 6, 56. 57. 10, 27. 28. 15, 4. 5. 17, 21. 26. 20, 15. 2 Cor. 6, 17. Hebr. 8, 9. — 1 Thess. 3, 5. *διὰ — στέγων* i. e. *propterea et quoniam non amplius ferre poteram.* De quo partic. usu cf. *Matth.* §. 565. — b) ita legitur, ut *καί* nectat, *ἐγώ* oppositionem faciat [vid. *καί* no. 1. „Cum emphasi talia inferri statuas, ita tamen, ut maior vis in pronuntiando tribuenda sit pronomini *ἐγώ und ich*" *Bornem.* schol. p. 102.]. aa) univ. Luc. 16, 9. Ioh. 12, 32. Act. 22, 13. 19. Rom. 11, 3. Iac. 2, 18. — bb) sq. negatione Ioh. 1, 31. 33.

2) *etiam ego, ego quoque* a) universe Matth. 2, 8. 10, 32. 33. — 16, 18. *κἀγὼ — λέγω, dico vero ego quoque tibi,* latius: *sicuti tu honorifico testimonio me ornasti, ita ego quoque idem in te facio.* Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 535. — 21, 24 bis. Marc. 11, 29. Luc. 1, 3. 11, 9. 16, 9. 20, 3. Ioh. 5, 17. Act. 8, 19. 10, 26. Rom. 3, 7. 1 Cor. 2, 1. 3, 1. 7, 8. 40. 15, 8. 16, 4. 2 Cor. 11, 21. 22 ter. Eph. 1, 15. — b) ab initio periodi ita legitur, ut cogitatione praemittendum sit aliquid contextui aptum [cf. *Herm.* ad Soph. Antig. v. 366.] ut Ioh. 7, 28. *κἀμὲ οἴδατε,* pro: *πολλὰ εἰδότες κἀμὲ οἴδατε, multa qui nostis, etiam me nostis = ja ihr kennet mich, vestro quidem iudicio.* Cf. ad h. l. *Lücke* 2, p. 148 sq. — Alii: *et me* [meine Person] *nostis et unde sim, nostis.* Cf. *Meyer* ad. h. l. p. 99. — — c) in altera parte comparationis, praeced. *καθώς,* ut *καθὼς — κἀγώ = καθὼς — οὕτως καὶ ἐγώ* Luc. 22, 29. Ioh. 15, 9. 17, 8. 20, 21. — iunct. c. *ὁποῖος, ὡς, καθώς ut et ego, qualis et ego* Act. 26, 29. 1 Cor. 7, 8. 11, 1. Apoc. 2, 28. coll. v. 26. (ita *ὥσπερ καί* Lucian. Charon. §. 1. Dial. Mort. 13, 1.) cf. *Matth.* §. 620. *Fritzsche* coniectan. p. 34. —

Καθά, crasis: *καθ' ἅ,* [vid. *Win.* p. 47.] *quemadmodum* v. *κατά.* Semel in N. T. Matth. 27, 10. Ita *οἱ ο'* pro כַּאֲשֶׁר Gen. 7, 9. (Diod. Sic. 1, 36. Polyb. 3, 107. 10. Xen. Oecon. 15, 3.)

Καθαίρεσις, εως, ἡ, (*καθαιρέω* detraho, detractio de loco superiore, das Herunternehmen) *destructio.* Ter in N. T. *πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων* 2 Cor. 10, 4. (Pol. 23, 7. 6. Xen. H. G. 2, 2. 15.) — ut, quae adiuvant et augent cognitionem rerum divinarum, virtutis christianae amorem et animi tranquillitatem, fieri dicuntur *εἰς* vel *πρὸς οἰκοδομήν,* ita quae minuunt ea, fieri dicuntur *πρὸς καθαίρεσιν* 2 Cor. 10, 8. 13, 10.

Καθαιρέω, f. *ήσω,* a. 2. *καθεῖλον* (*κατά, αἱρέω*) 1) *detraho, refigo, ich nehme ab oder herunter,* sq. accus. a) propr. Marc. 15, 36. v. 46. Luc. 23, 43. — *τὶ ἀπό τινος* Act. 13, 29. (Pol. 1, 86. 6. Lucian. Dial. Deorr. 12, 1.) — *demoliendi* sens. ut nos: *ein Gebäude abtragen* Luc. 12, 18. *καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας.* (1 Macc. 5, 65. Hdian. 3, 1. 15. Xen. Cyr. 6, 1. 20.) — b) metaph. *λογισμούς = everto, vernichten* 2 Cor. 10, 4. (Ios. Ant. 6, 9. 2.) — *τὰ ἔθνη = devinco* Act. 13, 19. — 2) *deturbo* vel *deiicio aliquem de statu suo, τινὰ ἀπό τινος* Luc. 1, 52. (Hdian. 8, 3. 11. Hdot. 2, 147. 7, 8. 1.) — *τὴν μεγαλειότητά τινος = deleo, aboleo* Act. 19, 27. (Diod. Sic. 4, 8. Lysias. 203, 1.) — Saepius non legitur in N. T.

Καθαίρω, f. *αρῶ,* (*καθαρός*) *purgo,* [a sordibus Xen. Oec. 8, 6. Hdian. 5, 2. 25.] a) de vinitoribus vitem purgantibus i. e. *amputo* Ioh. 15, 2. — b) metaph. pro: *culpa purgo, expio* Hebr. 10, 2. *ἅπαξ κεκαθαρμένους.* (Diod. Sic. 4, 31 et 69. Xen. An. 5, 7. 35.)

Καθάπερ, crasis: *καθ' ἅπερ,* [vid. *Win.* p. 47.] *quemadmodum* Rom. 4, 6. *καθάπερ καὶ δαβὶδ λέγει.* 12, 4. 2 Cor. 1, 14. 3, 13. 18. 1 Thess. 2, 11. 3, 6. 12. 4, 5. Hebr. 4, 2. 5, 4. — sequente *οὕτως* 1 Cor. 12, 12. 2 Cor. 8, 11. — pro כַּאֲשֶׁר Gen. 12, 4. (Diod. Sic. 1, 9. Lucian. Dial. Deorr. 7, 3. Xen. Mem. 1, 2. 29.) Saepius non extat in N. T.

Καθάπτω, f. *ψω,* (*κατά, ἅπτω* necto; adnecto, alligo Xen. Ven. 6, 9. ex usu graecitatis serioris vid. *Passow* sub hoc voc.) neutr. *adhaereo, ich hänge mich an etwas.* Ita semel in N. T. sq. genit. partis [vid. *ἅπτομαι* sub *ἅπτω*] Act. 28, 3.

Καθαρίζω, [forma serioris aevi pro *καθαίρω*] fut. attic. *καθαριῶ* [Hebr. 9, 14. Vide *ἀφορίζω*] aor. I. *ἐκαθάρισα* 1) *purgo, purum reddo, τί* a) propr. Matth. 23,

25. 26. coll. Luc. 11, 39. — b) ubi de leprosis agitur, qui, quamdiu morbo suo laborarent, impuri habebantur, in quibus verti potest: *sano* Matth. 8, 2. — v. 3. ἐκαθαρίσθη = *purgata et sublata est*] αὐτοῦ ἡ λέπρα. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 306. — v. 4. 10, 8. 11, 5. Marc. 1, 40—42. Luc. 4, 27. 5, 12. 13. 7, 22. 17, 14. 17. — Ita pro טָהֵר Levit. 14, 8. 9. — c) metaph. aa) pro: *expio, culpa purgo,* τί Hebr. 9, 22. 23. — τινὰ ἀπό τινος 1 Ioh. 1, 7. — Ita pro טָהֵר sq. מִן Ps. 51, 4. חִטֵּא Exod. 29, 36. כִּפֶּר Exod. ibid. v. 37. — bb) pro: *libero aliquem,* τινὰ ἀπό τινος 2 Cor. 7, 1. Hebr. 9, 14. — abest ἀπό c. gen. rei = *sanctum vitiique expertem reddo* Act. 15, 9. Eph. 5, 26. — Tit. 2, 14. ἵνα — περιούσιον, enarra: ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καὶ καθαρίσας ποιήσῃ ἡμᾶς λαὸν ἑαυτῷ περιούσιον. — Iac. 4, 8. — (sq. acc. Sir. 23, 10. 38, 10. ἐὰν — καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτοῦ Plut. consol. ad Apollon. c. 13.) — 2) *purum declaro,* a) sensu levitico, τί Act. 10, 15. 11, 9. — b) univ. Marc. 7, 19. καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα πορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα, quo loco partic. καθαρίζον, additum per appositionem [cf. *Matthiae* §. 432. *Win.* p. 335. 542. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 287 sq. et coniect. p. 40 sq.] refertur ad universam enuntiationem, ad verba puta καὶ εἰς τὸν ἀφ. ἐκπορεύεται, hac mente: *quae res* [nempe *quod in latrinum abit*] *puros declarat omnes cibos,* ea parte quod promiscua haec ciborum male in mundos et immundos divisorum sors ostendit, non esse ullum re vera ciborum discrimen. — Saepius non legitur in N. T.

Καθαρισμός, οῦ, ὁ, (καθαρίζω) *purgatio,* dicitur in N. T. a) de lavandi ritu apud Iudaeos recepto Ioh. 2, 6. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων. — b) de lavacro, quo Iesus uteretur in hominibus religioni suae obstringendis Ioh. 3, 25. — c) de lustratione puerperarum iudaica Luc. 2, 22. Puerperae enim, impurae habitae, post 40 dierum spatium purae apud Iudaeos declarabantur cf. Levit. 12. — d) de sanatione leprosorum, qui, quamdiu morbo suo laborarent, impuri habebantur Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. Ita οἱ ο' et טָהֳרָה 1 Chron. 23, 18. — e) τῶν ἁμαρτιῶν = *expiatio peccatorum* 2 Petr. 1, 9. Hebr. 1, 3. (de piaculo Lucian. asin. §. 23.) Saepius non extat in N. T.

Καθαρός, ά, όν, *purus, cui nihil alienum admixtum est, quod usui vel sensibus officiat polluatque utentem* a) proprie Matth. 23, 26. 27, 59. Luc. 11, 41. πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν *omnia vobis* [*für euch, ex opinione vestra* cf. sub ἀδυνατέω observata.] *pura sunt.* Hebr. 10, 23. ὕδωρ καθαρόν i. e. *aqua pura et purum reddens hominem* i. e. *ut sanctitati studeat obstringens.* Cf. *Böhme* ad h. l. p. 495. Apoc. 15, 6. 19, 8. 14. 21, 18 bis. [22, 11.] (Acl. V. H. 8, 5. Lucian. Dial. Deorr. 26, 1. Xen. Oecon. 10, 7.) — b) sensu levit. Ioh. 13, 10. ἀλλ' — ἐστέ. Cf. *Lücke* 2. p. 365. — *liciti* notione inclusa Rom. 14, 20. Tit. 1, 15. πάντα μὲν καθαρά. — c) metaph. vel pro: *culpae purus, insons* Act. 18, 6. καθαρὸς ἐγώ. — ἀπό τινος [vid. ἀπό] Act. 20, 26. Ita pro נָקִי sq. מִן Gen. 24, 8. (Diod. Sic. 1, 24. 20, 25. Dem. 122, 17.) — vel *in quo nihil est improbitatis, falsi et mali* Matth. 5, 8. οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ. [vid. ἅγιος] Ioh. 15, 3. 13, 10. ἀλλ' οὐχὶ πάντες. v. 11. 1 Tim. 1, 5. 3, 9. 2 Tim. 1, 3. 2, 22. Tit. 1, 15. Iacob. 1, 27. 1 Petr. 1, 22. Ita pro בַּר Ps. 24, 4. (Xen. Cyr. 8, 7. 20 et 23.) — Saepius non legitur in N. T.

Καθαρότης, τητος, ἡ, (καθαρός) *mundities, puritas,* sensu levitico, semel in N. T. Hebr. 9, 13. (universe Xen. Mem. 2, 1. 22.)

Καθέδρα, ας, ἡ, (κατά, ἕδρα) *sella, subsellium* Matth. 21, 12. et Marc. 11, 15. (Pol. 1, 21. 2. Hdian. 2, 3. 17.) — καθίζειν ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως *suggestui Mosis insidere* i. e. *legem docendo et explicando locum Mosis tenere* Matth. 23, 2. (Siracid. 12, 12.)

Καθέζομαι, impf. ἐκαθεζόμην (de verbis c. praepos. compositis augeri solitis ab initio cf. *Buttm.* §. 78, not. 3. gram. max. §. 86, not. 2. *Matth.* §. 170. *Rost* §. 68, not. 2. *Fischer* Vol. 2. p. 293. — a κατά et ἕζομαι) *sedeo* Matth. 26, 55. Luc. 2, 46. Ioh. 4, 6. 20, 12. Act. 6, 15. Ioh. 11, 20. ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο = *domi mansit.* (Hdian. 4, 2. 5. Xen. An. 1, 5. 9.) Saepius non extat in N. T.

Καθεῖς, i. e. καθ' εἷς v. εἷς et κατά.

Καθεξῆς, adv. (κατά, ἑξῆς q. v.) *deinceps, ordine, continua serie,* ὁ καθεξῆς, *ordine sequens* [vid. ἄνω] Quater in N. T. Luc. 1, 3. 8, 1. ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς sc. χρόνῳ. Act. 3, 24. 11, 4. 18, 23. (Ael. V. H. 8, 7.)

Καθεύδω, impf. ἐκάθευδον [de quo augm. vid. sub καθέζομαι notata; a κατά et εὕδω] *dormio* a) propr. Matth. 8, 24. 9, 24. 13, 25. 25, 5. 26, 40. 43. 45. Marc. 4, 27. 38. 5, 39. 13, 36. 14, 37. 40. 41. Luc. 8, 52. 22, 46. 1 Thess. 5, 7. — pro שָׁכַב Gen. 28, 13. (Herodian. 7, 1. 22. Xen. Cyr. 6, 2. 11.) — b) metaph. vel: *ignavus vel segnis sum* Eph. 5, 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων. 1 Thess. 5, 6. (Xen. An. 1, 3. 11.) — vel ex hebr.: *mortuus sum* 1 Thess. 5, 10. εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν. Ita שָׁכַב 2 Chron. 12, 16. Saepius non legitur in N. T.

Καθηγητής, οῦ, ὁ, (καθηγέομαι duco; dux) *magister, doctor.* Semel in N. T. Matth. 23, 8. (Diogen. Laert. 1, 13. 27. Plut. vit. Alex. M. c. 5.)

Καθήκει, imperson. (a καθήκω pertingo, ich reiche bis da und dahin Polyb. 5, 44. 6.) *decet, aequum est.* Bis in N. T. Act. 22, 22. οὐ γὰρ καθῆκεν αὐτὸν ζῆν. De h. l. indicat. impf. = Lat. *decebat,* in sententia aliunde non suspensa, ubi nos utimur coniunct. plusqpf. vid. sub δεῖ et ἀνήκει observata. — τὸ καθῆκον *officium, honestum* Rom. 1, 28. ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. (Sir. 10, 23. Xen. Cyr. 1, 2. 5. 8, 1. 1.)

Μύριοι, αι, α, (a μυρίος innumerus) *decem millia, decies mille* Matth. 18, 24. — pro עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים Esth. 3, 9. רִבֹּן 1 Chron. 29, 7. (Diod. Sic. 15, 59.) — ut Lat. sexcenti pro: *innumerus, quam plurimus* 1 Cor. 4, 15. 14, 19. in quibus locis si scribitur μύριοι vid. *Buttm.* gr. max. Vol. p. 284. *Win.* p. 53. *Passow* sub h. voc. (Ael. V. H. 9, 37. Hdian. 2, 3. 14. Xen. Cyr. 5, 1. 12.) Saepius non legitur in N. T.

Μύρον, ου, τό, (a μύρω, fluo; succus aromaticus sponte promanans e myrrha vel σμύρνα, aeol. μύῤῥα, cuius multus apud veteres in unguentis usus erat Diod. Sic. 5, 41.) *unguentum* Matth. 26, 7. [9.] 12. Marc. 14, 3. 4. Luc. 7, 37. 38. 46. ut h. l. ita Xen. Conv. 2, 3. ἔλαιον et μύρον sibi opponuntur, illud vulgatius, hoc exquisitius. Cf. *Bornem.* schol. p. 48 sq. — Luc. 23, 56. Ioh. 11, 2. 12, 3. 5. Apoc. 18, 13. cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Salbe*. — pro שֶׁמֶן Prov. 27, 9. בֶּשֶׂם Cant. 4, 14. 16. (Diod. Sic. 1, 52. Ael. V. H. 9, 9. Xen. An. 4, 4. 13.)

Μυσία, ας, ή, *Mysia*, provincia Asiae minoris ad littus maris aegaei, propontidem inter et Lydiam, Ptolemaei vero tempore ea hujus provinciae pars, quae sita inter propontidem et Abydum Mysia minor appellabatur. Act. 16, 7. 8.

Μυστήριον, ίου, τό, (alii a μυέω, quod vid. alii a μυστήρ vel μυστής initiatus, derivant: a) quicquid difficiliorem intellectum speciemque secreti habet; b) arcana sacra, quae veritatem in profundo abstrusam patefacere creduntur, non nisi initiatis committenda, neque cum profanis hominibus ab initiatis communicanda, ita de mysteriis eleusiniis Diod. Sic. 4, 25. Ael. V. H. 13, 24. Dem. 1352, 19. cf. Lob. Aglaopham. Vol. 1. p. 85 et 89. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 515. in N. T.:) *res arcana, secretum, mysterium, Geheimniss*. Ita a) de rebus sensum reconditum habentibus Apoc. 17, 5. — λαλεῖν μυστήρια i. e. *quae nemo intelligit* 1 Cor. 14, 2. — b) de rebus, quarum ratio, conditio, significatio ignoratur, seq. gen. rei, ut τῆς βασιλείας τ. οὐρ. vel τ. θεοῦ *arcana* regni div. ratio vel conditio Matth. 13, 11. Marc. 4, 11. Luc. 8, 10. τῆς ἀνομίας = *secreta improbitatis consilia* 2 Thess. 2, 7. — Apoc. 1, 20. 17, 5. 7. — c) de doctrina divina, quippe quae per aeternitatem silentio tecta Christi temporibus primum ab apostolis et prophetis, quos spiritus div. erudivisset, perspecta est, ita in locis, ubi agitur de consilio Dei, salutem generis humani per Christum restituendi Rom. 16, 25. Eph. 3, 3. Col. 1, 26. 27. — 1 Cor. 2, 7. λαλοῦμεν — ἐν μυστηρίῳ exponimus sapientiam Dei *mysterium enuntiantes*, vel: *arcanam Dei doctrinam* i. e. *secretum Dei consilium dum enuntiamus*. Cf. ad h. l. *Meyer* p. 40. — Eph. 6, 19. γνωρίσαι τὸ μ. τοῦ εὐαγγελίου = τὸ μ. nempe τὸ εὐαγγέλιον [cf. de appositione genitivo casu nomini suo addita ἀπαρχή]. Appellatur autem h. l. doctrina div. μυστήριον tum quod sapientiae thesauros revera in se reconditos habet, tum quod sine apostoli et prophetae disciplina non cognosci potest. Ita *Fritzsche* l. l. — πάντα τ. μυστήρια 1 Cor. 13, 2. — seq. genit. nunc θεοῦ *secreta Dei doctrina* i. e. abdita Dei sapientia apostolis a Spir. div. extraordinaria aliqua institutione tradita 1 Cor. 4, 1. Col. 2, 2. nunc χριστοῦ i. e. *quam Christus primum evulgavit* Col. 4, 3. — nunc τῆς πίστεως i. e. *in qua fidem collocamus* 1 Tim. 3, 9. τῆς εὐσεβείας [vid. εὐσέβεια] v. 16? — d) de arcanis Dei consiliis vel decretis, ut faciendi per Christum ex coelicolis et hominibus piam et beatam familiam Eph. 1, 9. Apoc. 10, 7? vel: de paganis per Christum beandis, cuius decreti notitiam apostolis dedit Deus per Spiritum div. Eph. 3, 4 coll. v. 5. — v. 9. — e) de reconditioribus divinae sapientiae dogmatibus, ut de persona Iesu 1 Tim. 3, 16. vel de populo iudaico tum in divinam gratiam recipiendo, quum ethnicorum caterva ad Christi sacra transierit Rom. 11, 25. vel de mortalium in immortales mutatione 1 Cor. 15, 51. vel de necessitudine, quae est inter Christum et ecclesiam eius Eph. 5, 32. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 515 — 517.

Μυωπάζω, f. άσω, (oculos claudo, conniveo, ἀπὸ τοῦ μυεῖν τοὺς ὦπας, quod quia facere solent, qui nihil e longinquo vident) *caecutio, hebes sum oculis, proxima tantum cerno*. Semel in N. T. 2 Petr. 1, 9. (Aristotel. probl. sect. 31.)

Μώλωψ, ωπος, ὁ, *vibex*, i. e. *vestigium verberum in corpore remanens, Blutstriemen* [Plut. vit. Aemil. Paul. c. 19.], ita in verbis Iesaiae [53, 5.] ad Iesum patientem et crucis supplicium subeuntem translatis 1 Petr. 2, 24. — pro חַבּוּרָה Ies. l. l.

Μωμάομαι, ῶμαι, verb. dep. med. (μῶμος, macula, dedecus) *vitupero* aor. 1. p. ἐμωμήθην, *vituperatus sum* [vid. de hoc aor. pass. sub ἀπαρνέομαι notata] 2 Cor. 6, 3. — τινὰ ἔν τινι [vid. ἐν p. 173. col. 2.] 2 Cor. 8, 20. (Sap. 10, 14. Hom. Iliad. 3, 412.) Saepius non extat in N. T.

Μῶμος, ου, ὁ, *macula, dedecus* [propr. i. e. de vitio, quod in oculis incurrit Anthol. gr. T. I. p. 74. 75. ed. *Jacobs*.] de hominibus, qui dedecori sunt alicui, ut nos: *ein Schandfleck der Gesellschaft*, ita semel 2 Petr. 2, 13.

Μωραίνω, f. ρανῶ, (μωρός fatuus; fatuus sum, stulte ago Eur. Androm. v. 674.) *fatuum et insipidum reddo*, passiv. *fatuus, insipidus reddor*, a) propr. de rebus, quae saporem amittunt Matth. 5, 13. Luc. 14, 34. — b) metaph. pro: *stultum reddo* Rom. 1, 22. — ἐμώρανεν — τὴν σοφίαν — τούτου i. e. μωρὰν ἔδειξεν οὖσαν τὴν — τούτου 1 Cor. 1, 20. — ita pro סָכַל 2 Sam. 24, 10. Saepius non extat in N. T.

Μωρία, ας, ή, (μωρός) *fatuitas*, metaph. *stultitia*, de decretis, quae stulta aliis videntur. Ita quinquies: 1 Cor. 1, 18. 21. 23. 2, 14. 3, 19. (Sir. 20, 31. Thuc. 4, 64. Dem. 128, 10.)

Μωρολογία, ας, ή, (μωρός, λόγος) *stultiloquium*. Extat tantum Eph. 5, 4.

Μωρός, ά, όν, *fatuus* [propr. i. e. insipidus Dioscorid. 4, 18.] metaph. *stultus* i. e. a) *thöricht* Matth. 5, 26. ἀνδρὶ μωρῷ 23, 17. 19. 25, 2. 3. 8. — de personis, quae stultae, item de institutis, quae stulta videntur alicui. Ita τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ i. e. *instituta divina, quae hominibus stulta videntur* 1 Cor. 1, 25. — εἴ τις — μωρὸς γενέσθω *stultus fiat „er entäussere sich seiner eingebildeten Weisheit und werde* [durch den Glauben an das reine, einfache Evang.] *ein Solcher, den er jetzt für thöricht hält."*

[ita *Meyer* p. 64.] 1 Cor. 3, 18. — τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου i. e. *qui hominibus huius seculi stulti videntur* [cf. de neutro ad personas pertinente ἀγενῆς] 1 Cor. 1, 27. — 1 Cor. 4, 10. — ζητήσεις μωραὶ *quaestiones stultae, futiles, inanes* 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. — pro נָבָל Deut. 32, 6. אויל Ies. 19, 11. נְבָלָה Ies. 32, 6. — b) ex hebr. *sceleratus* [„Hebraeis enim summae sapientiae *pium honestumque*, extremae stultitiae *impium esse* recte videbatur," verba *Fritzschii* Ev. Matth. p. 225.] Matth. 5, 22. Ita נָבָל Ps. 14, 1. נְבָלָה Ios. 7, 15.

Μωσῆς, έως, ὁ, vel μωϋσῆς, οῦ, ὁ, vel μωϋσεύς, έως, ὁ [vid. *Win.* p. 45. 65.], *Moses*, hebr. מֹשֶׁה, nom. propr. prophetae insignis, legislatoris Israelitarum eorumque ducis, cum ex Aegypto in Palaestinam migrarent a) propr. Matth. 8, 4. 17, 3. al. — b) metonym. *libri Mosis* Luc. 16, 29. 24, 27. al.

N

Ναασσών, ὁ, *Naason*, nom. pr. viri hebr. Matth. 1, 4. Luc. 3, 31.

Ναγγαί, ὁ, *Nangae, Naggai*, nom. propr. viri hebr. Luc. 3, 25.

Ναζαρέτ, [vel ναζαρέθ Matth. 21, 11. Ioh. 1, 46. 47. vid. *Griesb.* ed. *Schulz*, coll. *Schott*] ἡ, *Nazareth*, urbs Galilaeae inferioris, pertinens ad tribum Sabulonis prope Capernaum, sita in colle regionis amoenissimae, duodecim circiter milliaribus a monte Thabore distans; appellatur haec urbs Iesu patria, quod degebat ibi mater eius et quod in eadem educabatur Matth. 2, 23. 4, 13. 21, 11. Marc. 1, 9. Luc. 1, 26. 2, 4. 39. 51. 4, 16. Ioh. 1, 46. 47. Act. 10, 38. —

Ναζαρηνός, οῦ, ὁ, *Nazarenus*, nomen gentile, quo, quod Nazarethae educatus erat, Iesus insignitus legitur Marc. 1, 24. 10, 47. 14, 67. 16, 6. Luc. 4, 34.

Ναζωραῖος, ου, ὁ, 1) *Nazoraeus, Nazarethanus, Nazarenus*, cognomen a) Iesu [vid. ναζαρέτ, ναζαρηνός] Matth. 26, 71. Marc. 10, 47. Luc. 18, 37. 24, 19. Ioh. 18, 5. 7. 19, 19. Act. 2, 22. 3, 6. 4, 10. 6, 14. 22, 8. 26, 9. — b) asseclarum Iesu Act. 24, 5. — 2) terminatio graeca vocabuli hebraici נֵצֶר *surculus* [Ies. 11, 2.] Matth. 2, 23. ὅπως πληρωθῇ — ναζωραῖος κληθήσεται, *ut ratum fieret effatum illud prophetarum: surculus = Messias vocabitur.* Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 106 sq. *Meyer* Ev. Matth. p. 41.

Ναθάν, ὁ, *Nathan*, hebr. נָתָן, nom. propr. viri, qui Luc. 3, 31. commemoratur, diversus a propheta israelitico eiusdem nominis, cuius fit mentio 2 Sam. 7, 12. 1 Regg. 1, 34. 1 Chron. 30 [29], 29.

Ναθαναήλ, ὁ, *Nathanael*, discipulus Iesu et, ut videtur, idem, qui Luc. 6, 14. βαρθολομαῖος i. e. βὰρ θολμάϊ i. e. *filius Tholmai* appellatur Ioh. 1, 46 — 50. 21, 2.

Ναί, adverbium in N. T. ut apud Graecos affirmandi vim habens: *sane, profecto, recte* a) universe Matth. 9, 27. 11, 9. 26. 13, 51. 15, 27. 17, 24. 21, 16. Marc. 7, 28. Luc. 7, 26. 10, 21. 11, 51. 12, 5. Ioh. 11, 27. 21, 15. 16. Act. 5, 8. 22, 27. Rom. 3, 29. — 2 Cor. 1, 18. οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, i. e. *non erat nunc affirmans, nunc negans*, quibus verbis circumscribitur *res sibi non constans.* v. 19. ναὶ ἐν αὐτῷ [scil. χριστῷ] γέγονε *affirmatio in illo fuit* i. e. „*Zusage ist in ihm geworden*, scil. dass die göttl. Verheissungen sollen erfüllet werden = *in Christo ist factisch zugesagt worden*, dass etc." Ita *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 24. Philem. v. 20. Iac. 5, 12. Apoc. 1, 7. 14, 13. 16, 7. 22, 20. — (Xen. Mem. 1, 2. 36.) — Duplicatur ναί in animi severitate et voluntatis gravitate exprimenda Matth. 5, 37. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 241 fin. et de diplasiasmo supra sub αἴρω observata. — b) praefixo artic. τὸ ναί = *affirmatio* Iac. 5, 12. ἤτω — οὒ *sit autem affirmatio vestra* vera *affirmatio et negatio* vera *negatio* = *habeat simplex vestra affirmatio et negatio veritatem, ut iureiurando opus non sit.* 2 Cor. 1, 20. ὅσαι — ἐν αὐτῷ [scil. χριστῷ] τὸ ναί scil. γέγονε i. e. *in Christo rata facta sunt, in und an ihm sind sie bestätigt worden.* — de verbis 2 Cor. 1, 17. vid. sub ἵνα p. 238. col. 2. et de h. l. displasiasmo paulo ante monita. — Saepius non habetur in N. T.

Ναΐν, ἡ, *Nain*, nomen urbis Galilaeae, haud procul distantis ab urbe Capernaum et monte Thabor Luc. 7, 11.

Ναός, οῦ, ὁ, *templum* a) proprie. Dicitur in N. T. aa) de templo hierosolymitano i. e. α) de sancto sanctorum templi hierosolymitani Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. Luc. 23, 45. — templi τῆς καινῆς ἱερουσαλήμ de coelo demittendi Apoc. 3, 12. 7, 15. 11, 19. 14, 15. 17. 15, 5. 6. 8. 16, 1. 17. Ita pro הֵיכָל 1 Regg. 6, 5. (ita ναός de fano, in quo erant ἀγάλματα Deorum Diod. Sic. 1, 15. 97. Hdian. 7, 3. 13. Xen. Mem. 3, 8. 13.) — β) universe i. q. ἱερόν incluso τῷ ναῷ Matth. 23, 16. 17. 21. 26, 61. 27, 5. Marc. 14, 58. 15, 29. Ioh. 2, 20. 2 Thess. 2, 4. — γ) de singulis partibus templi hieros., ut de sancto vel sanctuario Luc. 1, 9. 21. 22. Apoc. 11, 1. 2. — de atrio sacerdotum Matth. 23, 35. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Tempel.* — bb) de templo quocunque, *fani* sens. Act. 17, 24. [7, 48.] — de aediculis efformatis ad exemplum templi Dianae Ephesini Act. 19, 24. (Diod. Sic. 20, 14.) — b) metaph. aa) de corpore Iesu Ioh. 2, 19. 21. — bb) de Christianis et ecclesia Christi, quatenus in iis ex doctrina N. T. habitat τὸ πνεῦμα ἅγιον 1 Cor. 3, 16. 6, 19. 2 Cor. 6, 16. Eph. 2, 21. — Saepius non extat in N. T.

Ναούμ, ὁ, [terminat. gr. νάουμος, ου, ὁ, Ios. Ant. 9, 11. 3.] *Nahum*, hebr. נַחוּם nom. propr. viri hebr. Luc. 3, 25.

Νάρδος, ος, ἡ, (Nardus i. e. Andropogon Nardus L. *Spickennarde*, ex genere graminum, quae Bartgräser appellantur; reperitur in provincia indica Rangamati; e foliis et radicibus huius aliarumque plantarum, ut nardi indicae, paratur oleum praestantissimum, quo vel puro vel mixto cum aliis veteres utebantur ad unguenta Athen. 15, 13. Theophr. H. Pl. 9, 7. Dioscorid. 1, 6. Tibull. 2, 2. 7. Horat. Epod. 5, 59. cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Narde.* — in N. T.) *oleum nardicum.* Ita bis in N. T. μύρον νάρδου *unguentum nardi* Marc. 14, 3. Ioh. 12, 3.

Νάρκισσος, ου, ὁ, *Narcissus*, nomen propr. viri, qui, ut visum est *Grotio*, *Neandro* [Gesch. der Pflanz. d. chr. Kirche Vol. 1. p. 361.] fuit libertus Claudii imperatoris isque potentissimus Rom. 16, 11 coll. Sueton. Claud. c. 28. Tacit. Annal. 12, 57. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc. et *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 328.

Ναυαγέω, ῶ, f. ήσω, (ναῦς, ἄγνυμι frango) *naufragium facio* 2 Cor. 11, 25. (Diod. Sic. 1, 31. Xen. Cyr. 3, 1. 24.) — metaph. περὶ τὴν πίστιν [= *fidem quod attinet* vid. περί] ἐναυάγησαν i. e. *iacturam fecerunt* τῆς πίστεως 1 Tim. 1, 19. (Phil. de somn. p. 1128.) Saepius non legitur in N. T.

Ναύκληρος, ου, ὁ, (ναῦς, κλῆρος) *nauclerus, navicularius* i. e. *dominus navis, qui mercede homines et merces traiicit.* Extat tantum Act. 27, 11. (Pol. 4, 6. 1. Xen. An. 7, 2. 12. Mem. 2, 6. 38.)

Ναῦς, νεώς, ἡ, (νάω, νεύω fluo) *navis.* Legitur tantum Act. 27, 41. — pro אֳנִיָּה 1 Regg. 9, 26. 27. (Diod. Sic. 2, 17. Xen. Mem. 3, 9. 11.)

Ναύτης, ου, ὁ, *nauta.* Ter in N. T. Act. 27, 27. 30. Apoc. 18, 17. (Dem. 801, 11. Xen. H. G. 7, 1. 12.)

Ναχώρ, ὁ, [terminat. gr. ναχώρης, ου, ὁ, Ios. Ant. 1, 6. 5.] *Nachor*, hebr. נָחוֹר nom. propr. viri hebr. Luc. 3, 34.

Νεανίας, ου, ὁ, (νεάν, νέος) *adolescens, iuvenis.* Quinquies in N. T. Act. 20, 9. 23, 17. 18. 22. — pro נַעַר

Iudd. 16, 26. (Lucian. Dial. Deorr. 15, 4. Ael. V. H. 2, 4. Xen. Mem. 3, 1. 2.) — de eo, *qui est florente aetate* vel *de homine*, 23 — 40. *annos nato* Act. 7, 58. Ita נַעַר Gen. 41, 12. (Lat. iuvenis Sallust. Catil. 38. 1.)

Νεανίσκος, ου, ὁ, (νέος) *iuvenis, adolescens.* Decies in N. T. Matth. 19, 20. 22. Marc. 14, 51. 16, 5. Luc. 7, 14. Act. 2, 17. 5, 10. 1 Ioh. 2, 13. 14. οἱ ν' ita pro עֶלֶם 1 Sam. 20, 22. (Plut. apophth. Mor. 2. p. 29. ed. *Tauchn.* Ael. V. H. 2, 44.) — de militibus Marc. 14, 51. Vid. tamen de h. l. lect. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 645. *Meyer* Ev. Marc. p. 220. *Schott* coll. *Griesb.* ed. *Schulz* et *de Wette* Ev. Marc. p. 188. Ita pro נַעַר Ios. 2, 1. 2. 2 Sam. 2, 14. (Hdian. 7, 6. 3. Diod. Sic. 17, 7.)

Νεάπολις, εως, ἡ, *Neapolis,* urbs et portus Macedoniae in littore maris aegaei in sinu strymonico, Chalcidensium colonia. Act. 16, 11. (Strabo 7. p. 330.)

Νεεμάν, ὁ, *Naaman,* hebr. נַעֲמָן nom. propr. viri, qui fuit princeps militiae regis Syriae Luc. 4, 27.

Νεκρός, οῦ, ὁ, I) substantive: 1) *corpus mortuum, cadaver,* ut ὀστᾶ νεκρῶν Matth. 23, 27. (Ael. V. H. 12, 27. Hdian. 4, 15. 16. Xen. An. 4, 2. 18.) — 2) *mortuus, der Verstorbene, der Todte, vita defunctus.* Legitur ita a) cum artic. aa) univ. ut Luc. 7, 15. ὁ νεκρός *mortuus ille* v. 12. memoratus. Matth. 8, 22. et Luc. 9, 60. ἄφες — νεκρούς *sine mortuos suos mortuos* [= *suae sortis homines*] *sepelire,* nec refer hoc officium ad viventes. Cf. de hac paradoxa sententia, qua non esse, quod ab itinere secum faciendo absterreatur ὁ μαθητής Matth. 8, 21. commemoratus curâ mortui, qui a quovis aeque recte efferri possit, Iesus graviter admonuit, *Fritzsche* Ev. Matth. p. 323. *Käuffer* de biblica ζωῆς αἰωνίου notione p. 34 sq. — bb) in locis, ubi, quae dicuntur, ad universum hominum mortuorum genus pertinent [vid. de hoc pluralis usu sub ἄνθρωπος p. 32 col. 1. adnotata], ut περὶ δὲ τῶν ν. ὅτι ἐγείρονται Marc. 12, 26. ἡ ἀνάστασις, vel ἡ ἐξανάστασις τῶν ν. Matth. 22, 31. 1 Cor. 15, 42. Phil. 3, 11. — Luc. 20, 37. 24, 5. Ioh. 5, 21. 25. Rom. 4, 17. 1 Cor. 15, 29. 35. 52. 2 Cor. 1, 9. Hebr. 11, 35. Apoc. 11, 18. 20, 5. 12. 13 bis. — ὁ πρωτότοκος τῶν ν. vel ἐκ τῶν ν. *princeps mortuorum, qui in vitam redierunt* Apoc. 1, 5. Col. 1, 18. — de locis 1 Thess. 1, 16. Apoc. 14, 13. vid. ἐν p. 171 col. 2. — ἐγείρω τινὰ ἐκ τῶν ν. i. e. *e mortuorum coetu* = *ex orco* [vid. ἐκ p. 148 init.] *resuscito* vel *revoco aliquem* Col. 2, 12? 1 Thess. 1, 10? de horum l. lectione ἐκ νεκρῶν sine artic. vid. *Griesb., Schott, Knapp, Win.* p. 117. — ἐγείρομαι ἀπὸ τῶν ν. i. e. *a mortuis discedens ad superos redeo* [vid. ἀπό p. 42 col. 2. init.] Matth. 14, 2. 27, 64. 28, 7. — ἀναστῆναι ἐκ τῶν ν. *ad novam vitam redire* trop. *ad meliorem mentem redire,* ita in uno loco prophetico Eph. 5, 14. nescio unde citato. Cf. *Käuffer* l. l. p. 95. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 485. — — b) sine articulo: νεκρός i. e. aa) *ein Todter,* νεκροί *Todte, Verstorbene* Apoc. 16, 3. αἷμα ὡς νεκροῦ sanguis veluti *mortui* i. e. *sanguis similis sanguini occisi.* γίνομαι ὡσεὶ νεκρός = *mortuo similis sum* Marc. 9, 26. ita de hominibus ita exterritis, ut mortui esse videantur Matth. 28, 4. — ἐγείρω νεκρούς *ich wecke Todte auf* Matth. 10, 8. Act. 26, 8. νεκροὶ ἐγείρονται *Todte stehen auf* Matth. 11, 5. Luc. 7, 22. 1 Cor. 15, 16. 29. 32. — Act. 17, 32. ἀκούσαντες ἀνάστασιν νεκρῶν *als sie von einer Todtenerweckung hörten.* Cf. de hoc plur. sub voc. ἄνθρωπος ad Matth. 9, 8. observata et *Meyer* Act. Apost. p. 235. *de Wette* Act. Apost. p. 118 sq. — ἀνάστασις ν. οὐκ ἔστιν *Todtenerweckung ist ein Unding* 1 Cor. 15, 12. 13. — de verbis ἐπὶ νεκροῖς = *bei eingetretenen Todesfällen* Hebr. 9, 17. vid. ἐπί p. 197 col. 1. et de plur. *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. p. 568. — — bb) pluralis νεκροί sine articulo legitur, ubi alias [vid. supra sub no. 2. a. bb. monita] habetur: οἱ νεκροί *die Todten* [vid. de articuli absentia *Win.* p. 113. 116.], ut ζῶντες καὶ νεκροί Act. 10, 42. Rom. 14, 9. 2 Tim. 4, 1. 1 Petr. 4, 5. — οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς θεὸς [vid. tamen de hoc altero θεός *Fritzsche* Ev. Marc. p. 533.] νεκρῶν Deus non est Deus *mortuorum* i. e. *hominum plane exstinctorum* vel *ita vita defunctorum, ut nulla prorsus sit reditus in vitam olim futuri spes,* ita in disputatione cum Sadducaeis τὴν ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν negantibus Matth. 22, 32. Marc. 12, 27. Luc. 20, 38. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 665. — ἀνάστασις νεκρῶν Act. 23, 6. 24, 15. vid. tamen de h. l. lect. *Griesb., Schott, Meyer, de Wette.* — Act. 24, 21. 26, 23. vid. de h. l. sub voc. ἀνάστασις et ἐκ p. 149 init. notata. — Rom. 1, 4. quo l. ἀνάστασις νεκρῶν pro: ἀ. ἐκ νεκρῶν. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 12. *de Wette* ep. P. ad Rom. p. 9. — ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν = *ex orco, ex inferis* [vid. supra monita], item ἡ ἀ. ἡ ἐκ νεκρῶν 1 Petr. 1, 3. Luc. 20, 35. Act. 4, 2. ζωὴ ἐκ νεκρῶν = ἀνάστασις i. e. *Versetzung in ein ewiges Leben* Rom. 11, 15. cf. ad h. l. ζωή p. 222. *Meyer, de Wette, Käuffer* l. l. p. 68. 74. 78. — ἀνίστημι vel ἐγείρω τινὰ ἐκ νεκρῶν Act. 17, 31. — Ioh. 12, 1. 9. 17. Act. 3, 15. 4, 10. 13, 30. Rom. 4, 24. 8, 1. Gal. 1, 1. Eph. 1, 20. Col. 2, 12. 1 Thess. 1, 10. Hebr. 11, 19. — ἀναστῆναι vel ἐγείρεσθαι ἐκ νεκρῶν Matth. 17, 9. Marc. 9, 9. 10. 12, 25. Luc. 16, 31. 24, 46. Ioh. 20, 9. Act. 10, 41. 17, 3. — Marc. 6, 14. 16. Luc. 9, 7. Ioh. 2, 22. 21, 14. Rom. 6, 4. 9. 7, 4. 1 Cor. 15, 12. 20. 2 Tim. 2, 8. — τις ἀπὸ νεκρῶν *mortuorum aliquis* Luc. 16, 30. —

II) adiective: νεκρός, ά, όν, *mortuus, a, um* a) proprie aa) univ. ut γίνομαι νεκρός *mortuus sum* Apoc. 1, 18. 2, 8. αἴρομαι νεκρός Act. 20, 9. vid. αἴρω. — καταπίπτω νεκρός Act. 28, 6. πίπτω ὡς νεκρός Apoc. 1, 17. εὑρίσκω τινὰ νεκρόν Act. 5, 10. — Luc. 15, 24 et 32. νεκρὸς ἦν i. e. *mortuus credebatur.* Cf. *Käuffer* l. l. p. 50. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 119. *Meyer* Ev. Luc. p. 351. — (Lucian. dial. deorr. 7, 4.) — bb) hyperbolice vel per prolepsin [cf. *Käuffer* l. l. p. 67. 93. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 118. 485.] *certo periturus, morti aeternae addictus* Apoc. 3, 1. Rom. 8, 10. (Arrian. diss. epict. 3, 10. 15. 3, 22. 41. ubi τὸ σωμάτιον vel τὸ σῶμα τὸ φύσει νεκρόν habetur.) — addito ἐν statum vel conditionem alicuius indicante Col. 2, 13. Cf. *Käuffer* l. l. p. 93. *Fritzsche* l. l. p. 485. — addito τινί i. e. *propter aliquid* [vid. de dat. causam indicante ἁμαρτία] Eph. 2, 1. 5. — cc) adiuncta *inertiae* et *inutilitatis* notione, ut τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν Iac. 2, 26. Cf. *Theile* ep. Iac. p. 144. — b) tropice aa) pro: *disiunctus ab aliqua re, todt für etwas, is qui plane valedixit alicui rei* [cf. *Win.* p. 193. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 396.] ut τῇ ἁμαρτίᾳ Rom. 6, 11. abest dativus τῇ ἁμαρτίᾳ facile ex antecedd. [v. 2 — 5. 8.] cogitatione repetendus. v. 13. παριστάνετε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας *velut homines, qui ex mortuis vivatis* i. e. *qui, postquam olim cum baptismo peccatis plane renunciastis, vitam nunc habeatis* pietati dicandam. Cf. *Käuffer* l. l. p. 70. 71. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 400. 404 sq. — bb) pro: *carens vita, vi et effectu,* ut χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία [cf. de Peccato personae dignitatem habente sub voc. ἁμαρτία observata et *Käuffer* l. l. p. 70. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 36 sq.] νεκρά scil. ἐστίν i. e. *sine Mosis lege peccato vita et vis et nervi desunt.* — Iac. 2, 17. 20 et 26. πίστις νεκρά *fides emortua* i. e. *fides effectu fructuque carens.* Cf. *Theile* l. l. p. 126. 144. — Hebr. 6, 1. 9, 14. ἔργα νεκρά *facta mortua* i. e. *facta, quorum nulla est ad spem vitae futurae nutriendam vis.* Cf. *Böhme* ep. ad Hebr. p. 250. *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. p. 153 sq. (ita νεκρὸς λόγος oratio persuadendi vi carens Arrian. diss. epict. 3, 23. 29. et emortuus Plaut. Epidic. 3, 1. 13. quid te igitur retulit beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est?) Saepius non extat in N. T.

Νεκρόω, ῶ, f. ώσω, (νεκρός) *interficio, neco.* Ter in N. T. a) νενεκρωμένος, η, ον *mortuus* [propr. Anth. gr. Vol. 4. p. 276. ed. *Jac.*] i. e. *emortuus, intermortuus, decrepitus* Rom. 4, 19. Hebr. 11, 12. — b) trop. Col. 3, 5. νεκρώσατε — γῆς *mortuos facite artus vestros terrenos* i. e. *valedicite* vel *plane renuntiate vitiis, ad quae invitare solent τὰ μέλη — γῆς,* ut πορνείαν, ἀκαθαρσίαν κλ.

Νέκρωσις, εως, ἡ, (interfectio, a νεκρόω passive:) = τὸ νενεκρῶσθαι, *das Abgestorbensein* a) proprie i. e. *mors, quam obieris,* ita 2 Cor. 4, 10. τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ, ἐν τῷ σώματι ἡμῶν περιφέροντες. — b) trop. *torpor consummatus, gänzliche Kraftlosigkeit* Rom. 4, 19. (ita in senario Astrampsychi, quem post Νεκρῷ λέγουσα affert Suidas νεκροὺς ὁρῶν νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.) Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 244. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 80. Saepius non legitur in N. T. —

Νέος, α, ον, *iuvenilis, e, iung, iugendlich* a) de personis c. art. ὁ νέος, *iuvenis* Tit. 2, 4. — pro נַעַר Gen. 37, 2. Prov. 22, 15. (Aeschin. Dial. Socr. 1, 7. 11 et 12. Xen. Ven. 9, 8.) — b) de rebus: *recens, novus*, ut οἶνος νέος Matth. 9, 17. Marc. 2, 22. Luc. 5, 37—39. (Xen. Cyr. 1, 6. 38.) νέον φύραμα 1 Cor. 5, 7. διαθήκη νέα *„ein iugendlicher, frischer, weit entfernt veraltet zu sein und zu werden, wie der bisherige"* Hebr. 12, 24. cf. ad h. l. *Bleek* ep. ad Hebr. 12, 24.; de verbis Col. 3, 10. vid. sub ἄνθρωπος p. 34 col. 1. fin. notata. — Saepius non habetur in N. T.

Νεοσσός, οῦ, ὁ, (νέος) *pullus*. Legitur tantum Luc. 2, 24. quo loco in codd. forma serioris aevi νοσσός. Cf. *Knapp, Griesb.* ad h. l. ed. *Schulz*; item *Lobeck* ad Phryn. p. 206 sq. — pro בֵּן Prov. 30, 7. יֶלֶד Ioh. 38, 41. (Hom. Iliad. 2. v. 311. Ael. V. H. 1, 6. Xen. Oec. 7, 34.)

Νεότης, ητος, ἡ (νέος), *iuventus, adolescentia* i. e. vel *status iuventutis, die Jugend, das Jungsein* 1 Tim. 4, 12. — vel *aetas iuvenilis, adolescentia* Matth. 19, 20. Marc. 10, 20. et Luc. 18, 21. ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου i. e. *inde a iuventute mea*. Act. 26, 4. — pro נְעוּרִים Gen. 8, 21. עֲלוּמִים Iob. 20, 11. (Hdian. 1, 3. 3. Diod. Sic. 17, 7. Xen. Mem. 2, 1. 31.) Saepius non extat in N. T.

Νεόφυτος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (νέος, φύω planto, gigno) *recens plantatus* metaph. pro: *nuperrime ad Jesu doctrinam adductus*. Ita semel in N. T. 1 Tim. 3, 6. Proprie legitur pro נֶטַע Ies. 5, 7. נֶטַע Iob. 14, 9.

Νέρων, ωνος, ὁ, *Nero*, imperator rom. crudelitate moribusque dissolutis, in subscriptione ep. P. 2 Tim. 4, 23. suspecta.

Νεύω, f. εύσω, *nuo, nutu significo*. Bis in N. T. τινί, seq. infinit. ut πύθεσθαι, λέγειν = *dass er erforschen, reden solle* [vid. sub ἀπαγγέλλω in fin. monita] Ioh. 13, 24. Act. 24, 10. (Ael. V. H. 14, 22. Hdian. 1, 6. 10.)

Νεφέλη, ης, ἡ, *nebula, nubes* (demin. a νέφος nubes) Matth. 17, 5. de h. l. lect. ν. φωτός eine Wolke *aus Lichtmaterie* praeferenda lectioni ν. φωτεινή vid. *Griesb.* ed. *Schulz, Fritzsche* Ev. Matth. p. 550. coll. *Knapp* et *Meyer* ad h. l. Marc. 9, 7. 13, 26. Luc. 9, 34. 35. 12, 54. de h. l. lect. τὴν νεφέλην, in codd. νεφέλην vid. *Griesb.* ed. *Schulz* et *Win.* p. 102. — Luc. 21, 27. Act. 1, 9. 1 Cor. 10, 1. 2. 1 Thess. 4, 17. Iud. v. 12. Apoc. 1, 7. 10, 1. 11, 12. 14, 14—16. αἱ ν. τοῦ οὐρανοῦ Matth. 24, 30. 26, 64. Marc. 14, 62. — pro עָנָן Gen. 19, 13. 14. שַׁחַק Ps. 36, 6. עָב Iudd. 5, 4. (Diod. Sic. 3, 44. Xen. An. 1, 8. 8.) Saepius non legitur in N. T.

Νεφθαλείμ, ὁ, [terminat. gr. νεφθαλής, οῦ, ὁ, Ios. Ant. 2, 7. 4.] *Nephthalim* vel *Naphthali* hebr. נַפְתָּלִי, nom. propr. viri, qui fuit septimus filiorum Iacobi Apoc. 7, 6. — metonym. *posteri Nephthalim, Nephthalitae* Matth. 4, 14. 15.

Νέφος, εος, ους, τό, *nubes* [propr. Diod. Sic. 1, 38. 3, 33. Hdian. 1, 14, 4.] trop. pro: *copia, multitudo*. Semel in N. T. Hebr. 12, 1. νέφος μαρτύρων. (νέφος τοσοῦτο ἀνθρώπων Hdot. 8, 109. Apollon. Argon. 5, 398. et νεφέλη ἀκρίδων Diod. Sic. 3, 28. ita nubes equitum Liv. 35, 49. nubes densa Laconum Sil. 6, 336.)

Νεφρός, οῦ, ὁ, *ren.* οἱ νεφροί *renes, die Nieren.* Semel in N. T. Apoc. 2, 23. coll. Ps. 7, 10. 26, 2. ubi hebr. כְּלָיוֹת.

Νεωκόρος, ου, ὁ, (νεώς vel ναός, κορέω verro; qui templum verrebat vel purgabat, aedituus; deinde, qui templum ornat vel curat, ut ornatus suus et splendor templo constet Ios. de bell. Iud. 1, 9. 6. Xen. An. 5, 3. 6.) cognomen honorificum civitatis, quae huius vel illius Dei Deaeve praecipuam curam habebat: *cultrix*. Ita Ephesus appellatur Act. 19, 35.

Νεωτερικός, ή, όν, (νεώτερος) *iuvenili aetati* vel τῷ νεωτέρῳ *conveniens*. Extat tantum 2 Tim. 2, 22. τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε. (Pol. 10, 24. 7. Ios. Ant 16, 11. 7.)

Νεώτερος, α, ον, (comparat. adiect. νέος) *iunior aetate, jünger*, a) universe Ioh. 21, 18. Act. 5, 6. 1 Tim. 5, 1. 2. 11. 14. Tit. 2, 6. 1 Petr. 5, 5. — pro קָטֹן Gen. 42, 13. נַעַר Iudd. 8, 20. (Cebet. Tab. c. 2. Dem. 242, 15.) — b) = *minor natu* Luc. 15, 12. 13. — adiuncta dignitatis notione = *inferior dignitate* Luc. 22, 26. — Saepius non extat in N. T.

Νή, particula in affirmationibus et iuramentis adhiberi solita, sequente accusativo, ubi Lat. *per*, nos: *bei*. Legitur tantum 1 Cor. 15, 31. — pro חַי Gen. 42, 15. 16. (Lucian. Dial. Deorr. 7, 2. Ael. V. H. 1, 33. Xen. Cyr. 1, 3. 10.) Cf. *Buttm.* §. 137. *Matth.* §. 606.

Νήθω, f. νήσω, (νέω) *neo, filium duco*. Bis in N. T. Matth. 6, 28. Luc. 12, 27. — pro טָוָה Exod. 35, 25. שָׁזַר Exod. 26, 31. (Anthol. gr. III. p. 63. ed. *Jacobs*.)

Νηπιάζω, f. άσω, (νήπιος q. v.) *infans sum*. Legitur tantum 1 Cor. 14, 20. de h. l. dat. τῇ κακίᾳ = *in Ansehung der Bosheit* vid. ἀγαλλιάω.

Νήπιος, ία, ιον, (νή, syllaba inseparabilis negandi vim habens, ἔπος) *infans* a) propr. i. e. *unmündig* Matth. 21, 16. 1 Cor. 13, 11. — pro עוֹלֵל Ps. 8, 3. Ier. 44, 7. (Diod. Sic. 1, 74. Hdian. 1, 5. 9. Polyb. 24, 8. 10.) — de puero nondum adulto Gal. 4, 1. — b) metaph. *rudis, indoctus* Matth. 11, 25. et Luc. 10, 21. Rom. 2, 20. 1 Cor. 3, 1. νήπιος ἐν χριστῷ. Vid. ἐν p. 171 col. 1. — Gal. 4, 3. Eph. 4, 14. Hebr. 5, 13. Ita pro פְּתָאִים Ps. 19, 8. — 116, 16. (Hom. Od. 8, 419. 442. Plut. Symp. 3, 10. 3. Lucian. Halcyon. §. 5.) Saepius non extat in N. T.

Νηρεύς, έως, ὁ, *Nereus*. Nomen propr. viri Rom. 16, 15.

Νηρί, ὁ, *Neri*. Nomen propr. viri Luc. 3, 27.

Νησίον, ου, τό, (demin. a νῆσος) *parva insula*. Semel in N. T. Act. 27, 16.

Νῆσος, ου, ἡ, *insula*. Novies in N. T. Act. 13, 6. 27, 26. 28, 1. 7. 9. 11. Apoc. 1, 19. 6, 14. 16, 20. — pro אִי Gen. 10, 5. (Diod. Sic. 3, 43. Xen. H. G. 4, 8. 7.)

Νηστεία, ας, ἡ, (νηστεύω) *ieiunium, das Fasten*. Octies in N. T. Matth. 17, 21. ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. Marc. 9, 29. Luc. 2, 37. Act. 14, 23. [1 Cor. 7, 5. vid. de h. l. lect. *Griesb., Knapp, Schott, Meyer, de Wette* verba τῇ νηστείᾳ omittentes.] 2 Cor. 6, 5. 11, 27. — de ieiunio magno Iudaeorum Act. 27, 9. Cum autem ieiunium magnum Iudaeorum incideret in diem decimum mensis Tisri, qui pars est Septembris et Octobris nostri, tempori autumnali circumscribendo inservit, quo periculosae esse solent navigationes. Ita h. l. οἱ ο' pro צוֹם 2 Sam. 12, 16. (Ael. V. H. 5, 20. Diod. Sic. 1, 82.) — Lege quidem mosaica unum modo idque publicum sancitum erat ieiunium, privatis ieiuniis arbitrio cuiusvis relictis: post exilii vero tempora Iudaeos cum omnes, tum eos, qui Pharisaeorum decreta sequerentur, tantam constat tribuisse ieiuniis vim, ut ad cultum Deo exhibendum necessaria esse opinarentur; imo quo maiorem sanctitatis laudem sibi conciliarent, bis singulis hebdomadibus ieiunia egerunt. Uti autem ieiunia pleraque unius tantum erant diei, et, qui agerent ea, omni cibo abstinebant vestitu lugubri incedentes, ita in ieiuniis plurium dierum cibis tantum consuetis abstinebant. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Fasten*.

Νηστεύω, f. εύσω, (νῆστις quod v.) *ieiunium ago*, ita de personis, quae ieiunium agentes omni cibo abstinebant, absolute Matth. 6, 16—18. 9, 14 bis. Marc. 2, 18 ter. v. 19 bis. Luc. 5, 33. 34. 18, 12. Act. 10, 30. 13, 2. 3. — pro צוּם Iudd. 20, 26. (Ael. V. H. 5, 20.) — adiuncta luctus notione, cum ieiunia agentes incedere solerent cultu lugubri Matth. 9, 15. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. — de ieiunia plurium dierum: Matth. 4, 2. Saepius non habetur in N. T.

Νῆστις, ὁ, ἡ, genit. antiquitus νήστιος Hom.

Odyss. 18, 369. Iliad. 19, 207. vel νήστιδος Athen. 7, 79, 126. plural. νήστεις (νή, ἐσθίω) ieiunus, impransus. Bis in N. T. Matth. 15, 32. Marc. 8, 3. in quibus l. si pro νήστεις codices nonnulli habent νήστις vid. de hac forma ionica, contracta ex nominat. νήστιες et accus. νήστιας Matth. §. 80, not. 6. Buttm. §. 45, 2. gram. max. §. 50, 3. Lob. ad Phryn. p. 326. Fritzsche Ev. Marc. p. 797. (Singularis ὁ, ἡ νῆστις Plutarch. Cato mai. c. 23. plur. Dionys. Hal. Rhetor. 11, 16.)

Νηφάλιος, ιον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (νήφω) *sobrius, maxime qui vino abstinet.* Ter in N. T. 1 Tim. 3, 2. 11. Tit. 2, 2. (Anth. gr. T. IV, 13. ed. *Jacobs.* Ios. Ant. 3, 12. 2.)

Νήφω, f. ψω, *sobrius sum* [propr. i. e. de eo, qui ebrius non est Xen. Cyr. 7, 5. 20.] metaph. *vigil, cautus, attentus sum.* Sexies in N. T. 1 Thess. 5, 6. 8. 2 Tim. 4, 5. 1 Petr. 1, 13. 4, 7. 5, 8. (Pol. 31, 21. 14. Hdian. 2, 15. 1.)

Νίγερ, ὁ, *Niger*, cognomen Simeonis cuiusdam Act. 13, 1.

Νικάνωρ, ορος, ὁ, *Nicanor*, nomen propr. unius ex septem diaconis ecclesiae apostolicae Act. 6, 5.

Νικάω, ῶ, f. ήσω, *vinco* a) intrans. *superior sum, superior discedo* Rom. 3, 4. ὅπως — νικήσῃς = *damit du als gerechtfertigt dastehest.* (Xen. Mem. 4, 4. 17.) — b) transit., sq. accus. *vinco aliquem, supero* aa) universe, sq. accus. pers. Luc. 11, 22. (Diod. Sic. 4, 57. Polyb. 6, 58. 13. Xen. Mem. 2, 6. 35.) — sq. acc. rei et ἐν c. dat. rei, in qua occupatus est aliquis [vid. ἐν p. 167 col. 1.] Rom. 12, 21. νικᾶσθαι ὑπό τινος ibid. (Diod. Sic. 4, 14. Thuc. 1, 76.) — bb) de Iesu, item de cultoribus Iesu victoriam deportantibus de τῷ αἰῶνι τούτῳ, de τῷ πονηρῷ et quibuscunque personis et rebus rei christianae adversantibus, ut ὁ νικῶν = *victor* [vid. ἀδικέω] vel *quicunque victoriam deportaverit* Apoc. 2, 11. 3, 5. 21, 7. — de nominat. absol. in verbis Apoc. 2, 26. 3, 12. 21. 2, 7. 17. — 1 Ioh. 5, 4. 5. Apoc. 12, 11. 17, 14. additur infin. epexegeticus [vid. βασανίζω] Apoc. 5, 5. — de perfecto Ioh. 16, 33. 1 Ioh. 2, 13. 14. 4, 14. quatenus ad futuri significationem accedat, vid. supra sub ἐάν p. 119 init. notata. — sq. ἐκ τινος Apoc. 15, 2. Vide ἐκ p. 151 col. 1 med. — cc) de adversariis rei christianae per tempus superantibus et opprimentibus eam Apoc. 11, 7. 13, 7. Saepius non legitur in N. T.

Νίκη, ης, ἡ, *victoria* [propr. Xen. Cyr. 2, 1. 8. Diod. Sic. 11, 12.] ex usu loq. Iohanneo: *causa* vel *praesidium victoriae.* Ita semel 1 Ioh. 5, 4 αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη, ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν.

Νικόδημος, ου, ὁ, *Nicodemus*, nomen propr. Pharisaei et assessoris synedrii magni, noctu Iesum adeuntis Ioh. 3, 1. postea eundem defendentis Ioh. 7, 50. crucifixum denique cum Iosepho Arimatheensi honeste sepeliendum curantis 19, 39. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc.

Νικολαΐτης, ου, ὁ, *Nicolaita, Nicolai sectator*, nomen, ut videtur, ficticium et symbolicum, respondens hebr. בִּלְעָם, composito ex בָּלַע i. e. νικάω et עָם i. e. λαός, sic, ut Apoc. 2, 6. 15. κρατοῦντες τὴν διδαχὴν νικολαϊτῶν sint iidem, qui v. 14. appellantur κρατοῦντες τὴν διδαχὴν βαλαάμ. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Nikolaus.*

Νικόλαος, ου, ὁ, *Nicolaus*, nom. propr. unius ex septem diaconis ecclesiae apostolicae Act. 6, 5. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc.

Νικόπολις, εως, ἡ, *Nicopolis.* Plures olim extabant huius nominis urbes, alia ad Nestum in Thracia sita, alia *actiaca* appellata et ab Augusto in Epiro condita, alia denique Ciliciae; sed harum urbium quam in mente habuerit Paulus Tit. 3, 12. certo definiri nequit. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc.

Νῖκος, εος, ους, τό, *victoria.* Quater in N. T. Matth. 12, 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν i. e. *donec victoriam paraverit doctrinae verae.* Vide de h. l. sub voc. κρίσις fin. notata. — 1 Cor. 15, 54. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος *absumta est mors ita, ut devinceretur.* Cf. supra sub εἰς p. 143 col. 2. monita. v. 55. 57. (Anthol. gr. T. III. p. 242. ed. *Jacobs.*) Esse hoc vocabulum non admodum antiquum, admonuit *Lobeck* ad Phryn. p. 647. *Herm.* diss. de Orph. p. 821.

Νινευΐ, ἡ, *Ninive*, Graecis et Romanis *Ninus*, metropolis regni assyriaci, quam alii ad orientale, alii ad occidentale fluminis Tigridis littus sitam, omnes vero antiquitatis scriptores immensae fuisse magnitudinis tradiderunt. — Luc. 11, 32. (Diod. Sic. 2, 3. 3, 1 et 7. Hdot. 1, 50 et 193. Plin. H. N. 6, 13.) Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc.

Νινευΐτης, ου, ὁ, *Ninivita* Matth. 12, 41.

Νιπτήρ, ῆρος, ὁ, (νίπτω q. v.) *pelvis, vas manibus pedibusque lavandis aptum.* Extat tantum Ioh. 13, 5.

Νίπτω, f. ψω, (Graeci antiquiores νίζω, madefacio, lavo cf. *Lobeck* ad Phryn. p. 241. *Passow* sub h. voc. *Buttm.* §. 101. gram. max. §. 114. *Rost* §. 54. *Win.* p. 83. *lavo*, dicitur plerumque de iis, qui manus vel pedes lavant et quemadmodum lotiones apud Iudaeos usitatissimae erant, ita pedum lotio opus erat servile eademque apud eosdem in primis humanitatis officiis hospiti praestandis ponebatur. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub vocabulis *Gastfreiheit, Gastmahl, Mahlzeit.* — Activum: sq. acc. Ioh. 13, 5. 6. de h. l. praesenti quatenus futurascat vid. αἴρω p. 11 col. 1 init. — v. 8. 12. quo l. ἔνιψε = *laverat.* Vid. ἀλείφω. — v. 14. 1 Tim. 5, 10. — Medium: *me lavo* Ioh. 9, 7. addito εἰς c. acc. rei [vid. εἰς p. 140 col. 2 fin.] v. 7. v. 11. 15. — sq. acc. obiecti propioris [vid. ἀλείφω], ut τὰς χεῖρας *lavo manus meas* Marc. 7, 3. — Ioh. 13, 10. — additur per abundantiam pronom. pers. ut τὸ πρόσωπόν σου Matth. 6, 7. 15, 2. — οἱ ο' pro רָחַץ Exod. 30, 18. 19. שָׁטַף Levit. 15, 11. 12. (Artemidor. 5, 55.)

Νοέω, ῶ, f. ήσω, (νόος, quod v.; video, ut ὀφθαλμοῖς Hom. Iliad. 24, 294. sensibus percipio aliquid Hom. Iliad. 2, 522.) 1) *mente agito, animum adverto, attendo* Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. Rom. 1, 20. τὰ γὰρ ἀόρατα θεοῦ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται 2 Tim. 2, 7. (Hom. Iliad. 8, 596. Xen. 3, 4. 44.) — 2) *intelligo* Matth. 15, 17. οὔπω νοεῖτε. 16, 9. 11. Marc. 7, 18. 8, 17. Ioh. 12, 40. Eph. 3, 4. 20. 1 Tim. 1, 7. de h. l. particip. resolvendo per: *quamquam* vid. ἀγανακτέω et εἰμί p. 130 fin. — Hebr. 11, 3. — pro בִּין Prov. 1, 2. 6. (Diod. Sic. 5, 31.) Saepius non legitur in N. T.

Νόημα, τος, τό, (νοέω) 1) *cogitatio* Phil. 4, 7. — 2) *mens* i. e. vel *intellectus, Verstand* 2 Cor. 3, 14. 4, 4. — vel *animus, Herz, Gemüth* 2 Cor. 11, 3. — 3) *consilium*, de pravis consiliis 2 Cor. 2, 11. 10, 5. (3 Macc. 5, 30. Hom. Od. 2, 127.) Saepius non legitur in N. T.

Νόθος, ου, ὁ, ἡ, *nothus, spurius*, i. e. *filius ex pellice natus* [cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. p. 882 sq. *Böhme* ep. ad Hebr. p. 662 sq.] Semel in N. T. Hebr. 12, 8. (Ael. V. H. 6, 10. Xen. An. 2, 4. 25.)

Νομή, ῆς, ἡ, (νέμω pasco; pastio, τὸ pascere Xen. Oec. 7, 10.) *pascuum, pabulum* Ioh. 10, 9. νομὴν εὑρήσει *pabulum habebit.* Sensus imaginis: *bonis gaudebit.* — ita pro מִרְעֶה Gen. 47, 5. מַרְעִית Ps. 74, 1. נָוֶה Prov. 24, 15. (Xen. Cyr. 3, 2. 20.) — νομὴν ἔχω *pabulum habeo*, trop. de rebus, ut de sermonibus gangraenae instar latius serpentis 2 Tim. 2, 17. (de igne Pol. 1, 48. 5. de ulceribus Pol. 1, 81. 6. Diod. Sic. 12, 12.) Saepius non legitur in N. T.

Νομίζω, f. ίσω, 1) *in usu habeo*; νομίζομαι, *in usu sum, soleo* Act. 16, 13. οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι i. e. *ubi ex more erat locus precandi.* (Diod. Sic. 13, 113. Hdian. 6, 1. 9. Aelian. V. H. 6, 12. Xen. Cyr. 8, 7. 1. et Anab. 1, 2. 27.) — 2) *habeo aliquem pro aliquo* [i. e. tracto aliquem tamquam aliquid, τὴν αἰχμαλωτὸν γυναῖκα ἐνόμιζεν Conon. Narrat. 44.] i. e. *censeo, arbitror*, ut ὡς ἐνομίζετο Luc. 3, 23. — sq. acc. c. inf. vel praesentis Luc. 2, 44. Act. 7, 25. 8, 20. 17, 29. 1 Cor. 7, 26. 1 Tim. 6, 5. (Xen. An. 6, 1. 29. Cyr. 1, 4. 5.) — vel perfecti Act. 14, 19. 16, 27. — sq. ὅτι loco acc. c. inf. Matth. 5, 17. 10, 34. 20, 10. Luc. 3, 23. Act. 21, 29. — sq. infin. praesentis, ubi id, quod quis futurum putat, iam fit vel fieri coeptum est [cf. *Herm.* ad Soph. OC. v. 91. *Ast* ad Plat. legg. p. 204. et αἴρω p. 11 col. 1.] 1 Cor. 7, 36. (Diod. Sic. 14, 14. Xen. Ages. 2, 3.)

Νομικός, ή, όν, (νόμος) 1) *ad legem pertinens* Tit. 3, 9. — 2) *legis peritus, ein Rechtsverständiger* Tit. 3, 13.

ζηνᾶν τὸν νομικὸν — πρόπεμψον. (Anthol. gr. T. IV. p. 28. ed. *Jacobs*. Diog. Laert. 6, 54.) — 3) ὁ νομικός pl. οἱ νομικοί, *interpres et doctor legis mosaicae* i. e. qui sacras litteras et traditiones patrias Iudaeorum scrutabatur, interpretabatur et in quaestionibus legis mosaicae difficilioribus responsa dabat, idem fere, qui alias appellatur γραμματεύς Matth. 22, 35. Luc. 7, 30. 10, 25. 11, 45. 46. 52. 14, 3. — Saepius non extat in N. T.

Νομίμως, adv. (νόμος) *legitime, legibus convenienter, rite.* Bis in N. T. 1 Tim. 1, 8. 2 Tim. 2, 5. (Arrian. diss. epict. 3, 10. 8. — ἀθλεῖν νομίμως quid sit, docet Epict. Enchirid. c. 29. Xen. Mem. 4, 4. 1.)

Νόμισμα, τος, τό, (νομίζω — more vel lege receptum et sancitum) *numisma, nummus, moneta,* cuius quippe valor νενόμισται i. e. more et lege sancitus est. Semel in N. T. Matth. 22, 19. τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. (Diod. Sic. 11, 26. Hdian. 2, 15. 9. Xen. Cyr. 4, 6. 12.)

Νομοδιδάσκαλος, ου, ὁ, (νόμος, διδάσκαλος) *legis doctor et interpres*, de legis mosaicae doctoribus et interpretibus = νομικός vel γραμματεύς. Vid. νομικός et γραμματεύς Luc. 5, 17. Act. 5, 34. — de Christianis, qui legem mos. per Christum nondum abrogatam esse, sed pristinam suam vim et auctoritatem etiam in ecclesia christiana habere contendebant 1 Tim. 1, 7. cf. *Leo* ep. P. ad Tim. 1. p. 8.

Νομοθεσία, ας, ἡ, (νόμος, τίθημι) *legislatio* Rom. 9, 4. ὧν ἡ νομοθεσία i. e. *quibus contigit legislatio celebratissima ac splendidissima illa.* (Ita articulus legitur Diod. Sic. 4, 77. vid. *Poppo* ad h. l. Ita νομοθεσία Diod. Sic. 1, 3 et 94. Polyb. 4, 81. 12.) — Alii, in quibus *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 259. Rom. 9, 4. νομοθεσίαν esse existimant, *leges mosaicas* vel *complexum legum mosaicarum*, legi ita adserentes hoc vocabulum 2 Macc. 6, 23. (Ioseph. de Macc. c. 5. Philo libr. I. de vita Mosis p. 157. E. Dionys. Hal. Ant. rom. 2, 63. περιλαβὼν δὲ ἅπασαν τὴν περὶ τὰ θεῖα νομοθεσίαν γραφαῖς.)

Νομοθετέω, ῶ, f. ήσω, (νομοθέτης) 1) *legem fero* [sq. dat. *person.*, ut νομοθετῶν αὐτὸς αὐτῷ Dem. 1286, 8. περὶ λυκούργου τοῦ λακεδαιμονίοις νομοθετήσαντος Xen. Apol. §. 15. lege praescribo, τί, ut ἃ ἐγὼ ἐνομοθέτησα Diod. Sic. 1, 27. ἃ περὶ ἑκάστων ἐνομοθέτησε Philo de charit. 5. p. 701 D. τὰ δίκαια νομοθετεῖν Xen. Mem. 4, 4. 25. τινί τι, ut ἃ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ ἐνομοθέτησεν Xen. Lacon. 5, 1.] passivum: νομοθετέομαι, οῦμαι, perf. pass. νενομοθέτημαι, plusqpf. νενομοθετήμην [cf. de huius v. augmento *Buttm.* §. 78, not. 4. gram. max. §. 86, not. 8. *Rost* §. 68. I. 3. *Matth.* §. 170. et de augmenti absentia in plusqperf. sub δίδωμι notata] *lex datur mihi, legem accipio* [cf. de nominat. *personae*, quae, si (ut Dem. l. l. Xen. Apol. l. l.) activum legitur, utpote sistens obiectum remotius, casu tertio ponitur, sub ἀναφαίνω monita], sq. ἐπί c. dat. conditionem indicante, sub qua fit aliquid [vid. ἐπί p. 188 col. 1.] Hebr. 7, 11. ὁ λαὸς — νενομοθέτητο i. e. *legem accepit populus sub conditione eius* scil. ἱερωσύνης i. e. *ita, ut subiectus esset sacerdotio levitico.* De h. l. tum interpretandi rationibus, tum lectione, variante in verbis νενομοθέτητο et νενομοθέτηται, item in verbis ἐπ' αὐτῇ et ἐπ' αὐτῆς *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Böhme* et *Bleeck* Vol. 2. p. 353—357. (cum nominat. rei et dat. personae apud τοὺς ο' legitur Deut. 17, 10. ὅσα ἂν νομοθετεθῇ σοι.) Cf. *Win.* p. 238. — 2) *legem sancio*, passiv. *lege sancior* seq. ἐπί c. dat. ratio et conditio ubi, indicatur, qua nititur aliquid Hebr. 8, 6. ἥτις — νενομοθέτηται *quod* [scil. foedus] *legis vi sancitum melioribus nititur conditionibus.* Saepius non extat in N. T.

Νομοθέτης, ου, ὁ, *legislator*. Legitur tantum Iac. 4, 12. (Diod. Sic. 1, 94. Xen. Mem. 1, 2. 31.)

Νόμος, ου, ὁ, (a νέμω, divido, distribuo; pars assignata, das Zugetheilte, hinc: id, quod in usu est: mos, usus Lucian. Dial. Mort. 14, 8.) 1) *lex, das Gesetz* a) universe. Legitur ita aa) sine artic. = *ein Gesetz*, ut διὰ ποίου νόμου Rom. 3, 27. in locis communibus Rom. 4, 15. οὗ — παράβασις. 5, 13. ἁμαρτία — νόμου. — ἕτερος νόμος *alia lex* scil. quam illa, quam dedit Deus. Rom. 7, 23. coll. v. 22. — νόμος ἁμαρτίας Rom. 7, 25. vid. de his verbis statim post ad Rom. 7, 23. observata. — νόμος δικαιοσύνης *lex integritatem gignens* vel *afferens*, Rom. 9, 31 bis. Quo loco si verbis νόμος δικαιοσ. uti maluit Paulus, quam uno δικαιοσύνης vocabulo vid. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. 2. p. 355. sq. — κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς Hebr. 7, 16. Cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. p. 371. alii aliter, vid. intra. — (Diod. Sic. 1, 94. Hdot. 1, 90. Xen. Mem. 1, 2. 41.) — bb) c. artic. ut ὁ νόμος τοῦ πνεύματος *lex, quam scribit spiritus div. vitam aeternam largiens*, quibus verbis declaratur *vis spiritus div. vitam* aeternam *largientis* Rom. 8, 2. ὁ νόμος τοῦ νοός it. τῆς ἁμαρτίας *lex quam praescribit* ὁ νοῦς it. ἡ ἁμαρτία, quibus verbis significatur *vis, quam mens, it. peccatum exercet in aliquem, ita, ut eum gubernet et moderetur* Rom. 7, 23 8, 2. Cf. de his l. et de ἁμαρτίᾳ et νοΐ personae dignitatem habentibus *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 68 sq. et p. 88. —

b) de lege revelata vel divina i. e. aa) de lege mosaica, et quidem α) de legibus *singulis* ac *certis* mosaicis e contextu accuratius cognoscendis. Ita ὁ νόμος c. artic. Matth. 12, 5. coll. Num. 28, 9. — Luc. 2, 22 27. 39. coll. Exod. 13, 2. — Ioh. 7, 23. Act. 15, 5. 21, 20. 24. coll. Lev. 12, 3. — Ioh. 7, 51 coll. Deut. 1, 16 sq. 19, 15. — Ioh. 8, 5 coll. Lev. 20, 10. — Ioh. 8, 17 coll. Deut. 17, 6. — Ioh. 19, 7. coll. Lev. 24, 16. — 1 Cor. 9, 8. 9 coll. Deut. 25, 4. — 1 Cor. 14, 34. quo l. ὑποτάσσεσθαι respicere videtur locum Gen. 3, 16. — ὁ ν. τοῦ ἀνδρός [vid. de genit. obiecti ἀγάπη et sub ἄζυμος monita] i. e. *lex ad maritum pertinens* vel *de marito lata* Rom. 7, 2. — abest genit. Rom. 7, 3 coll. v. 2. (ita ὁ τῆς βλάβης νόμος Dem. 525, 13. 527, 28.) — sine artic. νόμος, ut νόμον ἔχομεν, *wir haben ein Gesetz* Ioh. 19, 7. — λαληθείσης — πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον *lecta omni praeceptione secundum legem* scil. Exod. 20, 18. 19. 24, 3. vel: *lecto omni praecepto legis* Hebr. 9, 19. Cf. *Bleeck* l. l. p. 571. *Böhme* ep. ad Hebr. p. 423. De h. l. lect. κατὰ νόμον praeferenda lectioni κατὰ τὸν ν. vid. *Bleeck* l. l. *Schott*, *Böhme*, *Knapp*, *Griesb.* — Iac. 2, 8 coll. Lev. 19, 18. — β) de lege mos. *tota*. Ita ὁ νόμος c. artic. = *das Gesetz Mosis* Matth. 5, 18. 22, 36. 23, 23. Luc. 16, 17. Ioh. 1, 17. 7, 19 bis. 18, 31. Act. 6, 13. 7, 53. 13, 39. 15, 24? 18, 13. 15? 21, 28. 22, 12. 23, 3. 29. 24, 6. 25, 8. Rom. 2, 17. 18. 20. 23. 26. 27. 3, 19. 4, 15. ὁ γὰρ ν. — κατεργάζεται. 7, 4. 6. 7 bis. 12. 16. 21. εὑρίσκω — παράκειται, ita ordina: εὑρίσκω ἄρα, ὅτι τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸν νόμον [τούτεστι], τὸ καλόν, παράκειται ἐμοὶ τὸ κακὸν *reperio igitur, mihi, qui legem mos. observare* h. e. *honeste agere velim, mihi, inquam, inhonesta in promtu esse.* Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 57. *Bornem.* schol. p. LXVII. aliter *Win.* p. 495 sq. — Rom. 7, 14. vid. de h. l. πνευματικός. — v. 22. 8, 3. 7. 1 Cor. 15, 56. Gal. 2, 21. 3, 5. 17. 19. 21. 23. 24. 4, 21. 5, 3. 13. 14. Eph. 2, 15. 1 Tim. 1, 8. Hebr. 7, 5. cf. ad h. l. *Bleeck* l. l. p. 332. — v. 19. 28 bis. 9, 22. 10, 1. 8. Iac. 2, 9. 10. — Formulae notandae: ὁ πατρῷος ν. Act. 22, 3. οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου *auditores legis mos.* Rom. 2, 13. „Scilicet Iudaeorum vulgus legem mos. tum didicit non legendo, sed audiendo, cum synagogas adiret, ubi singulis sabbatis [Act. 15, 21.] legis locus recitaretur" *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 113. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Synagogen*. — οἱ ποιηταὶ τοῦ ν. *qui legi mos. satisfaciunt* Rom. 2, 13. τελεῖν τὸν ν. *legi mos. satisfacere* Rom. 2, 27. πληροῦν τὸ δικαίωμα τοῦ ν. ἔν τινι *ratam facere in* [= *an*] *aliquo sententiam legis absolutoriam* Rom. 8, 4. cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 103 sq. — δικαιοσύνη ἡ ἐκ τοῦ ν. [vid. δικαιοσύνη] Rom. 10, 5. τὸ σπέρμα [scil. Abrahami] τὸ ἐκ τοῦ ν. [vid. ἐκ p. 150 col. 1 fin.] Rom. 4, 16. τὰ παθήματα τὰ διὰ τοῦ ν. [vid. διά p. 97 col. 1. vel p. 98 col. 1. coll. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 16 sq.] Rom. 7, 5. οἱ ἐν τῷ ν. [vid. ἐν p. 167 col. 2] Rom. 3, 19. τὰ τοῦ νόμου = *quae habet lex mos.* i. e. *legis mos. praecepta* Rom. 2, 14. τὸ ἔργον τοῦ νόμου [vid. ἔργον p. 199 col. 2 fin.] Rom. 2, 15. ὁ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως [vid. ἐκ p. 150 col. 1 fin.] Gal. 3, 12. — — *sine* artic. [de cuius in talibus omissione vid. *Win.* p. 116.] Luc. 2, 23. 24. Act. 18, 15? Rom. 2, 14 bis. 25. 27. 3, 20. 31 bis. 4, 13. 5, 20. 7, 1. 7. 8. 9. 25. 13, 8. 10. Gal. 5, 23. 6, 13. Hebr. 7, 12. 10, 28. Iac. 2, 11. — Formulae notandae: ἄχρι νόμου i. e. *usque ad legis mos. promulgationem* Rom. 5, 13. εἰ γὰρ ἐκ νόμου — κληρονομία [vid. ἐκ p. 151 col. 1.] Gal. 3, 18. οἱ ἐκ νόμου = *Mosis discipuli* [vid. ἐκ p. 150 col. 1 fin.] Rom. 4, 14. εἶναι ἐξ ἔργων νό-

μου i. e. *operam dare factis, quae lex mos. postulat* [vid. ἐκ l. l.] Gal. 3, 10. χωρὶς νόμου = *sine legis opera* Rom. 3, 21. ἁμαρτάνω ἐν νόμῳ i. e. *dum legem habeo, beim Gesetz* [vid. ἐν p. 169 col. 1.] Rom. 2, 12. κρίνεσθαι διὰ νόμου v. 13. εἶναι ὑπὸ νόμον *legi mos subiectum esse* vel *legi mos. observandae obstrictum esse* Rom. 6, 14. 15. Gal. 5, 18. οἱ ὑπὸ νόμον *legi mos. subiecti*, ita in circumscriptione Iudaeorum 1 Cor. 9, 20. Gal. 5, 5. 21. κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς *secundum legem mos.* habentem ἐντολὰς σαρκικάς Hebr. 7, 16. Vid. de h. l. supra ab initio monita. — νόμον πράσσειν = *legi mos. satisfacere* Rom. 2, 25. ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος, concise pro: δῆλον, ὅτι — ἑαυτοῖς — νόμος *manifestum est*, eos — haec [scil. mos.] *legem sibi ipsos scribere* scil. natura duce vel magistra Rom. 2, 14. Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 116 sq. — τέλος νόμου — χριστός i. e. *finem habet lex mos. in Christo* = *Christus legem mos. antiquavit* Rom. 10, 4. cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 377. — δεδέσθαι ἀνδρὶ νόμῳ i. e. *legis mos. vi et imperio* Rom. 7, 2. [1 Cor. 7, 39. vid. tamen de h. l. lect. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Meyer*, *de Wette.*] ἔργα νόμου *facta, quae lex mos. postulat eique consentanea* Rom. 3, 20. 28. [9, 32. vid. tamen de h. l. lectione Criticos modo laudatos.] Gal. 2, 16 ter. 3, 2. 5. — διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον *per legem mos. legi mos. mortuus sum* i. e. *ipsa lex mos. cum δικαιοῦν με non posset, mei me iuris fecit atque a suo imperio liberavit* Gal. 2, 19. Cf. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 71. δικαιοῦσθαι ἐν νόμῳ i. e. *dum legi mos. obsequor* [vid. ἐν p. 166. col. 2 med.] Gal. 3, 11. 5, 4. δικαιοσύνη ἡ ἐν νόμῳ [vid. ἐν p. 168 col. 2.] Phil. 3, 6. δικαιοσύνη ἡ ἐκ νόμου Phil. 3, 9. vid. supra ad Rom. 10, 5. monita. — κατὰ νόμον [i. e. vel: *si legem mos. spectaveris* vel *disciplinâ*] φαρισαῖος Phil. 3, 5. Cf. *Hölem.* ep. P. ad Phil. p. 244. — bb) de lege div. per Christum revelata, ita ὁ νόμος τοῦ χρ. Gal. 6, 2 coll. 5, 14. et Ioh. 13, 34. 15, 12. — διὰ νόμου πίστεως *per legem, quae fidem postulat* ex opp. τοῦ νόμου τῶν ἔργων Rom. 3, 27. „Apte nimirum" inquit *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 205. coll. *Meyer* p. 89. „disciplina christiana νόμος vocatur, cum et ipsa nobis leges imponat, v. c. ut Deo pareamus et pie vivamus." — Iac. 1, 25. νόμος τέλειος ὁ τῆς ἐλευθερίας *lex perfecta eaque libertatis* i. e. *lex perfecta eaque libertatem tum a legis tum a vitiorum et errorum servitute efficiens*. 2, 12. κρίνεσθαι διὰ νόμου ἐλευθερίας. Cf. *Theile* ep. Iac. p. 78. 119. — — cc) de utraque lege revelata Iac. 4, 11 quater. Cf. *Theile* l. l. p. 236 sq. —

2) ex metonym. partis pro toto; *codex V. T.* cum articulo ita appellatur a potissima V. T. parte h. e. a Pentateucho [cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 176 sq.] Ita ὁ νόμος Luc. 10, 26. Ioh. 7, 49. 10, 34. 12, 34. 15, 25. Rom. 3, 19. 1 Cor. 14, 21. (2 Macc. 2, 18.) — ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται Matth. 7, 12. 11, 13. Luc. 16, 16. Ioh. 1, 46. Act. 13, 15. 24, 14. 28, 23. Rom. 3, 21. (2 Macc. 15, 9. Ios. bell. iud. 7, 5. 7.) — adde Matth. 5, 17. — ὁ νόμος — καὶ οἱ προφῆται καὶ ψαλμοί Luc. 24, 44. — Saepius non extat in N. T.

b) = *procido, prosternor, prolabor* aa) proprie *de personis, quae stantes* vel *erectae procidunt, niederfallen*, ut de iis, quae metu perculsae procidunt vel quae a malo genio correptae prolabuntur, sq. *ἐπὶ πρόσωπόν μου* Matth. 17, 6. — sq. *παρὰ τοὺς πόδας τινος* Apoc. 1, 17. — sq. *ἐπὶ τὴν γῆν* vel *εἰς τὸ ἔδαφος* Act. 9, 4. 22, 7. *π. χαμαί* Ioh. 18, 6. ad quem l. cf. *Meyer* Ev. Ioh. p. 244. coll. *Lücke* Vol. 2. p. 461. *Hase* Leben Iesu §. 135. — sq. *ἐπὶ τῆς γῆς* [vid. *ἐπί* p. 185 col. 2.] Marc. 9, 20. — de hominibus, qui repontina morte correpti vel gladio peremti prolabuntur, ita *στόματι μαχαίρας* [de quo dat. vid. *γλῶσσα*] Luc. 21, 24. (Xen. An. 1, 9. 31.) — absol. Act. 5, 5. 1 Cor. 10, 8. Hebr. 3, 17. coll. Num. 14, 36. 25, 9. — sq. *παρὰ τοὺς πόδας τινος* Act. 5, 10. — de personis, quae supplices rogant aliquem aliquid, iunct. c. *δεῖσθαι, παρακαλεῖν* sq. *ἐπὶ πρόσωπον* Luc. 5, 12. seq. *εἰς* vel *παρά* vel *πρὸς τοὺς πόδας τινος* Matth. 18, 29. vid. de h. l. lect. *Fritzsche, Schott, de Wette, Schulz* lect. *εἰς τ. π.* contra *Griesb., Meyer, Theile* tuentes. — Marc. 5, 22. Luc. 8, 41. — iunct. c. *προσκυνεῖν* Matth. 18, 26. *πεσὼν — προσεκύνει αὐτῷ.* de quo verbositatis genere vid. sub *ἀνίστημι* notata. — de personis preces ad Deum facientibus, sq. *ἐπὶ τῆς γῆς* Marc. 14, 35. vel *ἐπὶ πρόσωπόν μου* Matth. 26, 39. iunct. c. *προσκυνεῖν* seq. *ἐπὶ πρόσωπον* 1 Cor. 14, 25. — de personis adorantibus vel reverentiam testantibus, ut *πεσὼν προσκυνέω* Matth. 2, 11. 4, 9. *πίπτω καὶ προσκυνῶ* Apoc. 5, 14. 9, 4. *πίπτω* sq. inf. finali [vid. *ἄγω*] Apoc. 22, 8. — sq. *ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τινος* et addito inf. finali Apoc. 19, 10. — sq. *ἐπὶ τὸ πρόσωπόν μου καὶ προσκυνῶ* Apoc. 7, 11. 11, 16. — sq. *ἐνώπιόν τινος* Apoc. 5, 8. addito *προσκυνεῖν* 4, 10. — iunct. c. *προσκυνεῖν* et addito *ἐπὶ τοὺς πόδας* Act. 10, 25. — *αὐτοῦ εἰς τ. πόδας* Ioh. 11, 32. de positu genit. *αὐτοῦ* vid. *Win.* p. 177 et de verborum h. l. ordine *Griesb.* ed. *Schulz, Schott, Knapp, Meyer, Theile.* — — de *domibus, muris, turribus, urbibus*, quae cum erectae steterint vel stetisse cogitentur, procidunt vel ruunt = *corruo, collabor, einstürzen, niederstürzen*, absol. Matth. 7, 25. 27. Luc. 6, 49. Hebr. 11, 30. in imaginibus apocalypseos Apoc. 14, 8. 18, 2. de horum l. diplasiasmo vid. *αἴρω* no. 4. — Apoc. 16, 19. — sq. *ἐπί τινα, ἐπί τι* Luc. 11, 17. 13, 4. — comparatur familia et theocratia Davidis ad imum redacta tabernaculo collapso Act. 15, 16. (Xen. h. gr. 5, 2. 5.) — —

bb) metaph. α) = *pecco, delinquo*, uti enim qui recte facit, stare cogitatur, ita qui male agit, cecidisse existimatur [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 461.] Rom. 11, 22. 14, 4. 1 Cor. 10, 12. — β) = *pereo*, corruere enim dicuntur, qui pereunt Apoc. 17, 10. — de personis, quibus ademta est salus messiana Rom. 11, 11. cf. ad h. l. *Fritzsche* l. l. — Hebr. 4, 11. — ita pro נָפַל Ps. 27, 2. Prov. 24, 16. — (Diod. Sic. 13, 37. Hdot. 8, 16.) — γ) = *de statu prospero deturbor*, ut enim qui statu prospero utuntur, stare, ita qui dignitate privantur, cadere dicuntur Apoc. 2, 5. *μνημόνευε — πόθεν πέπτωκας.* (Cicer. ad Attic. 4, 16. non recordor, *unde ceciderim*, sed unde resurrexerim. *τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα πεσόντα πάλιν ἔγειρεν* Diod. Sic. 13, 37.) — δ) ex Hebraeorum dicendi ratione = *irritus sum*, ut de praeceptis legis mos. Luc. 16, 17. — Ita de promissis div. pro נָפַל Ios. 23, 14. (Similiter Plat. Euthyphr. §. 17. *οὐ χαμαὶ πεσεῖται, ὅ,τι ἂν εἴποις.* Propert. 1, 17. 4. *vota cadunt.* Liv. 2, 31. *irrita cadunt promissa.*) — Saepius non legitur in N. T.

Πισιδία, ας, ἡ, *Pisidia*, nomen regionis, ab incolis Pisidis nomen ducentis, sitae maximam partem in Tauro monte et inter Pamphyliam, Phrygiam, Lyciam et Galatiam Act. 13, 14. 14, 24.

Πιστεύω, f. *εύσω*, a. 1. *ἐπίστευσα* pf. *πεπίστευκα*, plusqpf. *πεπιστεύκειν* [Act. 14, 23. cf. de plusqpf. absque augm. sub *δίδωμι, βάλλω* adnotata — a *πίστις* fides]

1) *fidem habeo, credo, persuasum mihi habeo*, ich glaube.

a) refertur ad res in facto positas vel externas [fides *historica* cf. *Theile* ep. Iac. p. 153. *Schulz* die christliche Lehre v. Glauben p. 77 sq.] sq. *accus. rei* = *verum aliquid habeo, persuasum mihi est, revera esse aliquid*, ut *τοῦτο* Ioh. 11, 26. *πάντα* 1 Cor. 13, 7. *τὴν ἀγάπην* 1 Ioh. 3, 16. (Hdian. 8, 3. 22.) — Passiv. *πιστεύεταί τι creditur aliquid, verum habetur aliquid* [cf. *Win.* p. 227. *Schulz* l. l. p. 87.], ut *τὸ μαρτύριόν τινος ἐπί τινα* 2 Thess. 1, 10. — sq. *ὅτι* = acc. c. inf. [vid. *ὅτι*] Ioh. 6, 69. 8, 29. 10, 38. *ἵνα — πιστεύσητε, ὅτι — αὐτῷ.* 11, 27. de h. l. perf. vid. sub *ἀγαπάω* monita. v. 42. 13, 19. quo l. *ἵνα πιστεύητε* = *ut augeatur fides vestra* vel: *quo magis credatis.* Cf. *Meyer* Ev. Ioh. p. 39. — 14, 10. 16, 17. 30. *ἐν τούτῳ* [i. e. *quae cum ita sint*, vid. *ἐν* p. 168 init.] *πιστεύομεν, ὅτι κλ.* 17, 8. 20. 20, 31. *ἵνα πιστεύσητε — χριστός.* Act. 9, 26. Rom. 6, 8. 10, 9. 10. 1 Thess. 4, 14. Hebr. 11, 6. Iac. 2, 19. *σὺ πιστεύεις — ἐστί.* 1 Ioh. 5, 16. (Hdian. 1, 14. 10. sq. *ὡς* Xen. Hier. 1, 37.) — *περί τινος, ὅτι* Ioh. 9, 18. — sq. *acc. c. inf.* Act. 8, 37. *πιστεύω, τὸν υἱὸν — χριστόν.* Vide tamen de h. l. lect. *Griesb., Knapp, Schott, Meyer, de Wette.* (Hdian. 5, 4. 1 et 5. Xen. Hier. 8, 17.) — abest ab infinit. accus. *subiecti*, quippe quod latet in verbo *πιστεύομεν* Act. 15, 11. Cf. *Win.* p. 294 et sub *αἰτέω* in fine notata. — sq. *εἰς* c. acc. rei = *ἔχω πίστιν εἴς τι fidem habeo versum in aliquid* i. e. *fidem adiungo alicui rei* 1 Ioh. 5, 10. de h. l. perf. vid. *ἀκούω, ἀγαπάω.* — absolute i. e. sine mentione rei, quam credit aliquis, e contextu facile cognoscendae, ut *μὴ πιστεύσητε* scil. *ὅτι ἐστὶν ὧδε ὁ χριστός* Matth. 24, 23. 26. Marc. 13, 21. *οὐ μὴ πιστεύσητε* scil. *ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ χριστός* Luc. 22, 67. — Ioh. 1, 51 coll. v. 50. 3, 12 bis. 10, 25. 26. coll v. 24. 12, 47. *καὶ μὴ πιστεύσῃ* scil. *τὰ ῥήματά μου* vel [vid. infra] *τοῖς ῥήμασί μου.* — 16, 31. vid. vv. praecedentia. — 19, 35. scil. *ὅτι ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ.* — 20, 8. 25. 29 bis, scil. in vitam Iesum rediisse. coll. v. 10. 25. Act. 8, 37. *πιστεύεις.* Vide tamen de h. l. lect. supra notata. — Rom. 10, 10. *καρδίᾳ* [*mit dem Herzen* vid. *γλῶσσα*] *πιστεύεται glaubt man* coll. v. 9. — 1 Cor. 11, 18. *πιστεύω,* scil. *ὅτι σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχουσιν.* Iac. 2, 19. de h. l. neutro plur. cum verbo plur. vid *ἀκολουθέω.* — (Hdian. 4, 4. 10. Thuc. 1, 1.) — additur *διά τι propter aliquid* Ioh. 14, 11. de h. l. *μοί* post *πιστεύετε* suspecto vid. *Griesb.* ed. *Schulz, Schott.* Vid. tamen *Meyer, Theile* ad h. l. — additur *ἐπί* cum dativo rei conditionem indicantis, quae, ut animus hoc vel illo modo moveatur, in causa est [vid. *ἐπί* p. 187 col. 2.] Luc. 24, 25. *πιστεῦσαι* [scil. *ὅτι ζῇ ὁ ἰησοῦς* coll. v. 23.] *ἐπὶ πᾶσιν — προφῆται* i. e. *bei allen dem, was die Propheten geredet haben, cum in promtu habeatis omnia, quae vaticinati sunt prophetae.*

seq. *dativo personae* [propr. fidem habeo propter aliquem vel propter aliquid vid. de dat. causae sub *ἁμαρτία*

observata et de obiecto remotiori *Theile* ep. Iac. p. 153.] = *confido alicui*, *ich traue Jemandem* [ita Gen. tab. c. 7 et 31. Xen. An. 1, 2. 2. 1, 9. 8. Cyr. 1, 6. 9. Thuc. 7, 69.] ita de personis fidem habentibus alicui affirmanti aliquid, *der Versicherung Jem. trauen*, ubi nos: *Jemandem glauben*, *fidem habeo alicui*, *fidem adiungo alicui*, addito ὅτι = πιστεύω τινὶ λέγοντι ὅτι Ioh. 4, 21. 14, 11. Act. 27, 25 coll. v. 23. 24. — abest propositio per ὅτι cum verbo finito enuntiata, facile quippe e contextu cognoscenda, ut οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν scil. λέγουσιν ὅτι ἠγέρθη ὁ ἰησοῦς Marc. 16, 13. 14. — 1 Ioh. 4, 1. μὴ — πιστεύετε scil. ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν. — πιστεύειν τῷ ἰωάννῃ *confidere Iohanni*, *fidem habere Iohanni* scil. ὅτι ὁ θεὸς ἔπεμψεν αὐτὸν βαπτίζειν i. e. *persuasum sibi habere esse Iohannem divinitus legatum* Matth. 21, 25. 32 ter. Marc. 11, 23. 31. Luc. 21, 25. coll. Ioh. 1, 37. — Ioh. 5, 46. εἰ γὰρ πιστεύετε μωϋσῇ scil. λέγοντι ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει ὁ κύριος coll. Deut. 18, 15. Act. 3, 22. 7, 37. — Ibid. ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί scil. ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκεν coll. v. 36. — τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε *huic non confidite* scil. talem se profitenti. — 10, 37. μὴ πιστεύετέ μοι coll. v. 36. — v. 38. κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε scil. λέγοντι ὅτι ἀπέστειλέν με ὁ πατήρ coll. v. 36. — Act. 8, 12. 26, 27. πιστεύεις — τοῖς προφήταις. Ibid. οἶδα ὅτι πιστεύεις scil. αὐτοῖς. 1 Ioh. 5, 10. ὁ μὴ πιστεύων τῷ θεῷ scil. μαρτυρήσαντι, ὅτι ἰησοῦς ἐστιν ὁ χριστός coll. v. 9. (ἐπεὶ λέγουσιν ἡμῖν οὐ πεπιστεύκας Hdian. 2, 1. 23. Lysias p. 655, 4.) — seq. *dat. rei*, ut sermoni, veritati, mendacio, factis alicuius [vid. de hoc dat. paulo ante notata] = *fidem adiungo alicui rei*. Luc. 1, 20. 2, 22. 4, 50. 5, 47 bis. 10, 37. 12, 38. Act. 24, 14. Rom. 10, 16. 2 Thess. 2, 11. 12. (Hdian. 4, 9. 16.) —

b) refertur ad res ethicas vel ad res revocatas ad mentis vel conscientiae sententiam [fides *ethica* cf. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 290. 300 sq. *de Wette* ep. P. ad Rom. p. 141. 146.] *credo*, *certo persuasum habeo*, *ich glaube* i. e. *ich habe die feste moralische Ueberzeugung*, sq. infinit. ut φαγεῖν πάντα i. e. π. ὅτι ἔξεστιν φαγεῖν πάντα Rom. 14, 2. Cf. de notionibus *licere*, *debere*, *posse* reticeri solitis haud raro *Fritzsche* Ev. Marc. p. 167. et supra sub ἀπαγγέλλω observata. —

c) refertur in libris N. T. ad hominum cum Deo necessitudinem diciturque de illorum *indole* et *qualitate* vel *conditione*, qui existere non solum Deum, sed eundem idoneum etiam atque paratum esse ad optima quaevis largienda persuasum sibi habent ideoque ita Deo promittenti, praecipienti, rerumque suarum moderatori sese committunt, ut toti a nutu eius pendeant [fides *religiosa* cf. *Theile* ep. Iac. p. 153. *Schulz* l. l. p. 77. coll. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 216. Vol. 2. p. 365.] = *fidem Deo habeo fiduciamque in eo colloco* aa) universe, seq. *dat.* θεῷ vel τῷ θεῷ [cf. de dat. causae sub ξενίζω monita] Act. 16, 34. ἠγαλλιάσατο πεπιστευκὼς τῷ θεῷ i. e. *ut homo Deo confisus* neque quicquam mali metuens. Cf. *Meyer* Act. Ap. p. 230. Aliter *de Wette*, vid. infra ad h. l. observata. — Rom. 4, 3. — v. 17. κατέναντι οὗ ἐπίστευσεν θεοῦ per attract. pro: κατέναντι τοῦ θεοῦ, ᾧ ἐπίστευσεν. Cf. de attractione, quae verba dativum regentia contingit rara, usitata tamen *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 237. — Gal. 3, 6. Iac. 2, 23. — sq. εἰς τὸν θεόν [vid. εἰς p. 142 col. 1.] *fidem et fiduciam habeo in Deum versam* vel *in Deum inclinatus* i. e. *fidem et fiduciam habeo in Deo collocatam* Ioh. 12, 44. 14, 1. — absolute i. e. abest τῷ θεῷ vel εἰς θεόν aut ἐπὶ θεόν, cogitatione addendum, ut αἰτεῖσθαι πιστεύων i. e. *fiduciam in Deo ponens* Matth. 21, 22. — Luc. 1, 45. quo l. alii πιστεύσασα iungunt cum vv. sequentibus ὅτι — κυρίου. Rom. 4, 18. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν *qui praeter spem* [i. e. cum nulla ei spes esset per naturae leges et propter suae et uxoris summam senectutem] *cum spe* [*bei Hoffnung* = spem alens] *fidem habuit*. Cf. de h. l. oxymoro in vv. παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι *Fritzsche* l. l. p. 241. *Meyer* ep. ad Rom. p. 103. — 2 Cor. 4, 13. ἐπίστευσα. Vide de h. l. infra monita — additur obiectum fidei interveniente ὅτι c. verbo finito Marc. 11, 23. 24. coll. v. 22. Cf. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 489. — — bb) ratione habita operis, quod Deus hominum, quorum vicem doleret, amore ductus Iesu in his terris peragendum dedit, sq. *dat.* person., ut τῷ πέμψαντι τὸν χριστόν i. e. τῷ θεῷ Ioh. 5, 24. — sq. εἰς τὸν θεόν [vid. supra monita] Ioh. 12, 44. 14, 1. — sq. ἐπί c. acc pers. = εἰς c. acc. Rom. 4, 5. — v. 24. quo l. per attractionem ea, quae ad sententiam primariam accommodanda erant [ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς — τοὺς πιστεύοντας], sententiae secundariae [οἷς — τοῖς πιστεύουσιν = *iis*, inquam, *qui fidem habemus*] adaptata sunt. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 248 et supra sub πᾶς no. I. 1. a. aa. ad Luc. 12, 48 adnotata. — absolute i. e. abest Dei mentio, quippe quod contextus non nisi de fide et fiducia in Deo collocata cogitare sinit, ut Hebr. 4, 2. εἰσερχόμεθα — οἱ πιστεύσαντες i. e. *nos*, *qui* intuentes amorem Dei per Iesum manifestatum *fidem habuimus fiduciamque in eo collocavimus*. Additur ἐν cum statu vel conditionis notione simul causae remotioris cogitationem, quippe quod causa in conditione posita est, includens [vid. ἐν p. 169 col. 1.], ut πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ *ad fidem et fiduciam adducamini per hunc* [quem affero verbis: ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ] *laetum nuntium*, nos: *zeigt euch gläubig bei dieser frohen Botschaft* Marc. 1, 15. Cf. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 25. — Hinc, qui ob eundem, quem Deus, Iesum Messiam vel generis humani sospitatorem constituendo, declaravit in homines amorem, fide amplectuntur Iesum fiduciamque in eo collocant, dicuntur πιστεύειν, ita absol. Luc. 8, 12. 13. vel appellantur οἱ πεπιστευκότες τῷ θεῷ [cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. P. 1. p. 512. *Schulz* l. l. p. 97. 99.] vel οἱ πιστεύοντες εἰς θεόν *Gottesgläubige* Tit. 3, 8. [Act. 16, 34. ita *de Wette* ad h. l. vide tamen supra ad h. l. observata] 1 Petr. 1, 21. quo l. pronomini δι' ὑμᾶς per appos. additur: τοὺς π. Vide ἁμαρτωλός. —

d) per intimam Dei et Iesu, filii Dei, necessitudinem refertur ad Iesum diciturque de hominum conditione, qui esse Iesum Messiam vel sospitatorem generis humani a Deo constitutum persuasum sibi habentes disciplinam eius sequuntur eique se applicant ita, ut non solum nomen eius profiteantur animique sensa, iudicia, studia, spem et facta sua ad doctrinam et exemplum eius componant, sed hanc etiam fiduciam alant, Deum peccatorum veniam sibi, Christi supplicio expiatis, daturum esse. Cf. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 28. *Fritzsche* l. l. p. 46. coll. p. 216. *Schulz* l. l. p. 107. 129 sq. 132. — aa) univ., sq. ἐπί c. *dat.* pers. i. e. nominis de Iesu usurpari soliti [vid. ἐπί p. 187 col. 2.] Rom. 9, 33. 10, 11. 1 Petr. 2, 6. in quibus l., quae habentur Ies. 8, 14. 28, 16. Ps. 118, 22. more Iudaeorum seriorum ad Iesum Messiam transferuntur cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 364. *Meyer* l. l. p. 327. 333. — Matth. 27, 42. quo l. *Fritzsche* pro ἐπ' αὐτῷ [vid. tamen *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Meyer*, *Theile*] scribendum esse monet ἐπ' αὐτόν. — sq. ἐπί c. acc. pers. [vid. ἐπί p. 190 col. 1.] Matth. 27, 42. Act. 9, 42. 11, 17. 16, 11. 22, 19. — sq. εἰς c. acc. pers. i. e. εἰς τὸν ἰησοῦν, εἰς τὸν κύριον „credendo tam arcte ad Iesum applicor, ut quasi eum ingrediar et in eius maiestate pie acquiescam" *Hölem.* ep. ad Philipp. p. 103. *ich schliesse mich mit vertrauensvoller Hingebung an Iesum an* Matth. 18, 6. Marc. 9, 42. Ioh. 2, 11. ἐπίστευσαν — αὐτοῦ i. e. *augebatur eorum fides et fiducia in eo collocata*. 3, 15. 16. 18. 4, 39. coll. v. 42. — 6, 29. 35. 40. 47. 7, 5. 31. 38. de h. l. nominat. absol. vid. ἀργός. — v. 39. 48. 8, 30. 9, 35. 36. 10, 42. 11, 25. 26. 45. 48. 12, 11. 37. 44 bis. v. 46. 14, 1. 12. 16, 9. 17, 20. Act. 10, 43. 14, 23. 19, 4. Rom. 10, 14. de h. l. fut. vid. ἐπικαλέω. — Gal. 2, 16. Phil. 1, 29. 1 Petr. 1, 8. 1 Ioh. 5, 10. εἰς τὸ φῶς Ioh. 12, 36. — π. εἰς τὸ ὄνομα ἰησοῦ *fidem et fiduciam colloco in nomine Iesu summe venerando* = *in dignitate a patre illi concessa* i. e. *Iesum Messiam agnosco eique me fiduciam in eo collocans applico* [vid. ὄνομα p. 349 col. 2. *Meyer* Ev. Ioh. p. 25. *Lücke* Vol. 1. p. 397.] Ioh. 1, 12. 2, 23. 3, 18. 1 Ioh. 5, 13. — sq. *dat.* pers. i. e. nominis vel pronominis ad Iesum pertinentis Ioh. 5, 38. 6, 30. quo l. alternat dativus cum formula εἰς αὐτόν coll. v. 29. 8, 45. 46. 10, 37 bis. 2 Tim. 1, 12. — Marc. 15, 32. ita *Fritzsche* ad h. l. p. 691. *Schott*, *de Wette*, coll. tamen *Griesb.* ed. *Schulz*, *Knapp*, *Theile*. — passivum: πιστεύομαι, *fides et fiducia in me collocatur*, *ich finde Glauben und Vertrauen* [vid. de hoc passivi usu ἀναγαίνω] 1 Tim. 3, 16. — ἀπὸ τῆς πίστεως τοῦ ἰησοῦ cum cognosceretur homo christianus, Apostolis, Paulo maxime et Lucae, πιστεύειν τῷ κυρίῳ, πιστεῦσαι τῷ κ. dicebatur pro: *transire*, *transiisse ad disciplinam Christi*, nos: *gläubig werden*, *gläubig geworden sein* Act. 18, 8. et appellabantur Christi cultores οἱ πεπιστευκότες τῷ κυρίῳ *die Gläubiggewordenen* Ioh. 8, 31. Vide etiam locos paulo post allegatos. — — absolute i. e. abest mentio Iesu per contextus rationes quippe minus ne-

cessaria Ioh. 1, 7. 3, 18. ὁ δὲ μὴ πιστεύων. 4, 41. 42. 48. 5, 44. 6, 36. 64 bis. 9, 38. 11, 15 et 14, 29. ἵνα πιστεύητε hac mente: *ut augeatur* ἡ πίστις ὑμῶν cf. *Meyer* ad h. l. p. 39. — 12, 39. 14, 11. de h. l. μοί post πιστεύετε eiiciendo vid. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, coll. tamen *Meyer*, *Theile*. — Act. 11, 21. quo l. cum πιστεύσας iungitur ἐπιστρέφω ἐπὶ τὸν κύριον. — 13, 39. Rom. 3, 22. 4, 11. 10, 4. 1 Cor. 1, 21. 2 Cor. 4, 13. ἔχοντες — πιστεύομεν. Quo l. uti iungenda sunt verba ἔχοντες — πιστεύομεν [cf. *Win.* p. 319.], ita *fiduciae* notio cum *fidei* Christo habitae notione h. l. iungitur sic, ut, quae Ps. 116, 10. de fiducia in Deo collocata praedicentur, ad fidem Christo habitam referantur cf. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 83. coll. *de Wette* epp. P. ad Cor. p. 188. — τὸ πιστεύειν substant. [vid. βλέπω] = ἡ πίστις Rom. 15, 13. — de vocabulis πιστεύειν pro: *gläubig werden* Act. 18, 8., πιστεῦσαι pro: *gläubig geworden sein*, οἱ πιστεύοντες, οἱ πιστεύσαντες et οἱ πεπιστευκότες pro: *die Gläubigen, die Gläubiggewordenen*, apud Paulum maxime et Lucam usurpatis de hominibus, qui ad Christi disciplinam transierunt vel ad societatem Christianorum accesserunt vid. paulo ante monita. Ita ἐπίστευον Act. 18, 8. aor. ἐπίστευσα Ioh. 4, 53. Act. 4, 4. 13, 12. 48. 19, 2. πιστεύσαντες i. e. ὅτε ἐπιστεύσατε. — Rom. 13, 11. 1 Cor. 3, 5. 15, 2. 11. Eph. 1, 13. οἱ πιστεύσαντες Marc. 16, 16. 17. Act. 4, 32. 2 Thess. 1, 10. οἱ πιστεύοντες [de praesenti durationem indicante vid. ἀδικέω] Act. 2, 44. 1 Cor. 14, 22 bis. 1 Thess. 1, 7. — per appositionem verba οἱ πιστεύοντες adduntur pronominibus ὑμεῖς, ἡμεῖς [vid. ἁμαρτωλός] = *nos* vel *vos Christiani* Eph. 1, 19. 1 Thess. 2, 10. 13. 1 Petr. 2, 7. οἱ πεπιστευκότες [de perfecto quatenus durationem indicans praesentis notionem includat, vid. ἀγαπάω, ἀκούω] Act. 15, 5. 18, 27. 19, 18. 21, 20. 25. — de locis Ioh. 8, 31. Act. 16, 34. 18, 8. Tit. 3, 8. eodem modo usurpatis vid. supra dicta. — — *fiduciae* notione praevalente usurpatur de miseris vel aegrotis, qui viribus et animo Iesu utpote viri divini confisi opem et auxilium eius implorant, sq. ὅτι Matth. 9, 28. — absolute Matth. 8, 13. Marc. 9, 23. cf. ad h. l. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 370 sqq. — v. 24. Ioh. 11, 40. μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε Marc. 5, 36. Luc. 8, 50. —

2) *fidei alicuius committo, concredo*, etiam *credo* [Virg. Georg. 1, 224. Aen. 10, 70. Ovid. Metam. 4, 626. Vellej. Paterc. 2, 102.], *anvertrauen* τινί τι Luc. 16, 11. (Lucian. dial. deorr. 25, 1. Xen. Mem. 4, 4. 17.) — passiv. πιστεύομαί τι *concreditur mihi aliquid*, πεπίστευμαί τι = ἔχω τι πεπιστευμένον [vid. ἀναφαίνω] Rom. 3, 2. 1 Cor. 9, 17. Gal. 2, 7. 1 Thess. 2, 4. 1 Tim. 1, 11. Tit. 1, 3. (Hdian. 4, 1. 3. Diod. Sic. 17, 8. Xen. Cyr. 4, 2. 8.) — τινί τινα *alicui aliquem* Ioh. 2, 24. Cf. ad h. l. *Lücke* Vol. 1. p. 559. *Meyer* Ev. Ioh. p. 44. (Hdian. 7, 5. 11.) — Saepius non extat in N. T.

Πιστικός, ή, όν (ad persuadendum aptus Xen. Cyr. 1, 6. 10. a πιστός, πίστις) *fidus, fidelis* [Artem. 2, 32.] metaph. *sincerus, verus, non adulteratus*, ut νάρδος πιστική, ita bis Marc. 14, 3. Ioh. 12, 3. Ita *Win.* p. 90 sq. *Kuinöl*, *Schott*, *Meyer*, *de Wette*. Alii [ut *Fritzsche* Ev. Marc. p. 596 — 601.] derivantes a πιπίσκω, ut πιστός qui bibi potest [ita Aeschyl. Prom. v. 488. p. 123 sq. ed. Lips.], explicant: *qui facile bibi potest, qui lubenter bibitur.*

Πίστις, εως, ἡ, (πείθω, πέπεισμαι) 1) *fides, Glaube* [i. e. persuasio de rei alicuius veritate, ut πίστιν διδόναι τοῖς λεγομένοις ὑπό τινος Diod. Sic. 1, 39. θαυμάσια καὶ μείζω πίστεως Ibid. 1, 85. πίστιν παρέχειν τῷ λόγῳ Plut. vit. Mar. 17. vel τοῖς εἰρημένοις Pol. 4, 33. 7. vel τοῖς προκατηγγελμένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ Ios. Ant. 2, 9. 9. τοῖς αἰσθητοῖς ἡ πίστις Plat. de rep. 6, 21. 7, 14. In his autem uti pertinet ad res externas sive in sensus incurrentes sive traditas ab aliquo diciturque fides *historica*, ita] in N. T. refertur ad res οὐ βλεπομένας [fides *religiosa* Hebr. 11, 1. coll. Rom. 8, 24.] i. e. a) ad hominum cum Deo necessitudinem estque is animi status, quo existere non solum Deum, sed eundem idoneum etiam paratumque esse ad optima quaevis sibi largienda persuasum habet aliquis ideoque ita Deo promittenti, praecipienti, moderanti sese committit, ut totus a nutu eius pendeat atque pie in eius voluntate acquiescat = *Gottesglaube*, *Glaubenskraft*, Lat. *fides cum fiducia coniuncta*. Cf. *Schulz* die christl. Lehre vom Glauben p. 77. *Id.* ep. ad Hebr. p. 110 sq. *Bleeck* Einleitung in den Brief an die Hebr. p. 310 sq. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 188 sq. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 216. Vol. 2. p. 365. Uti autem voc. πίστις nusquam in Evangelio Ioh., semel in eiusdem epistola prima et quater in apocalypsi legitur, ita articulum ante se habens est vel fides certae alicuius personae casu secundo aut alio modo significatae, vel fides nota aut modo dicta [cf. *Hölem.* ep. P. ad Philipp. p. 260.], contra sine articulo legitur, ubi universa fit fidei mentio.

sq. *genit. obiecti* [vid. ἀγάπη], ut θεοῦ *fides in Deo posita* Marc. 11, 12. τῆς ἐνεργείας τ. θεοῦ Col. 2, 12. — sq. εἰς θεόν, ἐπὶ θεόν, πρὸς θεόν [fides in Deum versa i. e.] *fides et fiducia in Deo collocata* 1 Petr. 1, 21. Hebr. 6, 1. 1 Thess. 1, 8. — absolute i. e. abest obiecti mentio, quippe quod de τῇ πίστει τοῦ θεοῦ cogitandum esse, verba contexta admonent [cf. *Schulz* l. l. p. 95.] Rom. 4, 5. 9. 11. δικαιοσύνη τῆς πίστεως — ἀκροβυστίᾳ i. e. δικ. *quam acceptam retulit fidei, quam habuit Deo praeputiatus.* v. 12. 13. 14. κεκένωται ἡ π. vid. κενόω. — Rom. 4, 16. διὰ τοῦτο ἐκ π. scil. ἡ ἐπαγγελία τῷ ἀβραάμ ἐστιν καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Ibid. ὁ ἐκ πίστεως ἀβραάμ = ὁ πιστεύων [vid. ἐκ p. 150 col. 1 fin.] ὡς ἀβραάμ. — μὴ ἀσθενήσας it. ἐνεδυναμώθη τῇ π. i. e. *fidem ante memoratam quod attinet* [vid. ἀγαλλιάω] Rom. 4, 19. 20. — Gal. 3, 7. Hebr. 4, 2. 6, 12. 10, 22. 39. 12, 2. 13, 7. — 11, 1. ἔστι δὲ πίστις — βλεπομένων i. e. *Glaube* vel *Gottesglaube aber ist eine gewisse Zuversicht* etc. [ita *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. P. 2. p. 721 sqq. *Schulz* ep. ad Hebr. p. 229. *Id.* die christl. Lehre vom Glauben p. 70. ita, ut verbis ἐλπιζομένων — βλεπομένων insit fidei descriptio] vel: *es giebt aber einen Glauben, eine gewisse Zuversicht* etc. [ita *Win.* p. 59. *Böhme* ep. ad Hebr. p. 531. sic, ut per appositionem addita sint verba: ἐλπιζομένων — βλεπομένων commate separanda a verbis ἔστι δὲ πίστις]. — πίστει *fide, durch Glauben* [vid. de dat. adminic. et de dat. modi ἀναιρέω, γλῶσσα] Hebr. 11, 3 — 5. 7 — 9. 11. 17. 20 — 24. 28 — 31. χωρὶς πίστεως v. 6. κατὰ πίστιν 11, 7. 13. vid. κατά p. 257 col. 2. — — praevalente *fiduciae* notione Matth. 17, 20. Luc. 17, 5. 6. coll. Marc. 11, 22. — opp. διακρίνεσθαι Matth. 21, 21. Iac. 1, 6. — ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως i. e. ἡ εὐχὴ *profecta ex illa*, quae docet hominem christianum, *fiducia et cum ea coniuncta* Iac. 5, 15.

b) refertur ad hominis cum Iesu, filio Dei necessitudinem, eum animi statum indicans, quo constitutum esse Iesum a Deo Messiam vel generis humani sospitatorem persuasi disciplinam eius sequimur eique ita nos applicamus, ut non solum nomen eius profiteamur animique sensa, studia, iudicia, spem et facta ad doctrinam et exemplum eius componamus, sed hanc etiam alamus fiduciam, Deum peccatorum veniam nobis daturum esse Christi supplicio expiatis cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 46. coll. p. 216. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 28. *Schulz* die christliche Lehre vom Glauben p. 107 et de nexu τῆς πίστεως τοῦ θεοῦ et τοῦ ἰησοῦ *Schulz* l. l. p. 88 sq. 121 sqq. 129. 132. *Theile* ep. Iac. p. 153 sq. — aa) univ., sq. *genit. obiecti* [vid. ἀγάπη], ut ἰησοῦ, vel ἰησοῦ χριστοῦ Gal. 2, 16 bis. 3, 22. Eph. 4, 13. Phil. 3, 9. Iac. 2, 1. vid. ad h. l. *Theile* p. 93. — Apoc. 2, 13. 14, 12. — τοῦ εὐαγγελίου Phil. 1, 12. πίστις ἀληθείας 2 Thess. 2, 13. vid. ἐν p. 172 col. 2. — sq. εἰς χριστόν = *die vertrauensvolle Hingebung an Christus* Col. 2, 5. Vid. *Win.* p. 191 coll. *Schulz* l. l. p. 84. 89. — ἡ π. ἡ εἰς τὸν κ. ἰ. χ. *fides eaque in dominum I. C. versa* i. e. *eaque in I. C. posita* Act. 20, 21. 24, 24. 26, 18. — sq. πρὸς τὸν κύρ. ἰ. Philem. v. 5. — sq. ἐν χρ. ἰησοῦ *fides in I. C. posita* Gal. 3, 26. Col. 1, 3. vid. ἐν p. 174 col. 1. — ἡ καθ᾽ ὑμᾶς [vid. κατά p. 257 col. 2.] π. ἐν τῷ χ. ἰ. Eph. 1, 15. π. ἡ ἐν χ. ἰησοῦ *fides eaque* in *Christo collocata* 1 Tim. 3, 13. 2 Tim. 3, 15. Vid. de formularum ἡ π. ἐν χ. et πίστις ἡ ἐν χ. discrimine *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 194. *Meyer* ep. ad Gal. p. 128. *Harless* l. l. p. 85. *Win.* p. 127 sq. — — absolute i. e. absunt vocab. χριστοῦ vel εἰς χριστὸν, ἐν χριστῷ e contextu facile cogitatione addenda Luc. 18, 8. 22, 32. Act. 3, 16. ἡ π. ἡ δι᾽ αὐτοῦ *fides* in Deo et Christo posita *eaque per eum* scil. Christum *effecta* scil. in nobis. — Act. 14, 22. 15, 9. — πλήρης πίστεως *glaubensvoll, voll Glaubenskraft* Act. 6, 5. 11, 24. — θύρα πίστεως *eine Glaubensthüre* Act. 14, 27. vid. θύρα. πίστιν παρέχειν τινί [vid. παρέχω] Act. 17, 31. π. ὑμῶν Rom. 1, 8. v. 12. ἡ ἐν ἀλλήλοις πίστις ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ *mutua nostra fides et vestra et mea*. De duarum structurarum, una ἡ ἐν ἀλλήλοις πίστις

ὑμῖν τε καὶ ἐμοί, altera ἡ ἀλλήλων πίστις ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ confusione vid. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 33. — Rom. 9, 30. 32. 10, 6. 8. 17. 12, 3. 6. — ὑπακοὴ πίστεως *Glaubensgehorsam* i. e. *obedientia fide se exserens* vel *obed. fidem postulans* [alii: obedientia *erga doctrinam, quae fidem postulat* cf. *Fritzsche* l. l. 17.] Rom. 1, 5. 16, 26. cf. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 28. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 344. — Rom. 1, 17. δικαιοσύνη ἐκ πίστεως εἰς πίστιν i. e. δικ. *quae nascitur e fide, ut fides habeatur*, quo l. alii verba εἰς πίστιν metonym. posita esse monentes explicant: εἰς τοὺς πιστεύοντας *für die Glaubenden*. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 49. — ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως *homo fide integer factus* [vid. ἐκ p. 150 col. 2 fin.] Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38. quae verba Habac. 2, 3. 4. quo sensu in V. T. et quanam alia ratione apud Paulum legantur, vid. *Fritzsche* l. l. p. 51. *Meyer* l. l. p. 38. — 1 Cor. 2, 5. 12, 9. 13, 2. vid. de h. l. πᾶς no. II. 1. c. — v. 13. 2 Cor. 1, 24. 4, 13. τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως i. e. idem spiritus qui largitor est *fidei omnibus notae* vel *fidei qua plenus est quicunque homo christianus*. — 2 Cor. 5, 7. vid. de h. l. διά p. 98. col. 1. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 100. *de Wette* epp. P. ad Cor. p. 195. — 2 Cor. 8, 1. 10, 15. 13, 5. Gal. 3, 8. 9. 14. 24. 6, 10. — ἀκοὴ πίστεως *nuntius* i. e. *institutio de fide* Gal. 3, 2. 5. 5, 5. πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη v. 6. Eph. 2, 8. 3, 17. 4, 5. 6, 16. 23. Phil. 2, 17. 3, 9. Col. 1, 23. 2, 7. 1 Thess. 1, 3. vid. de h. l. sub voc. ἔργον notata. — 1 Thess. 3, 2. 5. 6. 7. 10. 5, 8. 2 Thess. 1, 3. 4. 11. quo l. ad verba ἔργον πίστεως ex verbis praecedd. πᾶσα εὐδοκία cogitando adde: πᾶν. 1 Tim. 1, 4. vid. de h. l. οἰκονομία. — v. 5. 2, 15. — γνήσιος, πλούσιος ἐν πίστει [vid. ἐν p. 169 col. 2.] 1 Tim. 1, 2. Iac. 2, 5. — 1 Tim. 4, 2. 5. 3 coll. Apoc. 2, 13. — 1 Tim. 6, 12. ἡ ἐν σοὶ πίστις. 2 Tim. 1, 5. vid. ἐν p. 170 col. 1 et 2. — 2, 18. 3, 8. Tit. 1, 13. — ἀπόστολος — κατὰ πίστιν τινος *apostolus constitutus ad fidem alicuius iuvandam* [vid. κατά p. 258 col. 1.] Tit. 1, 1. γνήσιος κατὰ πίστιν [vid. κατά p. 257 col. 1.] Tit. 1, 4. ἡμεῖς ἐν πίστει i. e. ἡμεῖς ἐν π. ὄντες Tit. 3, 15. vid. ἐν p. 168 col. 2. — Philem. v. 20. Iac. 1, 3. 1 Petr. 1, 5. 7. 9. 2 Petr. 1, 1. 5. 1 Ioh. 5, 4. — dat. τῇ πίστει i. e. vel *propter fidem* [vid. ἁμαρτία], ut τῇ π. ἕστηκας *propter fidem salvus es* Rom. 11, 20. vid. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 504. vel: *fidem quod attinet* [vid. ἀγαλλιάω] Act. 16, 5. 2 Cor. 1, 24. Tit. 2, 2. 1 Petr. 5, 9. πίστις — ἡ ἐν χριστῷ ἰησοῦ i. e. *fides, nempe ea, quae excitatur, alitur, fovetur in societate christiana* 1 Tim. 1, 14. 2 Tim. 1, 13. vid. ἐν p. 170 col. 2. — ἡ πίστις = *fides* illa *in Christo collocata, a qua suspensam esse voluit Deus* τὴν σωτηρίαν *per eum allatam* 1 Thess. 1, 19. 6, 10. 21. — 2 Thess. 3, 2. οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις scil. ἐστίν *non enim omnes virtute* τῆς π. *excellunt vel gaudent* i. e. *non apud omnes deprehenditur fides illa* [i. e. animus paratus ad fidem illam habendam, Empfänglichkeit für den Glauben] *qua homo christianus excellit*. Alii ad no. 2. b. referunt h. l. Cf. de formula εἶναί τινος sub εἰμί p. 135 col. 2. notata. — ἡ ἅπαξ παραδοθεῖσά τινι πίστις i. e. *fides illa, cuius notitia semel pro semper tradita est alicui* Iud. v. 3. — v. 20. — genitivus obiective positus in vv. τὸ μυστήριον, οἱ λόγοι τῆς πίστεως = περὶ τῆς πίστεως 1 Tim. 3, 9. 4, 6. — sistitur fides tanquam persona [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 207. 289. *Hölem*. ep. P. ad Philipp. p. 89. coll. *Meyer* ep. P. ad Gal. p. 25. 84. 125. *de Wette* ep. P. ad. Gal. p. 16. 52.] Act. 6, 2. Gal. 1, 23. 3, 23 bis. v. 25. Phil. 1, 25. — de fide in Deo et Christo posita fructibus i. e. factis ipsi congruis destituta et in sola Iesu cognitione aut in nominis Iesu professione acquiescente Iac. 2, 14 bis. v. 17. 18 bis. v. 20. 22 ter. v. 26. —

bb) refertur ad Iesum, quatenus supplicio, quod adiret, extitit generis humani *expiator*, quo misso Deus suum hominum amorem paratumque ad largiendam peccatoribus veniam animum oppigneravit cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 46. *Theile* ep. Iac. p. 154. — Ita seq. genit. *obiecti* [vid. ἀγάπη] Gal. 2, 20. ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ — ἐμοῦ *fide vivo* nempe posita *illa in filio Dei me amante et pro me* supplicio *sese tradente*. Eph. 3, 12. ἔχομεν — τὴν προσαγωγὴν — διὰ τῆς π. αὐτοῦ. Rom. 5, 2. τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει [vel ἐν τῇ π. vid. *Fritzsche* ad h. l. coll. tamen *Griesb., Schott, Knapp, Meyer, de Wette*]. Cf. ad h. l. *Fritzsche* l. l. p. 253. „non licuit, inquiens, regem adire, nisi cui principem conveniendi copiam fecisset interpres. Qua re N. T. scriptores sic usi sunt, ut Deum mentibus informarent regem, ad quem hominibus aditus non esset, nisi eum Christus tanquam interpres eo patefecisset, *quod mortem occumberet hominum peccata expiaturus*.“ Vide etiam *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 108. *Harless* l. l. p. 250 sqq. — Rom. 3, 25. ὃν προέθετο — ἱλαστήριον, διὰ τῆς πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι *quem apud animum suum esse decrevit* i. e. *quem destinavit victimam piacularem supplicio, quod adiret, cum quis fidem habuerit*. Cf. de verbis ἐν τῷ α. αἵματι iungendis c. voc. ἱλαστήριον *Fritzsche* l. l. p. 194. *Meyer* l. l. p. 86. — Rom. 3, 26. ὁ ἐκ πίστεως [= ὁ πιστεύων vid. ἐκ p. 150 col. 1.] ἰησοῦ i. e. *fidem in Iesu expiatore collocans* coll. v. 25. — absolute i. e. abest genit. ἰησοῦ cogitatione facile addendus Rom. 3, 27. Vide de h. l. sub νόμος observata. — v. 28. πίστει = διὰ πίστεως [vid. ἀναιρέω.] — δικαιοῦν, δικαιοῦσθαι ἐκ πίστεως i. e. *propter fidem* [vid. ἐκ p. 150 col. 2.] v. 30. v. 31. 1 Cor. 15, 12. v. 14 coll. v. 17.

cc) praevalente *fiduciae* notione refertur ad Iesum, quatenus miraculis patrandis virum divinum vel Messiam se esse a Deo constitutum fidem fecit aetatis suae hominibus, ita seq. genit. obiecti Act. 3, 16. ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ — τὸ ὄνομα αὐτοῦ i. e. *propter fiduciam in nomine eius collocatam hunc — nomen eius* [i. e. nominis eius appellatio] *confirmavit* vel: *ut fides habeatur nomini eius hunc confirmavit nomen eius*. Vide de ἐπί c. dat. tum causam, tum consilium indicante ἐπί p. 187 col. 2. p. 188 col. 1. — absolute i. e. abest mentio obiecti, ut τοῦ ὀνόματος ἰ. χ. vel εἰς τὸν χρ. vel ἐν τῷ χ. facile cogitatione addendi Matth. 9, 2. Marc. 2, 5. Luc. 5, 20. ἡ π. σου σέσωκέν σε Matth. 9, 22. Marc. 5, 34. 10, 52. 7, 50. 8, 48. 17, 19. 18, 42. κατὰ τὴν π. ὑμῶν Matth. 9, 29. μεγάλη σου ἡ π. 15, 28. ποῦ ἡ π. ὑμῶν Luc. 8, 25. τοσαύτη π. Matth. 8, 10. Luc. 7, 9. — πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν Marc. 4, 40. quo l. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 150. οὕτως [*adeone*] οὐκ ἔ. π. Vide tamen *Meyer* Ev. Marc. p. 144. — — sq. genit. rei, ut τοῦ σωθῆναι = *fiducia sanitatem nanciscendi* [vid. ὁ, ἡ, τό p. 288 col. 1.] Act. 14, 9. Cf. quae habet ad h. l. *Meyer* Act. Ap. p. 192. — (πίστιν παρεῖχε τοῦ λόγου Ios. Ant. 15, 7. 10. οὐ μικρὰν πίστιν παρεῖχε τοῦ διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῷ τὰς συμφορὰς ἀπηντηκέναι Ios. Ant. 16, 7. 2.) —

c) refertur ad res ethicas i. e. aa) ad res revocatas ad mentis vel conscientiae sententiam [fides ethica] = *die moralische* oder *sittliche Ueberzeugung, persuasio certa* [cf. *Meyer* ep. ad Rom. p. 290. 300 sq. *de Wette* ep. ad Rom. p. 141. 146.] ita in locis, ubi agitur de ciborum quorundam usu licito vel illicito ratione habita religionis christianae praeceptorum Rom 14, 1. τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει [de quo dat. vid. ἀγγαλλιάω] προςλαμβάνεσθε. 14, 22. 23. — — bb) ad constantiam in promissis servandis: *fides, Treue, Zuverlässigkeit* Matth. 23, 23. ἀφήκατε — τὴν πίστιν i. e. *fidem* notam, quam praescribit lex mos. homini promittenti, voventi, iuranti. 2 Thess. 3, 2? 1 Tim. 2, 7. διδάσκαλος ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ i. e. διδ. πιστὸς καὶ ἀληθής. Tit. 2, 10. ἐνδείκνυσθαι πᾶσαν π. — addito genit. pers. fidem servantis, ut τοῦ θεοῦ Rom. 3, 3. — 2 Tim. 3, 10. Apoc. 2, 19. 13, 10. — in singularum virtutum enumeratione Gal. 5, 22. 1 Tim. 4, 12. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. (τὴν ὅλην πίστιν ἐν τῇ καλοκαγαθίᾳ ποιήσας Diod. Sic. 1, 79.) —

2) *fides data* = *promissum*, ut τὴν πρώτην π. ἠθέτησαν 1 Tim. 5, 12. Cf. ad h. l. *Leo* ep. P. ad Tim. 1. p. 49 et *Schott* ad h. l. (Xen. An. 1, 2. 26. Thuc. 4, 86.) Saepius non legitur in N. T.

Πιστός, ή, όν, (πείθω quod vid. qui sibi persuaderi patitur, fere i. q. πειστός) 1) *fidus, fidelis* i. e. *cui fidi* vel *fides haberi potest, dem man trauen oder vertrauen kann, treu, getreu, zuverlässig* [Hdian 2, 8. 8. Diod. Sic. 18, 58. Xen. Cyr. 5, 2. 23. τινί Dem. 1465, 11. Xen. Cyr. 6, 1. 42. Thuc. 5, 108.] ita de servis fidelibus in negotiis vel mandatis peragendis Matth. 24, 45. — 25, 21. 23. de horum l. ἐπ' ὀλίγα *ratione habita* ὀλίγων vid. ἐπί p. 190 col. 2. — Luc. 12, 42. 1 Cor. 4, 2. — ἔν τινι [vid. ἐν p. 166 col. 2.] Luc. 19, 17. — de ministris, quibus utitur aliquis in negotiis peragendis 1 Cor 4, 17. Eph. 6, 21. Col. 1, 7. 4, 7. 1 Tim. 1, 12. 1 Petr. 5, 12. Apoc. 2, 10. 17, 14. — ὀνήσιμος ὁ πιστὸς — ἀδελφός Col. 4, 9 ὁ πιστός collective [vid. ἀδελφός] Luc. 16, 10. — sq. ἔν τινι i. e.

in administranda aliqua re Luc. 16, 10. 11. 12. 1 Tim. 3, 11. — de personis, quibus Deus utitur in consiliis et mandatis suis exsequendis, uti de Iesu Hebr. 2, 17. 3, 2. de Mose sq. ἔν τινι 3, 5. — de personis constantibus in promissis servandis, ita de Deo 1 Cor. 1, 9. 10, 13. 2 Cor. 1, 18. 1 Thess. 5, 24. 2 Thess. 3, 3? Hebr. 10, 23. 11, 11. 1 Petr. 4, 19. 1 Ioh. 1, 9. — de Iesu 2 Thess. 3, 3. — — de testibus, de effatis = *fide dignus, glaubwürdig, glaubhaft* 1 Cor. 7, 25. 2 Tim. 2, 13. Apoc. 2, 13. — Apoc. 1, 5. 3, 14. — πιστὸς ὁ λόγος 1 Tim. 1, 15. 3, 1. 4, 9. 2 Tim. 2, 4. Tit. 3, 8. — 1, 9. iunct. c. ἀληθινός Apoc. 21, 5. 22, 6. — Act. 10, 34. δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά [coll. Ies. 55, 3.] i. e. *eaque fide digna vel certa.* Cf. de articulo repetito in appositione vel in verbis explicationis ergo additis ὁ, ἡ, τό p. 336 col. 1. med. et de more Iudaeorum loca V. T. ad Messiam transferendi sub πιστεύω no. 1. d. adnotata et *Meyer* Act. Ap. p. 184. — — 2) signif. activa [de qua vid. *Passow* sub hoc voc. *Pors.* ad Eur. Hecub. v. 1125. *Wunder* ad Soph. OC. v. 1031.] *fidens, qui fidem habet, der sich überzeugen lässt, qui persuadetur, revera esse aliquid, gläubig,* a) relate ad res in facto positas [fides *historica* vid. πιστεύω no. 1. a.], ut in vitam rediisse Iesum Ioh. 20, 27. (Soph. OC. v. 1031.) — b) refertur ad hominis cum Deo necessitudinem [vid. πιστεύω no. 1. c. fides *religiosa*] = *fidem habens Deo et fiduciam in eo collocans* Gal. 3, 9. — c) de personis fidem habentibus Iesu eique utpote Messiae a Deo constituto sese applicantibus [vid. πιστεύω no. 1. d.] addito τῷ κυρίῳ i. e. *iudice domino* [vid. de hac dat. vi ἀδυνατέω] Act. 16, 15. cf. *Meyer* Act. Ap. p. 216. — seq. ἐν χριστῷ i. e. *in societate Christi* [vid. ἐν p. 171 col. 1.] Eph. 1, 1. Col. 1, 2. 1 Tim. 4, 10. 5, 16. 6, 2. Tit. 1, 6. — οἱ πιστοί subst. *die Gläubigen* i. e. *homines fide et fiducia in Deo et Iesu collocata insignes* 1 Tim. 4, 3. 12. — neutr. πιστόν i. e. *dignum homine, qui fidem habet Iesu et fiduciam in eo ponit,* sens. *eines Bekenners Iesu würdig* 3 Ioh. v. 5. Saepius non extat in N. T.

Πιστόω, ῶ, f. πιστώσω (πιστός quod vid.; fidem exigo Thuc. 4, 88.) *fidem facio, confirmo* [Polyb. 18, 22. 6.] passiv. πιστόομαί τι *fidem habeo* i. q. πιστεύω. 2 Tim. 3, 14. μένε ἐν οἷς ἔμαθες [per attr. pro: ἐν τούτοις, ἃ ἔμαθες] καὶ ἐπιστώθης. De accus. post passiva vid. ἀναφαίνω. (Soph. Oed. Col. 1039.)

Πλανάω, ῶ, f. ήσω, (πλάνη) *errare facio, a recta via abduco,* τινά, πλανάομαι, ῶμαι, *erro, oberro, circumvagor* a) propr. Matth. 18, 12. 13. 1 Petr. 2, 25. ὡς πρόβατα πλανώμενα Hebr. 11, 38. (Cebet. Tab. c. 6 et 24. Xen. An. 1, 2. 25.) — b) metaph. aa) pro: *a vero abduco, facio, ut perperam statuat aliquis, decipio,* τινά Matth. 24, 4. 5. 11. 24. Marc. 13, 5. 6. Ioh. 7, 12. 2 Tim. 3, 13. 1 Ioh. 1, 8. 2, 26. Apoc 2, 20. 13, 14. (Mosch. Idyll. 1, 25.) — in cohortatione: μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς 1 Ioh. 3, 7. quo l. cohortationis ratio inest sequentibus: ὁ ποιῶν — διαβόλου ἐστίν. — Passiv. πλανάομαι, ῶμαι *erro, perperam statuo, fallor,* ut πλανᾶσθε *fallimini* Matth. 22, 29. Marc. 12, 24. — 2 Tim. 3, 13. Ioh. 7, 42. τῇ καρδίᾳ = לֵבָב *animo* [vid. ἀγαλλιάω] Hebr. 5, 10. coll. Ps. 95, 10. — (Ios. ant. 10, 1. 4. Arr. diss. epict. 2, 7. Marc. Anton. 9, 42 bis.) — μὴ πλανᾶσθε, it. μὴ πλανηθῆτε, *nolite in errorem abstrahi, ne decipiamini,* cuius cohortationis momentum nunc inest verbis antedd., ut 1 Cor. 6, 9. 15, 33. nunc verbis sqq. ut Gal. 6, 7. Iac. 1, 16. Cf. *Theile* ep. Iac. p. 49. — bb) = *a virtutis tramite abduco, seduco,* πλανάομαι, *seducor, pecco* Tit. 3, 3. Hebr. 5, 2. — Iac. 5, 19. ἐάν τις ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας = *si vestrum aliquis aberraverit et a veritatis via deflexerit* i. e. *si quis inter vos a verae religionis tramite aberraverit.* 2 Petr. 2, 15. Apoc. 12, 9. 18, 23. 19, 20. 20, 3. 8. 10. (Sir. 9, 8. Ies. 46, 8.) Saepius non legitur in N. T.

Πλάνη, ης, ἡ, 1) *error* [propr. i. e. huc illuc vagatio Ael. V. H. 5, 7. *error* Iustin. 36, 2. Curt. 5, 13. 23. Ovid. trist. 4, 10. 19] metaph. *opinionis error, error, Irrwahn* [cf. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 384.] ita a) de mentis errore, quo deceptus facit aliquis aliquid, ut ἡ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης 1 Thess. 2, 3. τὴν ἀντιμισθίαν — τῆς πλάνης αὐτῶν [i. e. erroris sui, quo vero Deo deserto ad numina se contulerant, quae ipsi opinionis errore sibi finxissent i. e. idolorum cultus] — ἀπολαμβάνοντες Rom. 1, 27. Cf. ad h. l. *Fritzsche* p. 79. — 2 Thess. 2, 11. (Diod. Sic. 2, 18. *error* Cic. de nat. deorr. 1, 1. 2, 20.) — b) de morum perversitate = *animi perversitas,* ut ἀναστρέφεσθαι ἐν πλάνῃ [vid. ἐν p. 168 col. 1.] 2 Petr. 3, 18. — Iac. 5, 20. ἡ πλάνη τοῦ Βαλαάμ i. e. *cui se dederat Bileamus* Iud. v. 11. ἡ τῶν ἀθέσμων πλάνη 2 Petr. 3, 17 coll. v. 16. — opp. τῇ ἀληθείᾳ et sistitur ἡ πλάνη tanquam persona Eph. 4, 14. πρὸς τὰς μεθοδείας τῆς πλάνης i. e. ad fraudes, *quas suppeditat animi perversitas* coll. v. 15. τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης i. e. *Spiritus qui pendet a dictamine vel regimine* τῆς πλάνης. 1 Ioh. 4, 6. (Similiter Horat. art. poet. v. 308. quid deceat, quid non, quo *virtus,* quo *ferat error.*) — 2) *fraus, der Betrug* Matth. 27, 64. (ita *error* Virg. Aen. 7, 48.) Saepius non legitur in N. T.

Πλανήτης, ου, ὁ, (erro, erraticus Xen. Venat. 5, 27. a πλανάω) ἀστήρ, *stella erratica* [propr. Diod. Sic. 1, 81. Xen. Mem. 4, 7. 5.] Appellantur ἀστέρες πλανῆται falsi doctores, ita semel Iud. v. 13.

Πλάνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (erro, vagus Ael. V. H. 3, 29.) *fraudulentus, a, um,* ut πνεύματα πλάνα 1 Tim. 4, 1. (Ios. b. i. 2, 13. 4.) ὁ πλάνος subst. *impostor, seductor, fraudator* 2 Cor. 6, 8. 2 Ioh. v. 7. — Matth. 27, 63. quo l. per contumeliam *planus* [Landstreicher] Iesus appellatur. (Diod Sic. Vol. 10. p. 107 ed. Bip.) — Saepius non habetur in N. T.

Πλάξ, ακός, ἡ, *tabula,* maxime *lata tabula.* Ter in N. T. 2 Cor. 3, 3. Hebr. 9, 4. — pro לוּחוֹת Exod. 32, 14. 15. (Diod. Sic. 5, 36.) — ἐν πλαξὶ καρδίας 2 Cor. 3, 3. cf. Prov. 3, 3. 7, 3.

Πλάσμα, τος, τό, (πλάσσω fingo) *res a figulo formata, figmentum, fictile.* Semel in N. T. Rom. 9, 20. — pro מַעֲשֶׂה Ies. 19, 16. (Artem. 1, 56. Lucian. Dial. Deorr. 6, 5.)

Πλάσσω, f. πλάσω, [cf. *Buttm.* §. 80, 4. gram. max. §. 95. *Matth.* §. 178, b.] *fingo, bilden, formen.* Bis in N. T. Rom. 9, 20. 1 Tim. 2, 13. — pro עָשָׂה Gen. 2, 7. Ies. 19, 16. (Sap. 15, 7. Ael. V. H. 2, 13. Xen. de mag. equit. 6, 1.)

Πλαστός, ἡ, όν, (πλάσσω) *fictus, a, um* trop. pro: *commentitius,* ita semel 2 Petr. 2, 3. πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται. (Dem. 602, 1.)

Πλατεῖα, ας, ἡ, (femin. adiect. πλατύς, latus) *platea, via latior.* Novies in N. T. Matth. 6, 6. 12, 19. Luc. 10, 10. 13, 26. 14, 21. Act. 5, 15. Apoc. 11, 8. 21, 21. 22, 2. — pro חוּץ Prov. 7, 6. רְחֹב Iudd. 19, 15. (Diod. Sic. 6, 52. Artemid. 3, 62.)

Πλάτος, εος, ους, τό, *latitudo.* Ter in N. T. Eph. 3, 18. vid. ad h. l. μῆκος p. 319 fin. — Apoc. 21, 16. (2 Macc. 12, 16. Hdian. 8, 4. 2. Xen. Cyr. 7, 5. 8.) πλάτος τῆς γῆς i. e. *planities* Apoc. 20, 9. Ita pro מֶרְחָב Hab. 1, 6.

Πλατύνω, f. υνῶ, perf. pass. πεπλάτυμμαι [cf. de huius verbi reduplicat. *Matth.* §. 167. *Buttm.* §. 76, 5. gram. max. §. 83. not. 2. *Rost* §. 66. not. 1.] 3. pers. sing. πεπλάτυνται [cf. quae de eadem forma 3. pers. perf. pass. ἐξήρανται adnotata sunt sub μιαίνω] a. 1. p. ἐπλατύνθην, *dilato.* Ter in N. T. sq. accus. Matth. 23, 5. — pro hebr. הִרְחִיב Exod. 34, 24. (Xen. Cyr. 5, 5. 34.) — πλατύνω τὴν καρδίαν, ex metaph. Hebraeis usitata [Ps. 119, 32. cf. *Win.* p. 31.] *animum explico, animum extendo* 2 Cor. 6, 11. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται i. e. *animus meus extensus fuit et etiamnum extensus est, latum habui et habeo animum,* scil. *ad vos omnes amore excipiendos.* Cf. *Fritzsche* diss. 2. p. 94 sq. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 128. et de perf. quatenus praesentis significationem includat, sub ἀγαπάω, ἀκούω monita. De h. l. asyndeto vid. ἀδικέω. — τὴν δὲ — ὑμεῖς v. 13. de h. l. accus. vid. sub ἀντιμισθία notata.

Πλατύς, εῖα, ύ, *latus.* Extat tantum Matth. 7, 13. (Hdian. 4, 1. 4. Xen. Cyr. 5, 3. 36.)

Πλέγμα, τος, τό, (πλέκω necto; omne, quod nexum vel contextum est Xen. Cyr. 1, 6. 28. Anthol. gr. T. 1. p. 68. T. 4. p. 43. ed. *Iacobs.*) *cincinni, crines intorti, künstlich gewundene Haare, Haarlocken.* Legitur tantum 1 Tim. 2, 9.

Πλεῖστος, η, ον, superlat. adiect. πολύς, *plurimus* Matth. 11, 20. 21, 8. (Xen. Cyr. 6, 2. 28.) — τὸ πλεῖστον adverbial. [vid. ἀκριβής] *ad summum, höchstens* 1 Cor. 14, 27. —

Πλείων, ονος, ὁ, ἡ, neutr. πλέον, etiam πλεῖον [Thuc. 7, 63. cf. *Buttm.* gram. max. §. 68. *Matth.* §. 135. *Rost* §. 54, 6.] Plural. πλείους, etiam πλείονες [Xen. H. G. 4, 2. 11.] accus. πλείους, etiam πλείονας [Thuc. 2, 87. cf. *Matth.* l. l. *Rost* l. l. not. 4.] neutr. πλείονα [cf. *Matth.* l. l.] 1) *plus, maior numero* a) universe aa) sq. genit. comparationis, ut πλείονας τῶν πρώτων i. e. *plures primum missis* Matth. 21, 36. Marc. 12, 43. Luc. 21, 3. Ioh. 7, 31. (Diod. Sic. 12, 21.) — bb) sq. πλήν c. genit. ut μηδὲν πλέον βάρος — πλὴν — τούτων Act. 15, 28. — cc) sq. ἤ *quam* Matth. 26, 53. Ioh. 4, 1. (Diod. Sic. 1, 79.) — abest ἤ, ubi sequitur numerale Act. 4, 22. 23, 13. 21. 24, 11. 25, 6. οὐ πλείους ὀκτώ. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 410 sq. *Matth.* §. 455, not. 4. *Win.* p. 222. — legitur πλεῖον ἤ extra constructionem, ut οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι Luc. 9, 13. (Xen. Oec. 21, 3. An. 1, 2. 11. 7, 1. 27.) cf. *Lob.* l. l. p. 410. *Bornem.* ad Xen. An. 1, 2. 11. *Id.* Schol. p. 58. *Matth.* §. 437, not. 2. §. 455, not. 4. — dd) sq. παρά c. accus. Luc. 3, 13. Vide παρά. — ee) abest comparationis significatio, e contextu quippe quae facile cognoscitur [vid. ἀκριβής] Matth. 20, 10. Luc. 11, 53. Ioh. 4, 41 coll. v. 39. 15, 2. Act. 2, 40. 13, 31. 18, 20. 21, 10. 24, 17. 25, 14. 27, 20. 28, 23. Hebr. 7, 23. — τὸ πλεῖον = *debitum maius* Luc. 7, 43. (τὸ πλεῖον et αἱ πλείους pars maior Lucian. D. D. 20, 1. Xen. An. 7, 6. 16. Mem. 2, 5. 5.) — — b) neutr. πλεῖον, adverbial., sq. genit. Ioh. 21, 15. — absque comparationis significatione Luc. 7, 42. (Xen. Cyr. 8, 2. 7.) — praeced. ἐπί: ἐπὶ πλεῖον [cf. ἐπί de gradu p. 190 col. 2.] i. e. vel: *latius, amplius* Act. 4, 17. — 2 Tim. 2, 16. de h. l. genit. ἀσεβείας = *in Anschung der Gottlosigkeit*, aut: *in der Gottlosigkeit* vid. ἀπείραστος et de genit. post neutr. adiect. vel pronom. *Matth.* §. 341, 4. *Lob.* l. l. p. 279 sq. — vel: *diutius* [vid. ἐπί p. 190 col. 1.] Act. 20, 9. 24, 4. (ita ὀλίγῳ πλεῖον Xen. Cyr. 1, 3. 1.) — — c) c. art. οἱ πλείονες, οἱ, αἱ πλείους, *plerique, plurimi, die Mehrzahl* [cf. *Matthiae* §. 266.] Act. 19, 32. 27, 12. 1 Cor. 9, 19 ἵνα — κερδήσω, *ut*, si non omnes, certe *plurimos lucrarer*. 15, 6. 2 Cor. 2, 6. 4, 15. 9, 2. Phil. 1, 14. (Ios. Ant. 10, 7. 3.) —

2) *maior pretio* vel *dignitate, praestantior, excellentior*, a) sq. genit. comparationis Matth. 6, 25. 12, 41. 42. Marc. 12, 33. Luc. 11, 31. 32. 12, 23. Apoc. 2, 19. (Xen. Ages. 2, 19) — verbo περισσεύειν, comparativi notionem includenti, ita additur, ut intendat Matth. 5, 20. Cf. *Lob.* l. l. p. 10. — b) sq. παρά c. acc. [vid. παρά] Hebr. 3, 3. 11, 4. — Saepius non extat in N. T.

Πλέκω, f. ξω, *necto, contexo*. Ter in N. T. sq. acc. rei Matth. 27, 29. Marc. 15, 17. Ioh. 19, 2. (Xen. An. 3, 3. 18.)

Πλέον, v. πλείων.

Πλεονάζω, f. άσω (πλέον) 1) *copiosior sum* i. e. a) *plus habeo, quam alter* 2 Cor. 8, 15. — 2 Petr. 1, 18. ταῦτα πλεονάζοντα [propr. quae si nobis insunt et magis insunt, quam in aliis] = *quibus* virtutibus *si abunde ornati sumus*. (τὸ πλεονάζον abundantia, Ueberfluss Diod. Sic. 3, 48.) — b) *augeor, cresco*. Rom. 5, 20 bis. 6, 1. 2 Cor. 4, 15. — εἴς τι i. e. *in commodum alicuius, für etwas* Phil. 4, 19. Vide εἰς p. 143 col. 2. — iungitur c. ὑπεραυξάνω 2 Thess. 1, 3. — 2) transit. *copiosiorem reddo, augeo*, sq. accus. person. et dat. rei 1 Thess. 3, 12. ὑμᾶς δὲ κύριος πλεονάσαι [i. e. *augeat*, optativ. vid. ἀποδίδωμι.] — τῇ ἀγάπῃ = δῴη δὲ ὁ κύριος ὑμᾶς πλεονάσαι τῇ ἀ. — ita pro הִרְבָּה Num. 26, 54. Ps. 71, 21. (1 Macc. 4, 35.) — Saepius non extat in N. T.

Πλεονεκτέω, ῶ, f. ήσω, (πλέον, ἔχω), habeo; plus habeo, quam alter Xen. Mem. 2, 6. 21. plus habere cupio Xen. Cyr. 1, 3. 18.) *lucri causa fraudem facio*. Quinquies in N. T. sq. acc. pers. propr. 2 Cor. 7, 2. 12, 17. μή τινα — ὑμᾶς pro: μή τινα τούτων οὓς ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, εἰς τοῦτο ἀπέσταλκα, ἵνα δι' αὐτοῦ πλεονεκτήσω ὑμᾶς; Cf. de h. l. anacolutho *Win.* p. 499. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 253. *de Wette* epp. P. ad Cor. p. 20. — v. 18. 1 Thess. 4, 6. de h. l. infinit. τὸ μὴ — πλεονεκτεῖν epexegetico = ὥστε μὴ πλεονεκτεῖν vid. sub ἀναθάλλω monita et *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 229. (Pol. 6, 56. 2. Xen. Cyr. 1, 6. 31 et 33.) — passiv. πλεονεκτοῦμαι ὑπό τινος = πλεονεκτεῖ μέ τις, *ich werde von Jem. vervortheilt, es vervortheilt mich Jem.* [propr. Dem. 1035, 25.], ita de Satana, qui seducendo τῇ σωτηρίᾳ per Christum parta privat aliquem eumque suum facit 2 Cor. 2, 11. Cf. ad h. l. *Meyer* l. l. p. 39.

Πλεονέκτης, ου, ὁ, (πλεονεκτέω quod vid.; qui plus, quam alter, habet) *qui plus habere cupit, habendi cupidine flagrans, lucro inhonesto inhians*. Quater in N. T. 1 Cor. 5, 10. 11. 6, 10. Eph. 5, 5. (Sir. 14, 9. Diod. Sic. 20, 106. Xen. Mem. 1, 5. 3.)

Πλεονεξία, ας, ἡ, [πλεονεκτέω quod vid.; maior portio Xen. Mem. 1, 6. 12. Hdian. 1, 5. 6.) *alieni nimia cupido, lucri faciendi cupido*. Decies in N. T. Marc. 7, 22. de h. l. plur. πλεονεξίαι = *die verschiedenen Aeusserungen* vel *Formen der πλεονεξία* vid. αἰσχύνη. — Luc. 12, 15. Rom. 1, 29. εὐλογία — μὴ ὡς πλεονεξία i. e. εὐλογία *non habens qualitatem πλεονεξίας* i. e. *nicht kärglich* wieder Habsüchtige zu geben pflegt 2 Cor. 9, 5. — Eph. 4, 19. de h. l. verbis ἐν πλ. statum alicuius internum indicantibus vid. ἐν p. 168 col. 2 et *Harless* p. 405. — 5, 3. Col. 3, 5. 1 Thess. 2, 5. 2 Petr. 2, 3. 14. (Ael. V. H. 3, 16. Xen. Cyr. 1, 6. 28.) —

Πλευρά, ᾶς, ἡ, *latus corporis, die Seite*. Quinquies in N. T. Ioh. 19, 34. 20, 20. 25. 27. Act. 12, 7. — (Lucian. Dial. Deorr. 20, 7. Xen. An. 4, 1. 18.) —

Πλέω, [de forma huius verbi soluta vid. δέω] f. πλεύσομαι, vel πλευσοῦμαι *navigo, ich schiffe*. Sexies in N. T. absol. Luc. 8, 23. Act. 27, 24. (Hdian. 8, 2. 7. Xen. An. 5, 1. 4.) — sq. εἰς c. acc. loci Act. 21, 3. 27, 6. quo l. πλέιν = μέλλον πλεῖν *in eo erat ut navis veheretur, das eben in Begriff war zu fahren*. Vide de hoc praes. usu αἴρω et de particip. praes. = partic. impf. ἀγανακτέω. — (Diod. Sic. 13, 78. Xen. H. G. 1, 1. 8.) — sq. ἐπί c. accus. loci Apoc. 18, 17. Vide de h. l. lectione *Griesb. Schott, Knapp*. — sq. accus. simplici [vid. διαβαίνω] Act. 27, 2. (Pol. 3, 4. 10. Xen. H. G. 4. 8. 6.) —

B) in *oratione obliqua*, ubi poni poterat *ὅπως* [cf. *Matth.* §. 611. *Bornem.* ad Xen. Mem. 1, 2. 36. *Elmsl.* ad Eur. Med. v. 1103. *Passow* sub voc. *πῶς*] sq. *indicat.* ubi de rebus agitur, quae vere sunt vel evenerunt [vid. *ἀκούω* p. 16.] ut *οὐκ ἀνέγνωτε — πῶς εἰσῆλθεν* Matth. 12, 4. Marc. 2, 26. Marc. 5, 16. — 12, 41. Luc. 8, 36. 14, 7. Act. 9, 27 bis. 11. 13. 12, 17. 1 Thess. 1, 9. Apoc. 3, 3. (Palaeph. fab. 21. Plut. de puer. educat. c. 8 fin. Xen. Mem. 1, 2. 36. Cyr. 1, 6. 16.) — seq. *coniunct.* ubi agitur de

rebus, quae natura sua vel obiective esse, fieri, evenire possunt [cf. *Win.* p. 274. *Matth.* §. 516, 3. coll. §. 512. p. 974. *Herm.* ad Vig. p. 741.] — Matth. 10, 19. Marc. 14, 1. 11. Luc. 12, 11. 22, 2. 4. Act. 4, 21. — sq. *indicat. futuri*, ubi agitur de rebus, quae natura sua vel obiective fieri vel evenire possunt. [Cf. *Win.* l. l. *Matth.* §. 516, not. 2. *Herm.* ad Vig. p. 747. *Iacob* ad Lucian. Toxar. p. 151. *Poppo* ad Thuc. 1. p. 137.] — ut ἐζήτουν πῶς ἀπολέσουσιν αὐτόν Marc. 11, 18. 1 Cor. 7, 32. 33. 34. (ἠγνόουν τι, πῶς χρήσονται τῷ πράγματι Hdian. 5, 4. 16. Plut. de Alexandr. s. virtut. s. fortit. orat. 1. c. 11.)

2) *quam*, nos: *wie*, iunct. c. adiect. vel adverbio, ut πῶς παραχρῆμα Matth. 21, 20. πῶς δυσκόλως Marc. 10, 23. Luc. 18, 24. (Xen. Mem. 4, 2. 23.) — πῶς δύσκολόν ἐστι Marc. 10, 24. (Marc. Antonin. 6, 27. Palaeph. fab. 31. Xen. Cyr. 1, 3. 11.) — iunct. c. verbo = *quantopere*, ut πῶς συνέχομαι Luc. 12, 50. πῶς ἐφίλει αὐτόν Ioh. 11, 36. Saepius non extat in N. T.

P.

Ῥαάβ, ἡ, vel ῥαχάβ, [forma graeca ῥαχάβη, ης, ἡ Ios. Ant. 5, 1. 2.] *Rachab*, hebr. רָחָב nom. proprium meretricis hierichuntinae, hospitio excipientis exploratores Iosuae Ios. 2, 1. — Hebr. 11, 31. Iac. 2, 25.

Ῥαββί, hebr. רַבִּי *Rabbi* i. e. διδάσκαλος, *magister*, honoris titulus solemnis apud doctores Iudaeorum Iesu aetate. Ex sententia Iudaeorum titulus minus honorificus erat רַב, honorificentior רַבִּי, honorificentissimus רַבָּן et dialecto Galilaea רִבּוֹן. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Rabbi*. Legitur ῥαββί Matth. 23, 8. 26, 25. 49. Marc. 9, 5. 11, 21. Ioh. 1, 39. 50. 3, 2. 26. 4, 31. 6, 25. 9, 2. 11, 8., duplicatur per diplasiasmum [vid. αἴρω] Matth. 23, 7. Marc. 14, 45. —

Ῥαββουνί, hebr. רַבּוּנִי, compositum e רַבּוֹן et ex ־ִי paragogico: *Rabbuni* i. q. ῥαββί q. v. Legitur Marc. 10, 51. Ioh. 20, 16.

Ῥαβδίζω, f. ίσω, a. 1. p. ἐῤῥαβδίσθην [de forma ἐραβδίσθην vid. *Win.* p. 71. — a ῥάβδος virga] *virgis caedo*. Bis in N. T. Act. 16, 22. ἐκέλευον ῥαβδίζειν 2 Cor. 11, 25. quo loco respicitur lex Deut. 25, 2. de plagis nonnisi 40 reo infligendis, quam legem ne violarent, superstitio aetatis serioris nonnisi 39 infligere iussit Ios. Ant. 4, 8. — (Diod. Sic. 19, 101.) —

Ῥάβδος, ου, ἡ, 1) *virga* Hebr. 9, 4. Apoc. 11, 1. — Ita οἱ ο' pro מַטֶּה Num. 17, 2. (Lucian. Dial. Deorr. 7, 5. Ceb. Tab. c. 4. Xen. de re eq. 8, 4.) — de virga, qua castigatur aliquis 1 Cor. 4, 21. — (Plut. vit. Poplic. c. 6.) — 2) *baculus*, *scipio* Matth. 10, 10. Marc. 6, 8. Luc. 9, 3. Hebr. 11, 21. Ita pro מַטֶּה Gen. 38, 18. שֵׁבֶט 2 Sam. 23, 20. (Ael. V. H. 2, 6.) — ubi de rege sermo est: *scipio*, *sceptrum* Hebr. 1, 8. Apoc. 2, 27. 12, 5. 19, 5. Ita pro שֵׁבֶט Ps. 2, 9. 45, 8. — Saepius non legitur in N. T.

Ῥαβδοῦχος, ου, ὁ, (ῥάβδος, ἔχω) *lictor*, i. e. *minister publicus*, *qui magistratibus municipiorum et coloniarum bacillos praeferebant iisque apparebant*. Bis in N. T. Act. 16, 35 et 38. (Plut. quaest. rom. c. 67. Diod. Sic. 5, 40. Hdian. 7, 8. 10.)

Ῥαγαῦ, ὁ, [forma graeca ῥάγαυος, ου, ὁ Ios. Ant. 1, 6, 5.] *Ragavus*, nomen proprium viri hebr. Luc. 3, 35.

Ῥᾳδιούργημα, τος, τό, (ῥᾳδιουργέω, ducto a ῥᾴδιος et ἔργον, propr. factum leve vel ab animo levi profectum) *facinus*, *scelus*. Semel in N. T. Act. 18, 14. ἡ ῥᾳδιούργημα πονηρόν. (Lucian. de non temere credend. calumn. §. 20.)

Ῥᾳδιουργία, ας, ἡ, (ῥᾳδιουργέω — facilitas agendi Xen. Cyr. 1, 6. 34. levitas in agendo Xen. Mem. 2, 1. 20.) *nequitia*, *versutia*. Extat tantum Act. 13, 10. (Diod. Sic. 5, 11. Pol. 12, 10. 5.)

Ῥακά, *raka*, vox, ut videtur, chaldaica רֵיקָא *vanus*, *stultus*; secundum alios: *homo vilis*, *ad quem exspuitur*, a רָקַק exspuit. Semel in N. T. Matth. 5, 22.

Ῥάκος, εος, ους, τό, (ῥήγνυμι frango, rumpo; pars abscissa, vestis detrita Cebet. Tab. c. 10. Artemid. 1, 13.) *pars abscissa panni*. Bis in N. T. Matth. 9, 16 et Marc. 2, 2.

Ῥαμᾶ, ἡ, [forma graeca ῥαμαθών, ῶνος, ἡ Ios. Ant. 8, 12. 3.] *Rama*, hebr. רָמָה, urbs tribus beniaminiticae, vicina Betheli et Gibeae [Ios. 18, 25. Iudd. 4, 5. 1 Sam. 19, 23. coll. Ios. Ant. 18, 2. 3.]. Semel in N. T. Matth. 2, 18. φωνὴ ἐν ῥαμᾷ ἠκούσθη *clamor tam vehemens*, *ut Ramae audiretur* i. e. *ad Ramam usque clamor auditus est*.

Ῥαντίζω, f. ίσω, a. 1. ἐῤῥάντισα [de forma ἐράντισα Hebr. 9, 19. vid. *Win.* p. 71. *Griesb.*, *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. b. p. 572.] part. perf. pass. ἐῤῥαντισμένος [de forma ῥεραντισμένος Hebr. 10, 22. vid. *Win.* l. l. *Bleeck* l. l. p. 671. *Griesb.* — a ῥαντός sparsus] = ῥαίνω *adspergo*, *conspergo*. Quater in N. T., sq. accus. rei vel perss. Hebr. 9, 13. Cf. ad h. l. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Sprengwasser*. Solemne fuit apud Hebraeos, ut polluti purgarentur aqua mixta cinere iuvencae rubrae combustae. Hebr. 9, 19. 21. Ita pro הִזָּה Levit. 6, 20. [27.] — in constr. praegnante sq. ἀπό = *adspergo et purgo* vel *lustro ab aliqua re* [vid. ἀπό p. 43 col. 1 fin. et ἐκ p. 147 col. 2 fin.] Hebr. 10, 22. ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς. De accus. h. l. cf. sub ἀριθμός, δέω adnotata. Ita pro חִטֵּא Ps. 51, 9.

Ῥαντισμός, οῦ, ὁ, (ῥαντίζω adspergo; propr. adspersio) *lustratio*, *purgatio*. Bis in N. T. ut αἷμα ῥαντισμοῦ *sanguis lustrationis* i. e. *sanguis lustrationi inserviens* vel *quo fit lustratio* Hebr. 12, 24. ῥαντισμὸς αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ *purgatio* vel *lustratio per sanguinem* [i. e. *per mortem I. C. cruentam*] *effecta* vel *consequenda* 1 Petr. 1, 2. Cf. de gen. vi latius patente sub ζῆλος observata et ὁ τῶν τέξων ἀγών Diod. Sic. 3, 22. —

Ῥαπίζω, f. ίσω, a. 1. ἐῤῥάπισα [de forma aor. ἐράπισαν Matth. 26, 67. vid. *Win.* p. 71. *Griesb.*, — a ῥαπίς virga; virgis caedo Hdot. 7, 35. 8, 59. colaphis caedo Dem. 787, 23.] *os palma caedo*, *alapas infligo*, sq. accus. pers. Ita bis in N. T. Matth. 5, 39. 26, 67. (Ios. Ant. 8, 15. 4.)

Ῥάπισμα, τος, τό, (vox graecitatis serioris cf. *Lob.* ad Phryn. p. 175. *Fischer* de vitiis Lex. N. T. p. 61 sq. *Win.* p. 26. — a ῥαπίζω ictus, qui virga incutitur) *alapa*, *ictus*, *qui palma incutitur alicui*. Ter in N. T. Marc. 4, 65. Ioh. 18, 22. 19, 3. (Alciphron. 3, ep. 6.)

Ῥαφίς, ίδος, ἡ, (ῥάπτω, suo; vox Atticis incognita neque tamen omni vetustate carens cf. *Lob.* ad Phryn. p. 90. *Win.* p. 26. cuius loco Attici βελόνη) *acus*. Ter in N. T. Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25. de h. l. lect. βελόνη vid. *Griesb.* ed. *Schulz*, *Knapp*, *Schott*, *Meyer*. — (Hippo de morb. libr. II. c. 26. Nicet. Annal. 8, 4.)

Ῥαχάβ, v. ῥαάβ.

Ῥαχήλ, ἡ, [terminat. graeca ῥαχήλα, ας, ἡ Ios. Ant. 1, 19. 6 et 7.] *Rachel*, hebr. רָחֵל nom. propr. uxoris Iacobi patriarchae. Semel in N. T. Matth. 2, 18. — Desumta sunt huius loci verba ex Ierem. 31, 15. et quemadmodum apud Ieremiam Rachel deplorare dicitur sortem posterorum suorum e sede patria in exilium abductorum, ita Matthaeus eandem lugere dicit sortem matrum bethlehemiticarum.

Ῥεβέκκα, ης, ἡ, *Rebecca*, hebr. רִבְקָה nom. propr. uxoris Isaaci. Rom. 9, 10.

Ῥέδα, vel ῥέδη, ης, ἡ, *rheda*, genus vehiculi quatuor rotarum. Extat tantum Apoc. 18, 13.

Ῥεμφάν, ὁ, vel ῥαιφάν, vel ῥηφάν, [vid. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Meyer*, *de Wette*] *Remphan*, *Rephan*,

nomen copticum, significans *Saturnum*, in Deorum numero habitum ab Arabibus, Aegyptiis, Phoenicibus, hebr. כִּיּוּן Amos. 5, 26. Legitur tantum Apoc. 7, 43. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Saturn*.

Ῥέω, f. ῥεύσω, [Graeci melioris notae: ῥεύσομαι, v. *Buttm.* §. 100, not. 8. gram. max. §. 116. *Matth.* §. 184, not. *Rost* §. 84. *Win.* p. 83. coll. *Lob.* ad Phryn. p. 739.] *fluo*. Semel in N. T. Ioh. 7, 38. — pro זוּב Exod. 3, 8. נָזַל Cantic. 4, 16. (Hdian. 7, 1. 17. Xen. An. 1, 2. 7.)

Ῥέω, perf. act. εἴρηκα pf. pass. εἴρημαι a. 1. ἐῤῥήθην et ἐῤῥέθην, fut. 3. εἰρήσομαι vid. εἶπον.

Ῥήγιον, ιου, τό, *Rhegium*, nom. propr. urbis littoralis Bruttiorum in Italia inferiore. Sita est e regione Siciliae et appellatur hodie *Reggio*; de eius origine cf. Diod. Sic. 4, 85. — Semel in N. T. Act. 28, 13.

Ῥῆγμα, τος, τό, (ῥήγνυμι rumpo) *quod ruptum est, ruptura, ruina*. Extat tantum Luc. 6, 49. τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας. — pro בְּקִיעִים Amos. 5, 11. (Pol. 13, 6. 8. Dem. 394, 21.)

Ῥήγνυμι, item ῥήσσω [de qua forma ionica obvia, ut Hom. Iliad. 18, 571. ita Marc. 2, 22. 9, 18 et 1 Regg. 11, 31. cf. *Win.* p. 94. Moeris p. 337. Tom. Mag. p. 788.] f. ῥήξω 1) *rumpo* a) propr. i. e. *frango, reissen, zerreissen*, sq. acc. rei, ut τοὺς ἀσκούς Matth. 9, 17. Marc. 2, 22. Luc. 5, 37. — pro בָּקַע Num. 16, 31. הָרַס Ezech. 38, 20. (Diod. Sic. 1, 19. Lucian. Dial. Deorr. 17, 2. Xen. Cyr. 1, 2. 16.) — τινά = *dilacero* Matth. 7, 6. — b) ῥήγνυμι scil. εὐφροσύνην *in iubila erumpo*, ita Gal. 4, 27. quo l. ex antecedente εὐφράνθητι esse cogitatione addendum εὐφροσύνην intelligitur. — Ita plene οἱ σ᾽ pro פִּצְחוּ רִנָּה Ies. 49, 13. 52, 9. — (Cf. Graecorum ῥήγνυμι φωνήν, vocem rumpo, die gleichsam gefesselte Stimme lösen und zu reden anfangen Hdot. 1, 85. 2, 2. deinde: in verba erumpo Hdot. 5, 93. Dem. 186, 26. Artem. 2, 12. 5, 68.) — 2) *solo allido, applodo*, τινά Marc. 9, 18. Luc. 9, 42. — pro רָשַׁשׁ Ies. 13, 16. (Artem. 1, 60. *applodo* Apulej. Met. 6. p. 184, 34. 9. p. 236, 21.) Saepius non extat in N. T.

Ῥῆμα, τος, τό, 1) *verbum*, quatenus ore pronuntiatur, das *lebendig* ausgesprochene Wort, ut πᾶν ῥ. πονηρόν = *cuiuscunque generis convicium* Matth. 5, 11. ῥ. ἀργόν 12, 36. — 27, 14. ῥήματα βλάσφημα Act. 6, 11. ῥήματα λαλεῖν κατά τινος = *maledicere alicui, impie loqui de aliquo* v. 13. — Hebr. 12, 19. (Hdian. 2, 2. 7. Plut. apophth. Mor. 2. p. 26 et 32. ed. *Tauchn.*) —

2) *dictum, effatum, sermo, Spruch, Ausspruch*. — a) universe Matth. 26, 75. Marc. 14, 72. Luc. 1, 38. 2, 50. 9, 45. 18, 34. 20, 26. Act. 11, 16. 28, 25. Rom. 10, 18. — Luc. 7, 1. 24, 8. 11. Ioh. 8, 20. 10, 21. Act. 2, 14. 10, 44. 11, 14. 16, 38. 26, 25. 2 Cor. 12, 4. 2 Petr. 3, 2. Iud. v. 17. — (Dem. 237, 11. Xen. Cyr. 8, 4. 15.) — b) de dictis pertinentibus ad homines de religione et rebus div. edocendos = *doctrina* Ioh. 6, 63. 16, 10. Act. 10, 37. Rom. 10, 8. 1 Petr. 1, 25. — Act. 13, 42. — ῥήματα ζωῆς αἰωνίου i. e. *doctrina vitam et felicitatem aeternam promittens et largiens* Ioh. 6, 68. — τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης i. e. *tantam felicitatem promittens* Act. 5, 20. Vid. de h. l. ζωή p. 221 coll. 2 med. et οὗτος p. 366 col. 1. — ῥῆμα τοῦ θεοῦ i. e. *doctrina Deum auctorem habens, doctrina divina* Rom. 10, 17. Eph. 6, 17. 1 Petr. 1, 25. — Ioh. 3, 34. 8, 47. 17, 8. — χριστοῦ i. e. *doctrina Christum interpretem habens* Ioh. 5, 47. 12, 47. 48. 15, 7. — c) de dictis spectantibus ad officia incumbentia vel iniungenda alicui = *iussus, mandatum* Luc. 5, 5. Act. 10, 22. θεοῦ *mandatum Dei* Luc. 3, 2. — vel *iussus Dei* Hebr. 11, 3. — ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ = ῥήματι δυνατῷ αὐτοῦ Hebr. 1, 3. coll. Gen. 1, 3. 6. Ps. 33, 6. 148, 5. 6. — hinc pro: *res, quae iussu Dei* vel *iubente Deo existit* Matth. 4, 4. Luc. 4, 4. — ita pro דָּבָר Deut. 8, 3. — d) de oraculis divinis aa) universe, sq. τοῦ θεοῦ Apoc. 17, 17. — bb) de oraculis divinis bona certa promittentibus = *promissum*, sq. θεοῦ Luc. 2, 29. Hebr. 6, 5. — absque θεοῦ Eph. 5, 26. τὸ λουτρὸν τοῦ ὕδατος ἐν [= coniunctum cum, comitem habens] ῥήματι. Cf. ἐν p. 166 col. 1. init.

3) metonym. *res, de qua dicitur* vel *sermo fit, Gegenstand der Rede* i. e. a) *res verbis ante exposita, res, de qua* nunc *sermo fuit*. πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα Luc. 1, 65. 2, 15. 17. 19. 51. — Ita pro דָּבָר Gen. 15, 1. 22, 1. — b) *res, de qua disceptatur, causa, Rechtssache, Streitsache* Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1. — Ita pro דָּבָר Exod. 18, 22. Deut. 19, 15. — c) *res*, quatenus *verbis promissa*, non effecta sistitur vel cogitatur, ita in verbis depromtis, ut videtur, ex Gen. 18, 14. [ubi ῥῆμα pro דָּבָר] Luc. 1, 37. Cf. ad h. l. *Win.* p. 160. et de ἔπος proxime ad vocis πρᾶγμα vim accedente *Passow* Vol. 1. p. 881. coll. *Simon.* Lex. hebr. ed. *Win.* p. 208. — Saepius non legitur in N. T.

Ῥησά, ὁ, *Rhesa*, nom. propr. viri Luc. 3, 27.

Ῥήσσω, v. ῥήγνυμι.

Ῥήτωρ, ορος, ὁ, *rhetor, orator, patronus causarum*. Semel in N. T. Act. 24, 1. (Diod. Sic. 16, 85. Xen. Mem. 4, 6. 15. Thuc. 8, 1.)

Ῥητῶς, adv. *diserte, disertis verbis*. Extat tantum 1 Tim. 4, 1. ῥητῶς λέγει. (Diog. Laërt. 7, 88. Polyb. 2, 23. 5.)

Ῥίζα, ης, ἡ, 1) *radix* Matth. 3, 10 et Luc. 3, 9. ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν — κεῖται. Matth. 13, 6. Marc. 4, 6. — Marc. 11, 20. ἐκ ῥιζῶν *von der Wurzel aus, radicitus*. (Ael. V. H. 2, 14. Xen. Oec. 17, 12.) — trop. ἔχω ῥίζαν vel ἔχω ῥίζαν ἐν ἐμαυτῷ sc. τοῦ λόγου i. e. *radices agere patior in animo meo* sc. *doctrinam* Matth. 13, 21 Marc. 4, 17. Luc. 8, 13. — metaph. pro: *id, unde aliquid pullulat*, ita de rebus, ubi Lat. *origo, fons, causa* 1 Tim. 6, 10. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. (Sir. 1, 25. Sap. 15, 3. — πηγὴ γὰρ καὶ ῥίζα καλοκἀγαθίας τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας Plut. de pueror. educ. c. 7.) — de personis = *familiae auctores, parentes, progenitores* Rom. 11, 16. 17. 18. quo l. ut patriarchae [Abrahamus, Isaacus, Iacobus] *radici* et totus populus israeliticus assimilantur *ramis*, ita Christiani *e gentibus* in patriarcharum, quos Deus beatae familiae conditores esse voluit, familiam insiti illos habere beatitatis auctores eorumque familiae debere dicuntur, quod sint participes facti felicitatis patriarchis et populo israelitico destinatae. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. 2. p. 487 — 501. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 251 — 254. (ita ῥίζα Menandr. fragm. p. 247 ed. *Meinecke*. Isidor. Pelusiot. ep. 4, 141.) — 2) metonym. *id, quod provenit e radice*, ῥίζα πικρίας *radix amaritudinem habens*, fortius quam ῥ. πικρά [vid. ἁγιωσύνη] Hebr. 12, 15. quo l. radici amarae comparatur „homo in religione acerbus ac seditiosus, qui facile aliis auctor sit ad eam deserendam,“ ita *Böhme* ep. ad Hebr. p. 687. coll. *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. b. p. 911. (ῥίζα ἁμαρτωλὸς ἀντίοχος ἐπιφανής 1 Macc. 1, 10.) — metaph. *proles, unus ex posteris alicuius* Rom. 15, 12. ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Apoc. 5, 5. 22, 16. Ita pro שֹׁרֶשׁ Ies. 11, 10. 53, 2. (Sir. 40, 15. 47, 22.) — Saepius non habetur in N. T.

Ῥιζόω, ῶ, f. ώσω, (ῥίζα radix) *radices ago, radicibus munio*, ἐῤῥιζωμένος, *radicibus munitus* [propr. Hom. Od. 13, 163.] metaph. *firmus, constans, fest wie eingewurzelt* [de particip. perf. praesentis notionem includente vid. ἀγαπάω]. Bis in N. T. sq. ἐν c. dat. rei [vid. ἐν p. 169 col. 1 init.] Eph. 3, 18. — Col. 2, 7. (Plut. de puer. educ. c. 9.) —

Ῥιπή, ῆς, ἡ, (ῥίπτω iacio, moveo) *iactus, ictus* [Hom. Il. 8, 355. Apollon. Argon. 2, 1116. 4, 851.]. ὀφθαλμοῦ *ictus oculi, ein Augenblick*. Semel in N. T. 1 Cor. 15, 52.

Ῥιπίζω, f. ισω, (ῥιπίς flabellum; flabello excito ignem Aristoph. Acharn. 888.) *agito, iacto* Iac. 1, 6.

Ῥίπτω, f. ψω, a. 1. ἔῤῥιψα particip. ῥίψας [vid. θλίψις] pf. pass. ἔῤῥιμμαι. 1) *iacio, ich werfe* et ῥιπτέω, ῶ [semel obvium Act. 22, 23.] *iacto* [vid. *Passow* sub voc. ῥίπτω. *Herm.* ad Soph. Aiac. v. 235. *Buttmann* gram. max. §. 112, not. 6 et 7.] a) de proiicientibus τινὰ εἴς τι Luc. 4, 35. 17, 2. — ὑποκάτω τινός pro הִשְׁלִיךְ Gen. 21, 15. (τινὰ εἴς τι Cebet. tab. c. 10. Diod. Sic. 2, 4. Dem. 883, 27. Xen. An. 3, 3. 1.) — τί Act. 27, 19. — addito ἔκ τινος v. 29. (Dem. 798, 25.) — additur ἐν c. dat. loci [cf. ἐν p. 169 col. 2 fin.] Matth. 27, 5. — b) ῥίπτειν ἱμάτια i. e. *pallia iactare*, alii: *pallia abiicere* Act. 22, 23. — Fuisse apud veteres vestium iactationem signum approba-

tionis, vel delectationis, docent loci Lucian. de Saltat. §. 68. Aristaenet. 1, 26. Ovid. Amor. 3, 2. 74. — c) *deponendi* sens. *hinlegen*, sq. τινὰ παρὰ τοὺς πόδας τινός Matth. 15, 30. (Dem. 418, 11.) — 2) *abiicio*, metaph. pro: *negligo*, ut ἦσαν — ἐῤῥιμμένοι *neglecti erant* Matth. 9, 15. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 355. *de Wette* ad h. l. (Lucian. Necyom. §. 17. Lucian. Amor. §. 33.) — Saepius non extat in N. T.

Ῥοβοάμ, ὁ, [terminat. graeca ῥοβόαμος, ου, ὁ, Ios. Ant. 8, 10. 1.] *Roboam, Rehabeam*, hebr. רְחַבְעָם nom. propr. filii Salomonis, et regis Iudae, qui regnum auspicatus pertinacia sua effecit, ut tribuum XII israeliticarum decem Ierobeamum regem sibi sumerent, quo facto omnis Hebraeorum natio dividebatur in regnum Israelis vel Ierobeami et in regnum Iudae vel Roboami. Matth. 1, 7.

Ῥόδη, ης, ἡ, *Rhode*, nomen propr. ancillae cuiusdam Act. 12, 13.

Ῥόδος, ου, ἡ, *Rhodus*, Cycladum maris mediterranei celeberrima, cuius metropolis, Rhodi nomine insignis, portu erat instructa, ad cuius introitum exstructus erat Colossus rhodius Act. 21, 2.

Ῥοιζηδόν, adv. (ῥοῖζος, strepitus) i. q. μετὰ ῥοίζου i. e. *cum stridore* vel *fragore*. Extat tantum 2 Petr. 3, 10. (Lycophron. 66. Hero ap. Musaeum 339.)

Ῥομφαία, ας, ἡ, *gladius*, [propr. genus gladii oblongi in humero dextro gestari soliti Plutarch. Vit. Aemil. c. 18.] Septies in N. T. Luc. 2, 35. σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, per imaginem pro: *sors tibi imminet longe tristissima*. — Apoc. 1, 6. 2, 12. 16. 6, 8. 19, 15. 21. — pro חֶרֶב Gen. 3, 24. Exod. 5, 21.

Ῥουβήν, ὁ, [apud Ios. Ant. 1, 19. 7. ῥούβηλος, ου, ὁ] *Ruben*, hebr. רְאוּבֵן nom. propr. filii primogeniti Iacobi ex Lea. Apoc. 7, 5.

Ῥούθ, ἡ, [terminat. graeca ῥούθη, ης, ἡ Ios. Ant. 5, 9. 2.] *Ruth*, hebr. רוּת nom. propr. mulieris moabiticae, quae post mariti, Mahalonis, Bethlehemitae, obitum nupsit Boaso Matth. 1, 5.

Ῥοῦφος, ου, ὁ, *Rufus*, nom. propr. viri Marc. 15, 21. Rom. 16, 13.

Ῥύμη, ης, ἡ, (i. q. ὁρμή, φορά, impetus Thuc. 7, 10. Xen. Cyr. 7, 1. 31. Dionys. Hal. Ant. 5, 15.) *platea*. Quater in N. T. Matth. 6, 2. ἐν ταῖς ῥύμαις. Luc. 14, 21. Act. 9, 11. 12, 10. (Tob. 13, 17. Pol. 6, 29. 1.) E temporibus novae comoediae ita dictam esse ῥύμην, docuit *Sturz* de dial. alex. p. 29 et *Lob.* ad Phryn. p. 404. 405. *Win.* p. 25.

Ῥύομαι, [de etymol. huius verbi vid. *Buttm.* §. 100. gram. max. §. 114. *Id.* Lexilog. P. 1. p. 66. *Passow* sub h. v.] f. ῥύσομαι, verb. depon. med. *eripio, libero, ich errette*, a. 1. p. ἐῤῥύσθην [cf. *Buttm.* §. 89, not. 1. gram. max. §. 100, not. 3. *Matth.* §. 191, 1.] signif. passiva: *ereptus sum, liberatus sum* [vid. sub ἀπαρνέομαι adnotata; serioris aetatis esse hunc aor. 1. p. docet *Passow* l. l.] Legitur in N. T. sq. accus. person. Matth. 27, 43. 2 Petr. 2, 7. (Ael. V. H. 4, 5. Hdian. 1, 4. 10. Hom. Iliad. 15, 290. 20, 194.) — absol. ὁ ῥυόμενος, substant. [vid. *Win.*] *liberator, vindex* [a Deo mittendus i. e. *Messias*] Rom. 11, 26. — Ita pro גֹּאֵל Ies. 59, 20. — sq. τινὰ ἀπό τινος [vid. ἀπό p. 48 col. 1.] Matth. 6, 3. [Luc. 11, 4.] Rom. 15, 31. 1 Thess. 1, 10. 2 Thess. 3, 10. 1 Tim. 4, 8. — Ita pro צָר sq. מִן Ps. 140, 1. — sq. τινὰ ἐκ τινος [vid. ἐκ p. 148 col. 1 et 2.] Luc. 1, 74. Rom. 7, 24. 2 Cor. 1, 10. Col. 1, 13. 2 Tim. 3, 11. 4, 17. 2 Petr. 2, 9. — Ita pro הִצִּיל sq. מִן Exod. 6, 6. (Diod. Sic. 12, 53. 19, 60. Ios. de vit. sua §. 15. Hdot. 5, 49.) — Saepius non legitur in N. T.

Ῥυπαρεύομαι, f. εύσομαι, (ῥυπαρός sordidus) *sordidus sum, sordesco*. Legitur tantum Apoc. 22, 11. Vide de h. l. lect. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*.

Ῥυπαρία, ας, ἡ, (ῥυπαρός) *sordes* [propr. Plut. praecept. coniugal. c. 28.) Extat tantum Iac. 1, 21. quo l. refertur ad *sordes animi*. Cf. *Theile* ep. Iac. p. 66. —

Ῥυπαρός, ά, όν, (ῥύπος sordes) *sordidus*. Bis in N. T. Iac. 2, 2. πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι. Ita pro צֹאָה Zach. 3, 3. 4. (Ios. Ant. 7, 11. Cebet. Tab. c. 10. Plut. de sera numin. vindict. c. 22.) — metaph. = *turpis, vitiis contaminatus* Apoc. 22, 11. —

Ῥύπος, ου, ὁ, *sordes, squalor*, σαρκός i. e. am Fleische [vid. αἷμα p. 10 col. 1 med.] Semel in N. T. 1 Petr. 3, 21. — (Pol. 32, 7. 8.)

Ῥυπόω, ῶ, i. q. ῥυπαρεύομαι. Apoc. 22, 11. e lect. vulg. Vide ῥυπαρεύομαι. —

Ῥύσις, εως, ἡ, = ῥεῦσις (ῥέω fluo) *fluxus, profluvium*. Ter in N. T. τοῦ αἵματος Marc. 5, 25. Luc. 8, 43. 44. — pro זוֹב Levit. 15, 2. 3.

Ῥυτίς, ίδος, ἡ, (ῥύω contraho) *ruga*. Semel in N. T. Eph. 5, 27. quo loco ἡ ἐκκλησία, quatenus macula et vitiis caret, comparatur sponsae rugas non habenti — formosae. (Proprie: Diod. Sic. 4, 51.)

Ῥωμαϊκός, ή, όν, (ῥώμη Roma) *romanus* Luc. 23, 38. (Pol. 3, 107. 12. Hdian. 4, 7. 4.)

Ῥωμαῖος, ου, ὁ, *Romanus*, *civis romanus* Ioh. 11, 48. Act. 2, 10. 16, 21. al. (Plut. apophth. Pyrrhi Mor. 2. p. 34. ed. *Tauchn.*)

Ῥωμαϊστί, adv. *romane, latine*. Semel in N. T. Ioh. 19, 20. — De adverbiis exeuntibus in ιστί v. sub ἑβραϊστί monita.

Ῥώμη, ης, ἡ, *Roma*, celeberrima imperii romani metropolis Act. 18, 2. 19, 21. Rom. 1, 7. 15. 2 Tim. 1, 17. cet. (Hdian. 4, 7. 4. Artemid. 4, 22. Diod. Sic. 4, 21.)

Ῥώννυμι, f. ῥώσω, *roboro*, perf. pass. ἔῤῥωμαι *valeo*, [vid. de perfecto statum durantem indicante et praesentis notionem includente ἀγαπάω] hinc formula in fine epistolarum apud Graecos solemnis ἔῤῥωσο et plur. ἔῤῥωσθε. Ita bis in N. T. Act. 15, 29. 23, 30. (Artemid. 3, 44. Xen. Cyr. 4, 5. 33.)

Σ.

Σαβαχθανί, *deseruisti me*. Vox chaldaica שְׁבַקְתַּנִי a verbo שְׁבַק obvio Dan. 4, 12. 20. 23. — Bis in N. T. Matth. 27, 46 et Marc. 15, 34 coll. Ps. 22, 1.

Σαβαώθ, vel σαββαώθ, vox hebr. צְבָאוֹת, *exercitus*. κύριος σαβαώθ i. q. יְהוָה צְבָאוֹת vel אֱלֹהֵי צְבָאוֹת dominus vel deus *exercituum* i. e. vel *angelorum throno Iovae adstantium* 2 Chron. 18, 18. vel *astrorum* Ierem. 33, 22. In N. T. universe pro: *Deus summus*. Bis: Rom. 9, 29. Iac. 5, 4.

Σαββατισμός, οῦ, ὁ, (σαββατίζω i. q. שָׁבַת cessavit a labore, cessando a labore sabbatum egit Levit. 23, 32.) *cessatio a labore, feriatio* i. q. κατάπαυσις. Semel in N. T. Hebr. 4, 9. — (Plut. de superstit. c. 3.)

Σάββατον, ου, τό, item plur. significatione singularis [vid. ἄζυμος] τὰ σάββατα vel a σάββατ, τος, τό [cf. *Passow* Vol. 2. p. 866. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Sabbath*] vel a forma chaldaica שַׁבְּתָא v. *Win.* p. 69. — de dativo plur. τοῖς σάββασι, quem habet etiam Meleag. 83, 4. in Anth. gr. Vol. 1. p. 25. ed. *Iacobs. Buttm.* §. 51. gram. max. §. 56, not. 14. *Matth.* §. 92, 3. *Fischer* ad Weil. Vol. 2. p. 189. *Passow* l. l. *Win.* p. 62. — (propr. cessatio a labore; quies, hebr. שַׁבָּת) 1) *sabbatum Iudaeorum* i. e. *septimus quisque hebdomadis dies*; celebrabatur hic dies antiquitus atque ex lege Mosis cessatione a labore, sacri-

ficio offerendo, τῇ προθέσει τῶν ἄρτων vel panibus sacris proponendis, post exilium etiam conventibus sacris in synagoga habitis, item praelegendis et explicandis nunc Mosis [Paraschen], nunc prophetarum [Haphtharen], nunc aliis V. T. libris [Megilloth]. Cf. Nehem. 8, 6. Exod. 20, 8 — 11. 31, 12 — 17. 34, 21. Levit. 24, 8. Num. 28, 9. Deut. 5, 12 — 14. Ier. 17, 27. — Legitur ita in N. T. *singulari* numero Matth. 12, 8. Marc. 2, 27 bis. v. 28. 6, 2. 16, 1. Luc. 6, 5. de h. l. genit. separato non sine vi a nom. regente vid. ἀγαθός. — 13, 14. 16. 14, 5. Ioh. 5, 18. 9, 16. 19, 31. — Luc. 23, 54. Ioh. 5, 9. 10. 9, 14. σαββάτου ὁδός *Sabbathsweg* [vid. *Win*. bibl. Realw. sub voc. *Sabbathsweg*] Act. 1, 12. Vide ὁδός et Exod. 16, 29. ex quo loco male intellecto mala Iudaeorum superstitio collegit, non nisi iter mille passuum facere licere sibi sabbato. (Ios. de vit. sua §. 32. de bell. iud. 2, 17. 10.) — — dat. σαββάτῳ, item τῷ σαββάτῳ *die sabbati* [de quo dat. temporis vid. ἑξῆς] Matth. 24, 20. Luc. 14, 1. — Luc. 13, 14. 15. 14, 3. Act. 13, 44. — ἐν σαββάτῳ, item ἐν τῷ σαββάτῳ, *die sabbati* [vid. ἐν p. 169 col. 1.] cf. *Matth*. l. l. Matth. 12, 2. Luc. 6, 1. 6. Ioh. 5, 16. 7, 22. 23. Luc. 6, 7. Ioh. 19, 31. — accus. τὸ σάββατον, *per sabbatum, den Sabbat über* [vid. βραχύς] Luc. 23, 56. — εἰς τὸ μεταξὺ σ. [vid. εἰς p. 141 col. 1. fin.] Act. 13, 42. — κατὰ πᾶν σ. *singulis sabbatis* [vid. κατά p. 257 col. 1.] Act. 13, 27. 15, 21. 18, 4. — Ita pro שַׁבָּת 2 Regg. 16, 29. — — *pluralis* legitur, significatione *pluralis*, ut ἐπὶ σάββατα τρία Act. 17, 2. ἐν μέρει — σαββάτων Col. 2, 16. Cf. de h. l. μέρος. — signific. *singularis* [vid. ἄζυμος. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 30.] Luc. 4, 16. Act. 13, 14. 16, 13. — Ita pro שַׁבָּתוֹת Exod. 31, 13. pro שַׁבָּת 19, 70. Levit. 23, 32. (Ios. Ant. 1, 1. 1. Iac. Anth. gr. l. l. ita *sabbata* Horat. Sat. 1, 9. 69.) — ὀψὲ — σαββάτων Matth. 28, 1. Vide ὀψέ. — dat. τοῖς σάββασι, *die sabbati* Matth. 12, 1. 5. 10. 11. 12. Marc. 1, 21. 3, 2. 4. Luc. 6, 9. (Ios. de vit. sua §. 54. de bell. iud. 1, 7. 3.) — ἐν τοῖς σάββασι, *die sabbati* Marc. 2, 23. 24. Luc. 4, 31. 6, 2. 13, 10. (Ios. Ant. 13, 8. 4.) —

2) *septimana, hebdomas, die Woche, singul.* numero πρώτη σαββάτου Marc. 16, 9. — τοῦ σαββάτου i. e. *intra septimanae spatium* [vid. ἐνιαυτός] Luc. 18, 12. — *plural.* ut εἰς μίαν [ex hebr. = εἰς πρώτην ἡμέραν, vid. εἰς] σαββάτων Matth. 28, 1. — τῆς μιᾶς σαββάτων i. e. *primo die hebdomadis* Marc. 16, 2. — τῇ μιᾷ τῶν σ. Luc. 24, 1. Ioh. 20, 1. 19. Act. 20, 7. — κατὰ μίαν σαββάτων i. e. *singulis primis hebdomadis diebus* 1 Cor. 16, 2. (σάββατα Anth. gr. Vol. 1. p. 25. ed. *Iacobs*.) Saepius non extat in N. T.

Σαγήνη, ης, ἡ, *verriculum*, genus retis piscatorii maioris, profunde sub aquas pertingentis et ipsum fundum quasi verrentis. Legitur tantum Matth. 13, 47. — pro: חֵרֶם Ezech. 26, 5. 14. (Aesop. fab. 13. Ael. H. A. 11, 2.)

Σαδδουκαῖος, ου, ὁ, *Sadducaeus, Sadducaeorum sectae addictus*. Insigniebatur enim Iesu aetate hoc nomine pars Iudaeorum, dissentiens quidem a Pharisaeis, conspirans tamen cum iisdem, ubi de Iesu opprimendo et mortis supplicio afficiendo ageretur. Nomen, ut videtur, traxerunt ab hebr. צָדוֹק, non, ut aliis placuit, a Sadoco quodam, quem Talmudistae seculo tertio ante Iesum vixisse tradiderunt. Missis ταῖς παραδόσεσι et legibus non scriptis libros tantum V. T. fontem esse religionis iudaicae statuerunt et quemadmodum repudiabant Pharisaeorum daemonologiam atque angelos esse negabant, ita neque corporis post mortem resurrectionem neque doctrinam de praemiis et poena in vita altera expectandis admittebant Ios. Arch. 8, 1. de bell. iud. 12, 8. Cum porro Pharisaei a fato vel a providentia hominum facta pendere affirmarent, Sadducaei ab arbitrio potius humano repetenda ea esse statuerunt Ios. Arch. 13, 5. et de bell. iud. 2, 8. Denique idem Iosephus Iudaeorum nobilioribus et principibus potissimum placuisse Sadducaeorum decreta tradit atque moribus severioribus usos eos esse auctor est. Cf. Ios. Arch. 18, 1. et de bell. iud. 2, 8. — Matth. 3, 7. 16, 1. 6. 11. 12. 22, 23. 34. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. Act. 4, 1. 5, 17. 23, 6—8. Cf. *Win*. bibl. Realw. sub voc. *Sadducaeer*.

Σαδώκ, ὁ, *Sadok*, nom. propr. viri hebr. צָדוֹק Matth. 1, 14.

Σαίνω, *moveo*, (de canibus, leonibus et aliis animalibus, quae cauda mota blandiuntur Ael. V. H. 13, 42. Hom. Od. 16, 6.) passiv. σαίνομαι *moveor*, metaph. *perturbor*. Semel in N. T. 1 Thess. 3, 3. Cf. de huius loci verbis: τῷ μηδένα σαίνεσθαι supra sub ὁ, ἡ, τό p. 396 col. 1 fin. adnotata.

Σάκκος, ου, ὁ, (quatenus scribendum sit σάκος, σάκκιον, σακίζειν vid. apud *Lob*. ad Phryn. p. 257.) *saccus* i. e. genus tunicae sordidae, atrae, e filis crassis textae et sacci instar in corpore haerentis hebr. שַׂק Ios. de bell. iud. 1, 17. ἐσθὴς ἐκ τριχῶν πεποιημένη. Lat. *cilicium*. Quater in N. T. Matth. 11, 21. Luc. 10, 13. Apoc. 6, 12. 11, 3. Ita pro שַׂק 1 Regg. 21, 27. Ies. 20, 2. 37, 1. Uti apud Hebraeos eiusmodi veste utebantur prophetae, vitam severiorem agentes, ita eadem incedebant etiam apud eosdem lugentes, cf. locos V. T. modo laudatos et Ios. Ant. 5, 1. 2. 7, 7. 4. 8, 14. 4. et de bell. iud. 2, 12. 5. et *Win*. bibl. Realw. sub voc. *Sack*.

Σαλά, ὁ, [forma graeca σάλης, ου, ὁ, Ios. Ant. 1, 6. 4.] *Sala*, hebr. שֶׁלַח nom. propr. viri hebr. Luc. 3, 35.

Σαλαθιήλ, ὁ, *Salathiel*, hebr. שְׁאַלְתִּיאֵל nom. proprium viri hebr. Luc. 3, 27.

Σαλαμῖς, ῖνος, ἡ, *Salamis*, urbs primaria insulae Cypri, post *Constantia* appellata. Act. 13, 5. (Strabo 14, 6. Hdot. 4, 62.)

Σαλείμ, ἡ, *Salim*, nom propr. urbis Ioh. 3, 23. memoratae.

Σαλεύω, f. εύσω, (σάλος quod vid.) 1) *commoveo, concutio, ich setze in eine schwankende Bewegung*, ut fieri solet in mari, in terrae motu, in tonitru, in rebus vento agitatis, sq. accus. rei Matth. 11, 7. 24, 29. Marc. 13, 25. Luc. 6, 48. 7, 24. 21, 26. Act. 4, 31. 16, 26. Hebr. 12, 26. de h. l. pentametro vid. *Win*. p. 562. — μέτρον σεσαλευμένον i. e. *mensura, quae concutiendo repleta est* Luc. 6, 38. — pro נָעַשׁ Ps. 18, 7 vel 8. (Diod. Sic. 12, 47. 13, 100. Ios. Ant. 8, 5. 2.) — trop. Hebr. 12, 27. quo loco oeconomia mosaica, *mutationi obnoxia*, comparatur τοῖς σαλευομένοις i. e. rebus concussioni obnoxiis, i. e. *dem Wandelbaren, keinen festen Stand Habenden*, religio contra christiana τοῖς μὴ σαλευομένοις i. e. rebus, quae loco suo *non* moventur = *dem Unwandelbaren*. „Cognomine τῶν σαλευομένων appellatur Iudaismus a commoto concussoque monte Sinai, ut cogites, religionem, in concusso monte primum promulgatam, ipsam, si licet dicere, concussibilem i. e. commutabilem seu non semper stabilem" *Böhme* epist. ad Hebr. p. 728. coll. *Bleeck* ep. ad Hebr. p. 963 sq. — metaph. ut ὄχλον vel τοὺς ὄχλους σ. i. e. *concito populum* vel *populi multitudinem, die Volksmenge in unruhige Bewegung setzen, aufregen, aufreitzen* Act. 17, 13. (Hdian. 2, 8. 6. Soph. Oed. R. v. 22. 23.) — τινά i. e. *perturbo aliquem* i. e. *animum alicuius perturbo* Act. 2, 25. (1 Macc. 6, 8.) — addito ἀπό τινος in constructione praegnante [vid. ἀπό p. 43 col. 1. ἐκ p. 147 col. 2 fin.] ut ἀπὸ τοῦ νοός, explica: σαλεύω τινὰ καὶ μετακινῶ [cf. Col. 1, 23. similiter κινεῖσθαι et σαλεύεσθαι leguntur Plut. adv. Colot. c. 16.] ἀπὸ τοῦ νοός *perturbo et a mentis statu deiicio* 2 Thess. 2, 2. — Saepius non extat in N. T.

Σαλήμ, ἡ, *Salem*, hebr. שָׁלֵם [apud Ios. Ant. 1, 10. 2. σόλυμα] nom. propr. urbis, et ut videtur, eiusdem, quae postea Hierosolyma appellabatur Hebr. 7, 1. 2. Cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. b. p. 285. *Win*. bibl. Realw. sub vocc. *Melchisedek, Ierusalem*.

Σαλμών, ὁ, *Salmon*, hebr. שַׂלְמוֹן, nom. propr. viri hebr. Matth. 1, 4. 5. Luc. 3, 32.

Σαλμώνη, ης, ἡ, *Salmone*; erat promontorium insulae Cretae orientale et ex parte boreale etiam, Cnido obversum Act. 27, 7. (Strabo 10. p. 727. B.)

Σάλος, ου, ὁ, *iactatio, agitatio, maxime maris, die stete unruhige Bewegung des Meeres*. Semel in N. T. Luc. 21, 25. ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου. — pro נוּעַ Ion. 1, 15. (Diod. Sic. 20, 74. Lucian. Hermotim. 28.)

Σάλπιγξ, ιγγος, ἡ, *buccina, tuba*. Undecies in N. T. 1 Cor. 15, 8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ. Apoc. 1, 10.

4, 1. 8, 2. 6. 18. 9, 14. — Uti regis adventus buccinarum strepitu a ministris annuntiatur, ita Dei praesentiam Hebr. 12, 19. item adventum Messiae gloriosum angeli dicuntur annuntiaturi Matth. 24, 31. 1 Cor. 15, 52. — 1 Thess. 4, 16. *ἐν σάλπιγγι θεοῦ* [coll. 4 Esr. 6, 24. vid. *Bertholdt* Christol. Iudaeorum p. 178.] i. e. *tuba, quae canitur iussu Dei*, vid. *θεός* p. 30. col. 1. — pro חֲצֹצְרָה 2 Regg. 12, 14. שׁוֹפָר 1 Sam. 13, 3. קֶרֶן Ios. 6, 5. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *musikalische Instrumente*. (Pol. 15, 12. 2. Ael. V. H. 2, 44. Xen. An. 4, 2. 1.)

Σαλπίζω, f. *ίσω*, a. 1. act. *ἐσάλπισα* [de qua futuri et aor. forma serioris graecitatis pro forma antiquiore *σαλπίγξω*, *ἐσάλπιγξα* cf. *Lob.* ad Phryn. p. 191. *Rost* §. 70, not. 6. *Buttm.* §. 88, 7, not. 1. gram. max. §. 92, not. 8. *Matth.* §. 177. *Win.* p. 88.] *tuba cano, buccinam inflo* a) universe Matth. 6, 2. *μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου noli praetensam buccinam inflare* i. e. *ne committe, ut strepitus te praecedant.* Apoc. 8, 6 — 9. 16. 12. 13. 9, 1. 13. 10, 7. 11, 15. — de angelis tuba canentibus in adventu Messiae 1 Cor. 15, 52. *σαλπίσει* scil. *angelus tubicen* i. e. *angelus cuius est tuba canere.* Cf. *Win.* p. 229. 526 coll. *Herm.* ad Vig. p. 871. (*σαλπίσω* et *ἐσάλπισα* habent Ael. V. H. 1, 26. Ios. Ant. 7, 11. Mechan. vett. p. 201. *οἱ ό* Ies. 44, 23. 2 Chron. 13, 14. — contra: *σαλπίγξω*, *ἐσάλπιγξα* Xen. An. 1, 2. 17.) Saepius non extat in N. T.

Σαλπιστής, *οῦ*, *ὁ*, [pro forma meliori *σαλπιγκτής*, *σαλπικτής* Dem. 284, 26. Xen. An. 4, 3. 29. Thuc. 6, 69. cf. *Lob.* ad Phryn. p. 191.] *tubicen.* Extat tantum Apoc. 18, 22. — (Theophr. Char. 24 [25], 3. Dion. Hal. Antiq. 4, 7 et 18. Chariton. 8, 210.)

Σαλώμη, *ης*, *ἡ*, *Salome*, nom. propr. mulieris. Fuit illa uxor Zebedaei, mater Iacobi et Iohannis Apostolorum et, si fides habenda Nicephoro in H. Eccles. 2, 3. filia Aggaei, fratris Zachariae illius, quem patrem legimus fuisse Iohannis Baptistae Marc. 15, 40. 16, 1.

Σαμάρεια, *ας*, *ἡ*, *Samaria*, hebr. שֹׁמְרוֹן 1) nom. propr. urbis, sitae in media Palaestina et exstructae ab Omri rege in monte eiusdem nominis. Fuit illa metropolis et sedes regum Israel vel decem tribuum et quemadmodum primum a rege Assyriorum Salmanassaro diruebatur, civibus regni israelitici maximam partem abductis, ita reaedificatam a civibus relictis et colonis assyriis delevit Iohannes Hyrcanus. Denuo restituta a Gabinio Romano, nomen nacta est *Gabinia;* dono denique ab Augusto data Herodi Magno, ab hoc exornata non solum et amplificata, sed *Sebaste* etiam, i. e. *Augusta* appellata est. Hodie vicus est ignobilis *Schemrun* nomine insignitus. Cf. 1 Regg. 16, 24. 22, 52. Ier. 23, 13. Ezech. 16, 46. Amos. 4, 1. 6, 1. Mich. 1, 3 — 8. coll. Ios. Ant. 13, 18. 14, 10. 15, 11. et de bell. iud. 1, 6. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Samaria.* Legitur in N. T. Act. 8, 5. *εἰς πόλιν τῆς σαμαρείας*, *in urbem Samariae* i. e. *in die Stadt Samaria* [cf. de genit. appositionis sub *ἀπαρχή* monita et de voc. *πόλις* sine artic. *Win.* p. 118.] Alii: *in eine Stadt Samariens.* Cf. ad h. l. *Meyer*, *de Wette*. — metonym. vel collective [vid. *ἰουδαία*] ex hebr. pro: *εἰς πόλιν τὴν σαμάρειαν* cf. *Gesen.* p. 677, 2. — pro: *cives urbis Samariae* Act. 8, 14. — 2) *ager Samaritanus*, cuius caput erat urbs Samaria Luc. 17, 11. Ioh. 4, 4. 5. 7. Act. 1, 8. 8, 1. 9. 9, 31. 15, 3. Ita שֹׁמְרוֹן 2 Regg. 17, 26. 28, 19.

Σαμαρείτης, *ου*, *ὁ*, *Samarita, Samaritanus, civis urbis* vel *regionis Samariae.* Insignitur hoc nomine natio, ortum ducens ab Israelitis mixtis olim cum gentilibus. Maxima enim pars civium regni Israel cum in exilium abducta esset, Salmanassar, Assyriae rex, colonos in hanc terram misit Babylonia, Cutha, Ava, Havath et Sepharvaim oriundos, cum quibus, qui remanserant in patria Israelitae ita sese miscuerunt, ut in unam tandem nationem coalescerent 2 Regg. 17, 24. Uti vero haecce nationis samaritanae origo Iudaeorum animos offendit, ita etiam hoc nomine eandem odio habebant, quod, repudiatis reliquis V. T. libris, Pentateuchum solum admittebat. Quare frustra a Iudaeis patriae restitutis urbisque Hierosolymae et templi instaurationem parantibus petierunt Samaritani, ut fratres et cives agnoscerentur atque in civitatis restituendae societatem admitterentur 2 Regg. 17, 26. Esr. 4, 1. Qua re adeo offendebantur Samaritani, ut non solum calumniando Iudaeos apud Persarum reges templi et civitatis iudaicae restitutionem impedirent Esr. 4, 4. Neh. 4, 1. sed, respicientes verba Mosis Deut. 27, 11 — 13. praecipientis, ut terram Palaestinam ingressi in monte גְּרִזִים sacra prima facerent Israelitae, sibi ipsis etiam templum in monte Garizim, prope Sichem urbem sito, exstruerent, non ad normam legis mosaicae facientes. Tantum igitur abfuit, ut quod olim iam erga Samaritanos animo conceperant odium Iudaei, tempore succedente minueretur ac deleretur, ut istis illorum communibus aleretur et augeretur 2 Macc. 6, 2. Ios. Arch. 11, 8. 23, 6. Hinc nominis Samaritani apud Iudaeos infamia Ioh. 8, 48. atque consuetudinis mutuae fuga et aversatio Ioh. 4, 8. Imo incusabantur etiam Samaritani loci Deut. 27, 11 — 13. depravati, mutantes עֵיבָל in גְּרִזִים sic, ut in quo monte fuisset Deus ex opinione Samaritanorum preces faustas fieri, diris potius eloquendis voluerit inservire. Templum denique Samaritanum quanquam ao. circiter 129 a. Chr. a Iohanne Hyrcano deletum fuerit Ios. Arch. 13, 18. tamen apud Samaritanos non solum aequales Iesu sacer habebatur mons Garizim Ioh. 4, 23. sed eundem hodie etiam posteri eorum, Naplum urbem incolentes, eodem honore prosequuntur. Uti postremo libri N. T. a Samaritanis etiam expectatum esse Iesu tempore Messiam testes sunt, ita fidem multos eorum secutos esse Christianorum sacra tradunt. Cf. *Win.* bibl. Wörterb. sub voc. *Samaritaner*. Act. 8, 1 sqq. 9, 31. 15, 3. — Commemorantur Samaritae Matth. 10, 5. Luc. 9, 52. 10, 33. 17, 16. Ioh. 4, 9. 39. quo l. si longius abest genitivus a nomine regente vid. sub *ἄγγελος* monita. — v. 40. 8, 48. Act. 8, 25.

Σαμαρεῖτις, *ιδος*, *ἡ*, *Samaritana* Ioh. 4, 9. (*ἡ χώρα* Ios. de bell. iud. 3, 3. 4.)

Σαμοθρᾴκη, *ης*, *ἡ*, *Samothrace*, nom. insulae maris aegaei ad Thraciam sitae, ubi Hebron fluvius in mare sese exonerat. Inclaruit haec urbs, a Samiis exulibus, ut videtur, nomen nacta, cum Dardana olim vel Leucania appellata esset, Cereris et Proserpinae mysteriis Act. 16, 11. (Plin. H. N. 5, 12. Diod. Sic. 3, 54. 5, 47.)

Σάμος, *ου*, *ἡ*, *Samus*, nomen insulae in mari aegaeo vel icario versus Ioniam sitae. Celebrata olim fuit ob Iunonis, cui sacra erat, cultum, item ob vasa fictilia praestantissima ibi confecta, denique a Pythagorae, cuius patria fuit, nomine Act. 20, 15. (Diod. Sic. 5, 81. Plin. H. N. 5, 37. 35, 46.)

Σαμουήλ, *ὁ*, [terminat. graeca *σαμούηλος*, *ου*, *ὁ*, Ios. Ant. 5, 10. 4.] *Samuel*, hebr. שְׁמוּאֵל. Fuit Samuel filius Elcanae et Hannae, gente Levita, vates hebraeus, τῶν שֹׁפְטִים hebraicorum ultimus, vir de republica et religione israelitica meritissimus, quem reges non solum constituisse constat Saulum et Davidem, sed auctorem etiam fuisse scholarum propheticarum libri sacri tradunt 1 Sam. 1, 19. cap. 3. 7, 15 sqq. 10, 25. 12, 9. 13, 11 sqq. 15, 1 sqq. — Act. 3, 24. 13, 20. Hebr. 11, 32.

Σαμψών, *ὁ*, [forma graeca *σαμψών*, *ῶνος*, *ὁ*, Ios. Ant. 5, 8. 6.] hebr. שִׁמְשׁוֹן, unus ex שֹׁפְטִים Hebraeorum, celeberrimus robore ac fortitudine, qua cives suos a Philistaeorum imperio defendebat. Res a Simsone gestas multum similitudinis habere cum rebus gestis Herculis Graecorum, multi iam observarunt. Cf. Iudd. capp. 13 — 16. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Simson*. — Hebr. 11, 32.

Σανδάλιον, *ου*, *τό*, (dem. a *σάνδαλον* Ael. V. H. 1, 18.) *sandalium* i. e. *solea* vel *lignea*, vel *coriacea*, *tegens plantam pedis et funiculis superne pedibus alligata.* Quemadmodum feminae graecae habebant ancillas sandaliigerulas, ita apud Hebraeos servorum erat, sandalia alligare et solvere. Bis: Marc. 6, 9. Act. 12, 8. — *οἱ ό* pro נְעָלִים et נְעָלוֹת Ios. 9, 5. Ies. 20, 2. (Ios. Ant. 4, 8. 23. Herodot. 2, 91.) cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Schuhe*.

Σανίς, *ίδος*, *ἡ*, *asser*, *tabula*, *Bret.* Extat tantum Act. 27, 44. — pro לֻחֹתַיִם Ezech. 27, 5. (Pol. 2, 3. 4. Aeschin. 59, 11.)

Σαούλ, *ὁ*, [cuius loco *σάουλος*, *ου*, *ὁ*, apud Ios. Ant. 6, 4. 5.] *Saul*, hebr. שָׁאוּל, nom. propr. 1) primi regis

Israelitarum, Beniaminitae, filii Kis Act. 13, 21. — 2) nomen Iudaicum Pauli Apostoli, terminatione graeca: σαῦλος Act. 9, 4. 17. 22, 7. 13. 26, 14. de horum l. diplasiasmo σαούλ, σαούλ vid. αἴρω. —

Σαπρός, ά, όν, (σήπω putrefacio) *putridus*, *putredini obnoxius*. Octies legitur in N. T. ita ut sibi opponantur ἀγαθός vel καλός i. e. *qui est bonae indolis* vel *utilis*, ut arbores, fruges, pisces Matth. 7, 17. 18 bis. 12, 33 bis. 13, 48. Luc. 6, 43. (Arrian. diss. ep. 4, 4. Dem. 615, 11.) — vel de sermone, ubi opp. ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομήν Eph. 4, 29. λόγος σαπρός *sermo putridus* i. e. *pravus*. (Arrian. diss. epict. 3, 22. et *putris* Horat. Od. 1, 36. v. 17.) cf. *Lob.* ad Phryn. p. 377. 378.

Σαπφείρη, ης, ἡ, *Sapphira*, nom. propr. mulieris Act. 5, 1. memoratae.

Σάπφειρος, ου, ἡ, *Sapphirus*, lapis pretiosus coloris cerulei, hebr. סַפִּיר Apoc. 21, 19 coll. Iob. 28, 6. 16. et ibi οἱ ό.

Σαργάνη, ης, ἡ, (funis contortus, vinculum Aeschyl. Suppl. 801.) *corbis*, *scorta e funibus facta*. Semel in N. T. 2 Cor. 11, 33. (Athen. 3. p. 119. B. p. 407. E.)

Σάρδεις, ων, αἱ, *Sardes*, *ium*, [de quo plur. vid. ἄζυμος] metropolis Lydiae, regia Croesi, sita ad radices montis Tmoli, opulentissima et infamis moribus et libidine civium suorum Apoc. 1, 11. 3, 1. 4. (Hdot. 1, 80. Diod. Sic. 18, 70. Xen. Cyr. 7, 1. 11.)

Σάρδινος, vid. σάρδιος.

Σάρδιος, ου, ὁ, *Sardius*. Genus lapidis pretiosi colore rubro vel etiam carneo, unde Carneolus vel Carniol appellatur. Apoc. 4, 3. quo loco legitur etiam σάρδινος, vid. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*. Apoc. 21, 20. pro אֹדֶם Exod. 28, 17.

Σαρδόνυξ, υχος, ὁ, (σάρδιος, ὄνυξ) *Sardonyx*, gemma ex sarda ruborem et ex onyche alborem habens Apoc. 21, 20. (Plin. H. N. 37, 12.)

Σάρεπτα, των, τά, *Sarepta*, hebr. צָרְפַת, urbs Phoeniciae, media inter Tyrum et Sidonem posita 1 Regg. 17, 9. Obad. v. 20. — Luc. 4, 26. σ. τῆς σιδῶνος Sarepta *in confiniis Sidonis*. (Ios. Arch. 8, 12. 2.)

Σαρκικός, ή, όν, (σάρξ, caro) 1) *pertinens ad carnem* [vid. σάρξ no. 1. A.] i. e. *fleischlich*, *carnalis* [ita Minut. Fel. in Octav. c. 32. Deum videre oculis carnalibus. Tertull. de baptism. 7 extr. baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur. Id. de poenit. 3. delictorum quaedam sunt carnalia, id est corporalia] a) adiuncta *imbecillitatis* vel *imperfectionis* notione [vid. σάρξ no. 1. B.] *is, qui pendens a corporis*, carne constantis, *regimine* et spiritus divini auxilio, robore et firmamento destitutus, *sua prudentia et robore confidit*, opponitur πνευματικός 1 Cor. 3, 1. de h. l. lect. σαρκικός praeferenda lectioni σάρκινος vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 797. ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 46 sq. *Win.* p. 91. aliter *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 50. 52. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 162. — 1 Cor. 3, 3. 4. — ὅπλα σ. *arma, quae suppeditat indoles hominis* σαρκικοῦ, sens. *arma humana et ad hostem depellendum infirma* 2 Cor. 10, 4. cf. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2, p. 187. — σοφία σ. *sapientia qualis est hominis* σαρκικοῦ 2 Cor. 1, 12. Cf. *Meyer* l. l. p. 16. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 380. — b) adiuncta *voluptarii*, *libidinosi*, *impuri* notione [vid. σάρξ no. 1. C.], = *impurus et corpori deditus* Rom. 7, 4. ἐπιθυμίαι σ. *cupiditates, quas excitat corpus libidinosum et illecebrosum* 1 Petr. 2, 11. de h. l. lect. vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 797. — c) adiuncta *interituri*, *fragilitatis* notione [vid. σάρξ no. 1. D.], ut ἐντολὴ σ. ubi oppon. ζωὴ ἀκατάλυτος Hebr. 7, 16. Cf. de h. l. lect. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 47. *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. b. p. 370 sq. — — 2) *pertinens ad corpus, carne quatenus constat*, *leiblich*, *corporeus*, ita τὰ σαρκικά *bona ad corpus nutriendum pertinentia*, opponuntur τὰ πνευματικά i. e. ad animum spectantia Rom. 15, 27. 1 Cor. 9, 11. Saepius non habetur in N. T.

Σαρκινός, ή, όν, (σάρξ) *carneus, a, um, fleischern* 2 Cor. 3, 3. (Plut. adv. Colot. c. 27 ab init.) de locorum Rom. 7, 14. 1 Cor. 3, 1. Hebr. 7, 16. ubi cum *Griesb.*, *Meyer*, *Bleeck*, praeferendam esse existimarunt lect. σάρκινος lectioni σαρκικός vid. *Win.* p. 91. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 797. ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 46 sq. —

Σάρξ, σαρκός, ἡ, 1) *caro* i. e. *materia illa, qua, αἵματι* [i. e. sanguine per venas diffluente] *animata, corporis animalis vel humani ossa teguntur et quae detrahi potest* [cf. de σάρξ, aeolice σύρξ, a σαίρω, σύρω, traho, detraho, ich streife ab, *Passow* sub σάρξ), *die das Knochengerüste des thierischen oder menschlichen Körpers dekkende, weiche, abschälbare Masse*, uno verbo: *das Fleisch*. Cf. quae docte et subtiliter de hoc vocab. et quatenus differant σάρξ, κρέας, σῶμα, disputarunt *Schulthess* in libro: die evangel. Lehre v. heil. Nachtmahl p. 68 sqq. *Schulz* die christl. Lehre vom heil. Abendmahle p. 94 sqq. — A) seclusa alius notionis cogitatione [ohne Nebengriff] a) universe i. e. de carne, qua tum hominum, tum animalium ossa teguntur, ita singularis, sine artic. = *Fleisch*, ut οὐ πᾶσα σάρξ ἡ αὐτὴ σάρξ 1 Cor. 15, 39. — σ. ἀνθρώπων — κτηνῶν ibid. Vid. tamen de h. l. lect. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Meyer*, *de Wette*. — pluralis, ubi de plurium carne agitur, sq. genit. ut σάρκες βασιλέων *Fleisch von Königen* — χιλιάρχων — ἵππων — μεγάλων Apoc. 19, 18. quinquies. (Diod. Sic. 3, 15. Plat. Phaedon. §. 45 ed. *Fischer*. Eur. Med. v. 1197. 1214.) — b) de carne, qua corporis humani ossa obducta sunt aa) univ. ita singul. c. artic. *das Fleisch*, ubi agitur de carne certae alicuius personae ante memoratae, ut Ioh. 6, 52. πῶς δύναται = δοῦναι τὴν σάρκα [scil. de qua loquitur] φαγεῖν coll. v. 51. Col. 2, 23. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός scil. τοῦ σώματος ante dicti. Vide verba praecedent. ἐν ἀφειδίᾳ σώματος. — Col. 1, 22. ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ pro: ἐν τῷ σώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ [vid. de genit. appositionis sub ἀπαρχή monita] vel ἐν τῷ σώματι *suo carne constante*. Ita *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 380. — plur. αἱ σάρκες [vid. de plur. sub ἄζυμος notata] sq. genit. person. αὐτῆς Apoc. 17, 16. — vel ubi sermo est de plurium personarum carne, αὐτῶν Apoc. 19, 21. — ὑμῶν Iac. 5, 3. Cf. ad h. l. *Theile* ep. Iac. p. 250. — — bb) in partium, quibus constat corpus humanum mentione vel enumeratione, ut ἔχειν σάρκα καὶ ὀστέα Luc. 24, 39. — Eph. 5, 30. quo l. verbis μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ metaphorice de intima hominum christianorum cum domino et magistro suo necessitudine per epexegesin et quo fortius haec sententia enuntietur, additur ἐκ τῆς σαρκὸς — αὐτοῦ, de quibus verbis cf. Gen. 2. 23. — σὰρξ καὶ αἷμα 1 Cor. 15, 50. Hebr. 2, 14. de h. l. lect. αἷμα καὶ σάρξ vid. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Bleeck*. (Sir. 14, 18. Polyaen. Strateg. 3, 11. 1. μάχεσθαι — ἀνθρώποις· αἷμα καὶ σάρκα ἔχουσιν.) — — cc) ex Hebraeorum dicendi consuetudine, qua ad carnem [בָּשָׂר], utpote corporis humani partem primariam referuntur, quae apud Graecos et Romanos praedicantur de σώματι vel corpore [vid. σῶμα] ita ponitur σάρξ, ut sit *corpus carne constans* vel *corpus*, quatenus scil. carne constat; retinuit in talibus Lutherus: *Fleisch*, *das Fleisch*. Legitur ita *sine* artic. iunctum c. substant. ut δικαιώματα σαρκός instituta ad σάρκα pertinentia Hebr. 9, 10. vid. κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι v. 9. — ὁρᾶν τὸ πρόσωπόν τινος ἐν σαρκί Jem. sehen, *wie er leibt und lebt* Col. 2, 1. ἡ — ἐν σαρκί [am Fleische, am Leibe, mithin äusserlich sichtbare] περιτομή Rom. 2, 28. μολυσμὸς σαρκὸς καὶ πνεύματος 2 Cor. 7, 1. ὁ — ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνος 1 Petr. 4, 2. σαρκὸς ῥύπος 1 Petr. 3, 21. — iunct. c. verbo, ut γίνομαι σάρξ = *carne induor*, *corpus carne constans sum* Ioh. 1, 14. — φανεροῦμαι, ἔρχομαι, ζῶ, περιπατῶ ἐν σαρκί, manifestor, venio, vivo *corpore indutus* [vid. ἐν p. 167 col. 2. p. 165 col. 2 fin.] 1 Cor. 10, 3. Gal. 2, 20. Phil. 1, 22. 1 Tim. 3, 16. 1 Ioh. 4, 2. [v. 3. de quo vid. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *de Wette* coll. tamen *Lücke* Vol. 3. p. 192.] 2 Ioh. v. 7. — ὁ παθὼν ἐν σαρκί *am Fleische, am Leibe* 1 Petr. 4, 1. quo l. codd. σαρκί vid. *Griesb.*, *Schott*, *Pott*. — χριστοῦ — παθόντος σαρκί i. e. σάρκα *quod attinet, carne* [vid. ἀγαλλιάω] 1 Petr. 4, 1. μιαίνειν σάρκα Iud. v. 8? πέμπειν — ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας i. e. ἐν ὁ. *corporis quod* vel *quale esse solet in potestate peccatus* Rom. 8, 3. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 96. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 173. — κρίνομαι — σαρκί — ζῶ δὲ — πνεύματι *corpore* vel *carne* — *animo* 1 Petr. 4, 6. θανατοῦσθαι σαρκί, ζωοποιεῖσθαι πνεύματι 3, 18. 4, 6. — interveniente praepositione ita nectitur cum nomine praecedente, ut in unam cum illo notionem coëat [cf. *Win.* p. 187. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 95. *Harless*

ep. P. ad Eph. p. 197. *Meyer* ep. P. ad Cor. 1, p. 173.], ita in locis maius minusve oppositionis [ut *κυρίου*, *χριστοῦ*, *πνεύματος*] habentibus vel admittentibus, ut *ἀδελφὸς* — *ἐν σαρκί* Philem. v. 16. vid. *ἐν* p. 167 col. 2 init. p. 171 col. 1, — *τὰ ἔθνη ἐν σαρκί* Eph. 2, 11. *ὁ ἰσραὴλ κατὰ σάρκα* 1 Cor. 10, 18. vid. tamen de h. l. *Fritzsche* l. l. — *οἱ κύριοι κατὰ σάρκα* = *leibliche* Herren Eph. 6, 5. Col. 3, 22. — *κατὰ σάρκα* et *τὸ κατὰ σάρκα* *quod ad corpus attinet*, quo amictus aliquamdiu inter homines versatus est Rom. 1, 3. 9, 5. Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 260. — [Act. 2, 30. de h. l. verbis suspectis vid. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Meyer*, *de Wette.*] — — *cum* artic. ubi genitivo *τῆς σαρκός* res ipsa indicatur, ad quam pertinet nomen, a quo pendet, regens illum, ut *ἡ τῆς σαρκὸς καθαρότης* Hebr. 9, 13. coll. v. 14. ubi *καθαρίζειν τὴν συνείδησιν*. — *τὰ τέκνα τῆς σ.* *liberi, quos corpus genuit*, opponuntur *τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας* Rom. 9, 8. cf. *Fritzsche* l. l. p. 286. — ubi additur pron. pers. ut *ἡ ὑμετέρα σάρξ* Gal. 6, 13. cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 360. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 137. — ubi sequitur genit. personae, de cuius *σαρκί* agitur Act. 2, 26. 31. 2 Cor. 4, 11. 7, 5. Gal. 4, 14. Eph. 2, 14. 5, 29. Col. 1, 24. *αἱ ἡμέραι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ* i. e. *tempus, quo carne* vel *corpore indutus* in his terris *vixit* Hebr. 5, 7. — 10, 20. quo l. corpus Christi carne constans *sublatum* [i. e. trucidatum] comparatur *τῷ καταπετάσματι*, quo *sublato* aditus patebat in sanctum sanctorum. Cf. *Böhme* ep. ad Hebr. p. 467. *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. b. p. 668. — *οἱ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρες* *qui carnis* vel *corporis nostri sunt auctores* vel *genitores*, *unsre leiblichen Väter* 12, 9. Cf. *Böhme* l. l. p. 665. *Bleeck* l. l. 2. b. p. 889. — abest interdum genit. personae e verbo quippe, cum quo iungitur, facile cognoscendus, ut Rom. 13, 14. 1 Cor. 7, 28. de cuius l. dat. *τῇ σαρκί* vid. *ἀγαλλιάω* coll. *Win.* p. 192. 198. — Gal. 4, 13. Phil. 1, 24. Col. 2, 5. Iud. v. 23? Alii ad num. 1. C. referunt h. l. — ubi per epexegesin additur dat. *μοὶ τῇ σαρκί* *mihi* i. e. *corpori meo* 2 Cor. 12, 7. cf. *Fritzsche* diss. 2. p. 135. *Win.* p. 199. *Elmsl.* ad Eur. Bacch. p. 49. 80. ed. *Lips.* vel ubi pertinet ad *σάρκα* modo memoratam, ut Rom. 8, 4. *κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί* scil. *ἁμαρτίας* *condemnavit peccatum* in illa, quam dixi, *σαρκὶ ἁμαρτίας* coll. v. 3. — *διὰ τῆς σ.* = *διὰ τῆς σ. ἁμαρτίας* *per corpus*, *vi corporis*, *in quo sedem habet peccatus* Rom. 8, 3. — — in sententia generali, qua *ἡ σάρξ* opponitur *τῷ πνεύματι* vel animo = *Seele* Ioh. 6, 63. *τὸ* — *ἡ σάρξ οὐδὲν ὠφελεῖ* *caro* vel *corpus sine animo nihil valet*. Cf. *Meyer* Ev. Ioh. p. 89. aliter *Käufer* de biblica *ζωῆς αἰωνίου* notione p. 128 sq. — — Formulae notandae: *φαγεῖν* vel *τρώγειν τὴν σάρκα ἰησοῦ καὶ πίνειν τὸ αἷμα αὐτοῦ* pro: *bonis uti, quae offeruntur a Iesu vivente, von dem lebendigen Dasein Iesu ernährt, gestärkt, erquickt werden, sich der segensreichen Folgen der Erscheinung Iesu im Fleische theilhaftig machen* Ioh. 6, 51. 53. 54. *ἡ σάρξ μου* — *πόσις* pro: *utique is sum, qui ὢν ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι animata bona largior digna, quae appetas et quibus fruaris* Ioh. 6, 55. Cf. *Schulz* die Lehre v. heil. Abendmahle p. 162 sq. — — refertur interdum ad rationes [Verhältnisse, Beziehungen] proxime a corporis carne constantis usu repetendas, ut ad natales et consanguinitatem, vel ad consuetudinem veneream indicandam cf. *Schulz* l. l. p. 101. *Schulthess* l. l. p. 76. — ut *μοῦ ἡ σάρξ* *caro mea* i. e. *homines, quibuscum carnis sum communis* = *populares mei* Rom. 11, 14. Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 480. Ita de fratre *σάρξ* et בָּשָׂר Gen. 37, 27. coll. Iud. 9, 2. 2 Sam. 5, 1. 1 Chron. 11, 1. — *οἱ συγγενεῖς μου κατὰ σάρκα* *populares mei carne* vel *corpore mihi cognati* Rom. 9, 3. Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 195. — Ioh. 1, 32? *πορεύεσθαι ὀπίσω σαρκός* *carnem* [alienam coll. Iud. v. 7.] *sectari* = *veneri illicitae indulgere* 2 Petr. 2, 10. *ἀπέρχεσθαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας* missa consuetudine legitima *alienam carnem sectari* Iud. v. 7. cf. nostratium: *sich fleischlich vermischen.*

B) adiuncta *imbecillitatis* notione cf. *Lücke* Vol. 3. p. 186. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 380. 421. *Schulz* l. l. p. 95 sqq. *Schulthess* l. l. p. 71. 73. „illa quidem notio imbecillitatis et fragilitatis inde orta est, quod omne corpus animale sive hominum, sive reliquorum animalium sine animo et spiritu nihil potest eoque extincto interit continuo et putrescit" *Knapp* commentat. in colloquium Christi c. Nicodem. p. 12. — Est autem in talibus = Latinorum vel: *corpus insipiens, corpus mentis et ingenii aciem hebetans et obtundens* Rom. 6, 19. *διὰ τὴν* — *ὑμῶν* *propter imbecillitatem progna̲tam a corpore vestro insipiente* i. e. *propter ingenii tarditatem et animi hebetitudinem.* Ita *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 421. (Cicer. de senect. c. 22. mihi numquam persuaderi potuit — tum animum esse insipientem, cum *ex insipienti corpore* evasisset.) — vel: *natura sensibus obnoxia*, *inferior hominis pars*, *das sinnliche Princip im Menschen*, ex opp. *τοῦ πνεύματος* vel animi aut mentis, Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. *τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σάρξ ἀσθενής*. — Ioh. 1, 13. (*τὰ* — *ἐξευρήματα τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἕνεκα* Plut. advers. Colot. c. 30. *μικρὸν τὸ τῆς σαρκὸς ἡδύ* Plut. non posse suaviter vivi secundum Epicur. c. 3. *τοὺς ἄλλους πόρους τῆς σαρκός* ibid.) — hinc *σὰρξ καὶ αἷμα* vel *αἷμα καὶ σάρξ* [Eph. 6, 12.] in circumlocutione *hominis imbecillis* [derivanda a Rabbinorum dicendi ratione, sed a V. T. libris aliena cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 535. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 50. *Meyer* Ev. Matth. p. 117. ep. P. ad Gal. p. 28. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 535. *Schulz* l. l. p. 98.] Matth. 16, 17. Gal. 1, 16. Eph. 6, 12.

C) adiunctam habet notionem *vitiositatis* vel *imbecillitatis moralis* = *corpus voluptarium, libidinosum, illecebrosum* „tum, quod administer videri potest, ut intus conceptum flagitium aut dicas aut facias membrorum v. c. oris, ut mentiaris, manus, ut caedem perpetres, ministerio usus, tum quod *peccatorum incitamenta* continet easque subiicit, quibus ad pravas cupiditates inflammamur" *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 379. coll. *Schulthess* l. l. p. 71 sqq. p. 75 sq. *Schulz* l. l. p. 85 sqq. „constat, totam fere antiquitatem in eo consensisse, ut originem sensuum, [*τὴν ψυχὴν* — *εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ γιγνομένων αἰσθήσεων ἀναδεχομένην* commemorat Plut. Tom. 2. p. 672 E.] appetitionum et perturbationum a corpore repeteret. Quare Iudaeis בָּשָׂר, *σάρξ*, et *τὸ σαρκικόν* saepissime dicitur omnis conditio hominis deterior eaque vel externa — vel interna, quae in animo et moribus cernitur, seu omnis vitiositas et pravitas hominum, cuius origo potissimum ad corpus refertur" *Knapp* l. l. p. XII. — „Secundum theologiae iudaicae praecepta cupiditas prava [יֵצֶר הָרָע], daemon [סַמָּאֵל] est, dextro cordis ventriculo insidens, qui hominem, invitum licet, suo imperio vindicat eumque ad infernum rapit" *de Ammon* excurs. E. ad epist. Pauli ad Rom. p. 388. ed. *Koppe*, item *de Ammon* nov. opusc. theol. p. 77. — Quae de origine mali moralis iudicandi et disputandi ratio etsi non prorsus abhorrere videtur a philosophorum graecorum, Platonis maxime [cf. Plat. Cratyl. §. 37. ed. *Heindorf.* Phaedon. c. 11. 27. 30. ed. *Fischer.*] placitis, a *σώματι* vel materia [cf. *Stallbaum* ad Plat. Phileb. prolegg. p. XXVI.], quae dicitur, repetentium moralem hominis imperfectionem, veteris tamen testamenti doctrinam [cf. Gen. 6, 3.] et populi sui dogmata secutos esse hac in re Iudaeos, imo illos etiam, quos tinctos fuisse philosophia graeca et platonica constat, docuit *Eichhorn* Einleitung in die apocr. Bücher des A. T. p. 120. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 381. — ita legitur *ἡ σάρξ* c. artic. sq. genit. person. Ioh. 3, 6 bis. Rom. 7, 5. 18. Gal. 6, 8. Eph. 2, 3. Col. 2, 18. — v. 18. *ὁ νοῦς τῆς σ. αὐτοῦ* *mens pravae suae carni deserviens eoque deterioribus inclinata.* — abest gen. person. vel quod ex verbo facile illa cognoscitur Rom. 7, 25. Eph. 2, 3. *τὰ θελήματα* — *διανοιῶν*. — 1 Cor. 5, 5. quo l. opponitur *τῷ πνεύματι* i. e. menti altiora et meliora adspiranti et appetenti. — vel quod agitur de *σαρκί* omnibus nota aut ante dicta, ut *τὸ σῶμα τῆς σ.* corpus e libidinosa carne constans Col. 2, 11. Rom. 13, 14? Gal. 5, 13. 17 bis. 19. 6, 8. — *ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκός* 1 Ioh. 2, 16. (ita Plut. non posse suaviter vivi secundum Epicur. c. 14. *αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι.* — *αἱ ἐπιθυμίαι τοῦ σώματος* Plat. Phaedon. §. 30. Xen. Apol. Socr. §. 16. *αἱ διὰ τοῦ σώματος ἐπιθυμίαι* Xen. Mem. 4, 5. 3.) — Gal. 5, 24. — ubi sistitur *ἡ σάρξ* tanquam persona Rom. 8, 12. *τὰ τῆς σ. φρονεῖν* *studere rebus congruis corpori libidinoso.* v. 6. *τὸ δὲ φρόνημα τῆς σ. θάνατος* quo l. quod obsequium *τῇ σαρκί* praestitum mors consecutura est, in consiliis *τῆς σαρκός* esse dicitur, ut moriatur ipsi obsequens. — Iud. v. 23? — sine artic., ubi universe ponitur et indefinite, ut *εἶναι κατὰ σάρκα* i. e. *indolem corporis libidinosi referre, redolere corpus libidinosum* Rom. 8, 5. *ζῆν* vel *περιπατεῖν κατὰ σάρκα* *ad corporis libidinosi nutum vitam accommodare* Rom. 8, 4. 12. 13. [v. 1. de h. l. lect. vid. *Fritzsche*, *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Meyer*,

de Wette.] De utriusque formulae discrimine vid. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 104. Vol. 2. p. 110. — *εἶναι ἐν σ. in potestate esse corporis libidinosi* Rom. 8, 8. 9. *ἐπιθυμία* vel *ἐπιθυμίαι σαρκός* = *fleischliche Lüste* Gal. 5, 16. 2 Petr. 2, 18. — *μιαίνειν σάρκα* Iud. v. 8? — (Simili modo cum contemtu legitur *σάρξ* ratione habita ad divinam animae naturam in epigr. Theonis Alexandr. Anth. gr. Tom. 3. p. 225. 226. et adnotatt. T. 10. p. 198. ed. *Iacobs.*)

D) adiuncta *fragilitatis, mortalitatis, vilitatis* notione (*τὸ πνεῦμα* enim, quod est in homine, cum meliora et sublimiora adspiret, maneat et ad Deum redeat, *σάρξ* contra imbecillis sit, ad peccandum abripiat et pereat ac putrescat [*τὸ τῆς σαρκὸς ἐπίκηρον* Plut. non posse suaviter vivi secund. Epicur. c. 5.] factum est, ut *πνεύματος* vocabulo praestantiae, dignitatis, *σαρκός* voci vilitatis, fragilitatis, mortalitatis notio sese adiungeret cf. *Schulthess* l. l. p. 75 extr. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 214.) = *corpus mortale* [ita de homine mortali *σάρξ* pro בָּשָׂר Ps. 56, 5. coll. Iob. 10, 4. ubi, uti *οἱ ο'* pro בָּשָׂר habent *βροτός*, ita בָּשָׂר et אֱנוֹשׁ, *βροτός* et *ἄνθρωπος* alternant] metonym. a) *res peritura, res interitui obnoxia*, rebus igitur duraturis et sempiternis longe inferior, ita ratione habita praerogativarum Iudaeis olim collatarum, circumcisionis maxime, ad carnem corporis pertinentis et tangentis eam, ut *εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί* Gal. 6, 12. *καυχᾶσθαι* vel *πεποίθησιν ἔχειν ἐν σαρκί* Phil. 3, 3. 4 bis. — opponitur *πνεῦμα*, i. e. spiritus divinus bona aeternum duratura largiens, ita ut eius donatio in summi beneficii et honoris loco haberetur ab Apostolo Gal. 3, 3. — b) in formula: *κατὰ σάρκα* = *ad modum hominis mortalis, qui spiritus div. auxilio destitutus sua prudentia et suo robore fidere cogitur vel confidit*, ita post *εὑρίσκειν τι* Rom. 4, 1. *βουλεύεσθαι* consilia capere more mortalium, qui pro sua levitate sibi non constant 2 Cor. 1, 17. *περιπατεῖν* vitam instituere, *στρατεύεσθαι* militare, *σοφός*, more mortalium, quibus deest robur et firmamentum spiritus divini 2 Cor. 10, 2. 3. 1 Cor. 1, 26. — *γεννᾶσθαι, γεννηθῆναι κατὰ σ. morte mortalium* [non *διὰ τῆς ἐπαγγελίας* vel *κατὰ πνεῦμα*] Gal. 4, 23. 29. *εἰδέναι* vel *ἐγνωκέναι τινὰ κ. σ.* 2 Cor. 5, 16 bis. Cf. ad h. l. *Meyer* p. 112. — 2 Cor. 11, 18. — Ita *ὁρᾶν ὥσπερ βροτός* pro: עֵינֵי בָשָׂר Iob. 10, 4. quo l. uti בָּשָׂר cum אֱנוֹשׁ, ita *βροτός* et *ἄνθρωπος* alternant. — *καυχᾶσθαι κατὰ τὴν σάρκα* gloriari ad *modum mortalium, quem sequuntur a mente domini* [coll. v. 17. *κατὰ κύριον*) *alieni* vel = *κατὰ τὴν ὑπόστασιν τῆς καυχήσεως* modo memoratam v. 17. Ioh. 8, 15. *κρίνειν κατὰ τὴν σάρκα iudicare ita, ut normam sequaris non τὴν ἀλήθειαν, sed opiniones praeconceptas* = *iudicare more mortalium consueto* coll. v. 16. — Ita pro בָּשָׂר Ps. 56, 5.

2) ex metonym. materiei pro re materiata: *animans, ἔχον σάρκα αἵματι animatam, ein mit lebendigem Fleische bedecktes Wesen* a) universe, ut *πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος quicquid est naturae carne et sanguine praeditae* 1 Petr. 1, 24. alii: *quicquid hominis*, vid. infra monita. — Ita pro בָּשָׂר Gen. 7, 15. 16. 9, 11. Ps. 136, 25. — b) ratione habita hominis = *homo*, quippe qui corpore, quod carne constat, indutus et in sensus incurrit et sensibus aeque atque interitui obnoxius est, ut *ἔσονται εἰς σάρκα μίαν* = *coalescent in unam σάρκα* vel *in unum hominem* Matth. 19, 5. Marc. 10, 8. 1 Cor. 6, 16. Eph. 5, 31. — ita pro בָּשָׂר Gen. 2, 25. — *σὰρξ μία* Matth. 19, 6. Marc. 10, 8. — *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο* Ioh. 1, 14? — *πᾶσα σάρξ* i. e. *quicquid est hominum, omnis homo, quisque homo* Matth. 24, 22. Marc. 13, 20. Luc. 3, 6. Ioh. 17, 2. Act. 2, 17. Rom. 3, 20. 1 Cor. 1, 29. Gal. 2, 16. 1 Petr. 1, 24. — pro בָּשָׂר Ps. 145, 21. Ies. 40, 6. Ierem. 25, 41. Cf. *Schulz* l. l. p. 105 sq. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p. 380. — Saepius non extat in N. T.

Σαρούχ, ὁ, v. *Σερούχ*.

Σαρόω, ῶ, f. *ώσω*, (cuius loco Graeci antiquiores *σαίρω* cf. Phryn. p. 83. ed. *Lob. Passow* sub h. v. *Win.* p. 26. — a *σάρον* vel *σάρος*, scopa) *verro, verrendo purgo, fegen, kehren.* Ter in N. T. sq. accus. Matth. 12, 44. Luc. 11, 25. 15, 8. (Pamphil. in Geopon. 13, 15. 4. Artemid. 2, 33.)

Σάῤῥα, ας, ἡ, שָׂרַי et שָׂרָה, nom. propr. uxoris Abrahami. Rom. 4, 19. 9, 9. Hebr. 11, 11. 1 Petr. 3, 6.

Σάρων, ωνος, ὁ, *Saron*, hebr. שָׁרוֹן, nomen regionis campestris palaestinensis ab urbe Ioppe ad Caesaream sese extendentis, soli fertilitate, vino, pascuis excellentis, cf. Ies. 33, 9. 65, 10. 1 Chron. 27, 29. — Act. 9, 35.

Σατᾶν, ὁ, [2 Cor. 12, 7.] item *Σατανᾶς*, ᾶ, [de qua genit. forma vid. *ἀγρίππας*] ὁ, vox originis hebraicae 1) *adversarius, hostis*, qui vel factis vel consiliis alteri renititur Matth. 16, 23 et Marc. 8, 33. *ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ.* Ita שָׂטָן 2 Sam. 19, 23. — 2) *Satanas* i. e. *malorum geniorum princeps* i. q. *ὁ διάβολος*, a quo Iesu et Apostolorum aetate omnis generis mala ad animum et corpus hominum pertinentia repetebant Iudaei et, quemadmodum in libris V. T. serioribus describitur adversans hominibus, accusans eos apud Deum et mala iis, moderante et iubente Deo, infligens 1 Chron. 21, 1. Zach. 3, 1. Iob. 1, 7. 2, 2. ita in libris N. T. quaecunque rei christianae impedimenta ad eum auctorem referuntur. Cf. *de Wette* bibl. Dogmatik §. 171 — 177. 240 — 242. 269 — 271. ed. 2. — Matth. 4, 10. 12, 26. Marc. 1, 13. 3, 23. *πῶς — ἐκβάλλειν* pro: *quomodo potest malus genius* [superior] *malum genium* [inferiorem] *eiicere?* i. e. *non potest malus genius malum genium eiicere.* v. 26. 4, 15. Luc. 4, 8. 10, 18. 11, 18. 13, 16. 22, 3. 31. Ioh. 13, 27. Act. 5, 3. 26, 18. Rom. 16, 20. 1 Cor. 5, 5. 7, 5. 2 Cor. 2, 11. 11, 14. 12, 7. 1 Thess. 2, 18. 2 Thess. 2, 9. 1 Tim. 1, 20. 5, 15. Apoc. 2, 9. 13. 24. 3, 9. 12, 9. 20, 2. 7. (Siracid. 21, 27.) Saepius non legitur in N. T.

Σάτον, ου, τό, *satum*, vox originis hebraicae, orta ex סְאָה et forma aram. סָאתָא. Insignitur hoc nomine apud Hebraeos genus mensurae aridorum, capientis teste Ios. Arch. 9, 4. modium unum et dimidium vel 24 sextarios, cum Rabbini aequare illud dicant partem tertiam *τοῦ* Epha. Bis in N. T. Matth. 13, 33. Luc. 13, 21. Cf. *Win.* bibl. Realwörterb. sub voc. *Maasse.*

Σαῦλος, οῦ, ὁ, *Saulus*, nom. apostoli Pauli, eiusdem originis cum *σαοὺλ* quod vid. Act. 7, 57. 8, 1. 3. 9, 1. 8. 11. 19. . 24. 26. 11, 25. 30. 12, 25. 13, 1. 2. 7. 9.

Σαυτοῦ, ῆ, οῦ, i. q. *σεαυτοῦ* q. v.

Σβέννυμι, f. *σβέσω*, *exstinguo*, pass. *σβέννυμαι*, *exstinguor* i. e. *ich verlösche.* Octies in N. T. a) propr. sq. accus. Matth. 12, 20. 25, 8. Marc. 9, 44. 46. 48. Eph. 6, 16. Hebr. 11, 34. — pro דָּעַךְ Prov. 13, 9. (Lucian. Dial. Deorr. 10, 1.) — b) trop. *exstinguo* i. e. *opprimo, impedio, quominus exserat se aliquid*, ut *τὸ πνεῦμα* 1 Thess. 5, 19. — pro הִכְנִיעַ Iob. 40, 7. [12.] (Ael. V. H. 6, 1. Plut. vit. Lycurg. c. 20.)

Σεαυτοῦ, ῆς, οῦ, item *σαυτοῦ*, ῆς, οῦ, *tui ipsius, tui* Matth. 4, 6. 8, 4. 19, 19. 22, 39. 27, 40. Luc. 4, 23. Ioh. 1, 22. 7, 4. 8, 13. 53. 17, 5. Act. 9, 34. 16, 25. 26, 1. Rom. 2, 5. 14, 22. 1 Tim. 4, 11. 16. — diremtum legitur *σοῦ δὲ αὐτῆς* Luc. 2, 35. (Xen. Cyr. 3, 1. 9.) Cum maiore vi dici *σὲ — αὐτόν*, observavit *Bornem.* Schol. p. 93 et ad Xen. l. l. *Matth.* §. 148, not. 2.

Σεβάζομαι, f. *άσομαι*, dep. med. c. aor. 1. p. *ἐσεβάσθην* c. significatione activa [vid. *ἀγωνίζομαι* — a *σέβας* reverentia, ehrfurchtsvolle Scheu; vereor, ich scheue mich vor Jemandem Hom. Iliad. 6, 167.] ex usu graecitatis serioris [cf. *Passow* sub h. v. et *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 73 sq.] i. q. *σέβομαι, colo, veneror*, ita semel in N. T. et iunct. c. *λατρεύω* Rom. 1, 25. *ἐσεβάσθησαν* [scil. *τὴν κτίσιν* *animo res creatas venerati sunt*] *καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει* [*et coluerunt res creatas ritibus*] i. e. *res creatas animo et sacrificiis venerati sunt.* Cf. *Fritzsche* l. l.

Σέβασμα, τος, τό, (*σεβάζομαι* colo) *persona vel res, quam cultu sacro prosequuntur homines, ein Gegenstand religiöser oder göttlicher Verehrung.* Bis in N. T. Act. 17, 23. 2 Thess. 2, 4. (Sapient. 14, 20. Histor. Dracon. v. 35. Dion. Halic. Ant. 1, 30. 5, 1.)

Σεβαστός, ή, όν, 1) *augustus* [i. e. venerandus Ael. V. H. 12, 25.] i. e. *ad Augustum* vel *Caesarem pertinens* Act. 27, 1. *σπείρης σεβαστῆς.* Alii: *cohors Seba-*

na, ab urbe Samaria, quam in Augusti honorem Sebasten appellavit Herodes. — 2) ὁ *σεβαστός*, *Caesar Augutus*, cognomen imperatoris romani, quod primus sumsit Caesar Octavianus et successores retinuerunt Act. 25, 21. 25. (Philo Legat. ad Cai. p. 1012. D. Hdian. 2, 10. 19. Diod. Sic. T. 10. p. 200. ed. *Bip.*)

Σέβομαι, dep. passiv. (*σέβω* colo, de Deorum cultu Pindar. Olymp. 14, 17. Ael. V. H. 2, 31. *σέβομαι*, vereor, ich scheue mich vor Jemandem Hom. Iliad. 4, 242.) *colo*, *ich verehre*, de personis Deum colentibus, ita decies in N. T. a) universe, sq. acc. Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. Act. 18, 13. 19, 27. — ita *οἱ ο'* pro יָרֵא Ios. 4, 24. (2 Macc. 1, 3. Diod. Sic. 1, 35. Xen. Ages. 3, 2.) — b) de hominibus, qui a paganis ad Iudaeorum sacra transierunt, *προσήλυτοι* dictis, ita *σεβόμενοι τὸν θεόν* Act. 16, 14. 18, 7. — distinguuntur *ἰουδαῖοι* et *προσήλυτοι σεβόμενοι* Act. 13, 43. item *ἰουδαῖοι* et *οἱ σεβόμενοι* Act. 13, 50. 17, 17. — *ἕλληνες σεβόμενοι* Act. 17, 4. —

Σειρά, ᾶς, ἡ, (funis, Seil, Band Hdot. 7, 85. Pausan. 1, 21. 8. ab *εἴρω*, necto) *catena*. Semel in N. T. 2 Petr. 2, 4. Vide de h. l. supra sub *ζόφος* adnotata. (Ios. Ant. 3, 7. 6. Lucian. D. D. 21, 11.) —

Σεισμός, οῦ, ὁ, (*σείω* commoveo, concutio; motus, concussio) *motus*, *Erschütterung* i. e. a) *terrae motus* Matth. 24, 7. *ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους*. 27, 54. 28, 2. Marc. 13, 8. Luc. 21, 11. Act. 16, 26. Apoc. 6, 12. 8, 5. 11, 13. 19. 16, 18. (Ael. V. H. 4, 17. Hdian. 1, 14. 4. Xen. H. G. 3, 2. 24.) — b) de motu cum tempestate coniuncto = *turbo*, *Sturm*, ut *ἐν τῇ θαλάσσῃ*, alias *λαῖλαψ* Matth. 8, 24. Ita pro סַעַר Ier. 23, 19. Saepius non extat in N. T.

Σείω, f. *σείσω*, a. 1. p. *ἐσείσθην*, *commoveo*, *concutio* [vid. *κλείω*]. Quater in N. T. a) propr., sq. accus. Matth. 27, 51. Hebr. 12, 26. quo loco ad normam eorum, quae de legislatione sinaitica Exod. 19, 16 sqq. Ioel. 3, 16 et Hagg. 2, 7. leguntur, verbis *σείω* [de h. l. praesenti in re proxime eventura vid. *αἴρω* et de lect. codd. *σείσω* *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Böhme*, *Bleeck*] — *οὐρανόν* annuntiatur maiestas et magnitudo operis, quod peragendum Iesu tradiderat Deus. Apoc. 6, 13. — Ita pro רָעַשׁ Iudd. 5, 4. Hagg. 2, 7. (Pausan. 3, 5. 8. Xen. H. G. 4, 7. 4. Hdot. 6, 7.) — b) metaph. *commoveo* i. e. *perturbo* Matth. 21, 10. *ἐσείσθη ἡ πόλις*, *die ganze Stadt kam in Bewegung*. — sq. *ἀπό* c. genit. rei, ut perturberis, ansam praebentis Matth. 28, 4. Vide *ἀπό* p. 145 col. 1. — Ita pro רָעַשׁ Ezech. 31, 16. (Heliodor. 10. p. 484. Antiphon. 787, 6. Pindar. Pyth. 4, 484.)

Σεκοῦνδος, ου, ὁ, *Secundus*, nomen propr. viri latini Act. 20, 4.

Σελεύκεια, ας, ἡ, *Seleucia*, urbs Tyriae, condita a Seleuco Nicanore, admodum munita, ad exitum fluvii Orontis, in monte Pierio sita, unde Pieriae nomen accepit; eadem *Seleucia ad mare* appellabatur Act. 13, 4. (Pol. 5, 59. 1. Strabo 14, 751. Cicero ad Attic. 5, 20.) Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Seleucia*.

Σελήνη, ης, ἡ, (*σέλας*, lux, splendor) *luna*. Novies in N. T. Matth. 24, 29. Marc. 13, 24. Luc. 21, 25. Act. 2, 20. 1 Cor. 15, 41. Apoc. 6, 12. 8, 12. 11, 1. 21, 23. — pro יָרֵחַ Deut. 4, 9. (Hdian. 5, 6. 11. Xen. Mem. 4, 3. 4.)

Σεληνιάζομαι, f. *άσομαι*, *lunaticus sum*, dicitur de hominibus morbo comitiali laborantibus atque, quemadmodum genios malos huius morbi auctores habebat Iudaeorum superstitio, ita crescente luna augeri et crescere hoc malum iidem opinabantur. Bis in N. T. Matth. 4, 24. 17, 15. „Morbus comitialis est convulsio totius corporis cum principalium actionum laesione. — Fit haec affectio maxime in pueris [morbus puerilis], postea vero etiam in adolescentibus et in vigore consistentibus. Instante vero etiam symptomate collapsio ipsis derepente contigit et convulsio et quandoque nihil significans exclamatio [*ἐξαίφνης κράζει* Luc. 9, 39.]. Praecipuum vero ipsorum signum est oris spuma [*ἀφρίζει* Luc. 9, 39. Marc. 9, 18. 20.]." Paulus Aeginet. 3, 13. — „Alii [epileptici] publicis in locis cadendo foedantur, adiunctis etiam externis periculis, loci causa praecipitis dati aut in flumina vel mare cadentes." Cornel. Aurelian. Morb. chron. 1, 18. (Manetho 4, 216.)

Σεμεΐ, *Semei* vel *Simei*, hebr. שִׁמְעִי, nom. propr. viri hebr. Luc. 3, 26.

Σεμίδαλις, εως, ἡ, *simila*, *similago* i. e. *flos farinae triticae*, *das feinste Weitzenmehl*. Extat tantum Apoc. 18, 13. — pro סֹלֶת Gen. 18, 6. קֶמַח 1 Sam. 1, 24. (Sir. 35 [32], 2. 38, 11. Ios. Ant. 3, 9. 4.) —

Σεμνός, ή, όν, (*σέβομαι*, veneror; venerandus Diod. Sic. 13, 102. 2 Macc. 6, 11. Xen. Mem. 1, 2. 24.) *honestus*. Quater in N. T. de factis Phil. 4, 8. — de personis 1 Tim. 3, 8. 11. Tit. 1, 2. (Pol. 39, 8. 1. Hdian. 1, 2. 6. Aeschin. Dial. Socr. 3, 13.)

Σεμνότης, τητος, ἡ, (*σεμνός* quod v. sanctitas, reverentia, Ehrwürdigkeit 2 Macc. 3, 12.) *gravitas*, *honestas*, *Würde*, *Ernst*. Ter in N. T. 1 Tim. 2, 2. 3, 4. *τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος*. Vid. *μετά* p. 316 col. 2. — Tit. 2, 7. (Diod. Sic. 4, 42. Xen. Cyr. 8, 5. 1.)

Σέργιος, ου, ὁ, *Sergius*, nom. propr. proconsulis romani, Sergii Pauli, quem Cyprum administrantem ad Christianorum sacra adduxerat Paulus et Barnabas Act. 13, 7.

Σερούχ, e lect. vulg. *σαρούχ*, [forma gr. *σερούχος*, ου, ὁ Ios. Ant. 1, 6. 5.] nom. propr. viri hebr. שְׂרוּג Gen. 11, 20. — Luc. 3, 35.

Σήθ, ὁ, [*σῆθος*, ου, ὁ Ios. Ant. 1, 3. 4.] *Seth*, hebr. שֵׁת, nom. propr. filii tertii Adami Luc. 3, 38.

Σήμ, ὁ, [*σήμας*, ου, ὁ Ios. Ant. 1, 4. 1.] *Sem*, hebr. שֵׁם, nom. propr. filii secundi Noachi Luc. 3, 36.

Σημαίνω, f. *σημανῶ*, aor. 1. *ἐσήμᾶνα* [quae forma aor. 1. legitur etiam Xen. H. G. 2, 1. 28. pro: *ἐσήμηνα* Hdot. 1, 43. Plato Cratyl. 17. cf. sub *ἐπιφαίνω*, *λευκαίνω* observata. — a *σῆμα*, signum: signum do Hdot. 8, 11. Pol. 1, 50. 8.] *significo* i. e. *doceo*, *andeuten*, *anzeigen*. Sexies in N. T. sq. orat. indirecta, indicat. habente [vid. *ἀκούω* p. 16 col. 1. adnotata] Ioh. 12, 33. 18, 32. 21, 19. — sq. accus. c. inf. Act. 11, 28. — sq. accus. rei Act. 25, 27. (Ios. Ant. 7, 6. 3. Xen. Apol. Socr. §. 12. *τινί τι* Ios. Ant. 7, 9. 7. Xen. Cyr. 4, 2. 27.) — absol. Apoc. 1, 1. — pro הִגִּיד Esth. 2, 22. —

Σημεῖον, ου, τό, = *σῆμα*, *signum*, *das Zeichen* i. e. nota, qua cognoscitur res vel persona aliqua A) universe, i. e. nota, qua persona vel res *ipsa*, de qua agitur, cognoscitur vel ab aliis personis aut rebus dignoscitur = *Kennzeichen*, [ita de signis militaribus Hdian. 4, 11. 8. Thuc. 4, 111.] Matth. 26, 48. — 1 Cor. 14, 22. *αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν — τοῖς ἀπίστοις*, scil. *ὅτι ὁ θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι* coll. v. 25. vel, ut aliis videtur: *ὅτι μαίνεσθε* coll. v. 23. — Rom. 4, 11. *σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς* *accepit notam* [scil. *τῆς διαθήκης ἀνὰ μέσον θεοῦ καὶ αὐτοῦ* coll. *τοῖς ο'* Gen. 17, 11.], *nempe circumcisionem*. Cf. de genit. appositionis sub *ἀπαρχή* monita. — B) nota, qua *qualitas* rei vel personae, ut *τῶν καιρῶν* Matth. 16, 3. sicut *αὐθεντία*, *ἐξουσία* vel veritas rei cognoscitur = *documentum*, *Wahrzeichen*, *Beweis*, ut *τοῦ ἀποστόλου* i. e. *ea*, *quae argumento sunt*, *esse aliquem apostolum* 2 Cor. 12, 12. — *τοῦτο — σημεῖον* i. e. *vera esse*, *quae annuntio vobis*, *cognoscetis ex his* Luc. 2, 12. *ὅ ἐστι σημεῖον* scil. a me exaratam esse epistolam 2 Thess. 3, 17. — *τί — ποιεῖς*, concise pro: *τί σημεῖον δεικνύεις ὑμῖν*, *ὅτι ἐξουσίαν ἔχεις*, *ταῦτα ποιεῖν* Ioh. 2, 18. — 6, 30. (Theophr. char. 30, vel 28, 8. Aeschin. 41, 35 Isaeus 362, 4. Xen. Symp. 8, 34.) — — C) nota, qua cognoscitur potentia et maiestas divina. Cuius specimina vel documenta cum edi dicerentur, ubi magnum, insolitum, inauditum aliquid eveniret, admirationem, imo terrorem incutiens hominum animis, factum est, ut vocabulo *σημεῖον* tum *prodigii*, tum *miraculi* notio sese adiungeret a) propr. aa) de rebus, vel ubi Deus ipse *ποιεῖν*, *ποιῆσαι* dicitur *σημεῖα διά τινος*, universe, et iunctum c. *τέρατα*, *δυνάμεις* [*σημεῖα καὶ τέρατα* Ael. V. H. 12, 57. Pol. 3, 112. 8.] ut Act. 2, 22. 15, 12. — dicuntur etiam *σημεῖα γίνεσθαι διά τινος* Act. 2, 43. 4, 30. 5, 12. 14, 3. 15, 12. — *σημεῖον ἰωνᾶ*, concise pro: *σημεῖον ὅμοιον τῷ σημείῳ ἰωνᾶ* i. e. *simile illi*, *quod patravit Deus in Iona* vel *quo ornatus est Ionas* Matth. 12, 39. 16, 4. Luc. 11, 29. — ubi portenta vel prodigia edi dicuntur moderamine Dei, e quibus cognoscitur, magni et insoliti aliquid proxime

eventurum esse = *Vorzeichen*, *Anzeichen*, addito vel ἐν τῷ οὐρανῷ Matth. 24, 30. Apoc. 12, 1. 3. 15, 1. vel ἐν ἡλίῳ, ἐν σελήνῃ, ἐν ἄστροις Luc. 21, 25. — iungitur c. vocc. synonymis, ut φόβητρα ἀπ' οὐρανοῦ Luc. 21, 11. τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς Act. 2, 19. — sq. genit. rei, ut τῆς σῆς παρουσίας Matth. 24, 3. — sq. ὅταν i. e. τοῦ χρόνου, ὅταν Marc. 13, 4. Luc. 21, 7. — — vel ubi sermo est de miraculis a Iesu vel ab apostolis Iesu patratis i. e. de factis, quae, instructos eos fuisse viribus vires humanas longe superantibus, documento essent Marc. 16, 17. 20. Ioh. 2, 11. 23. 3, 2. 4, 54. 6, 2. 14. 26. 30. 7, 31. 9, 16. 10, 41. 11, 47. 12, 18. 37. 20, 30. Act. 4, 16. 1 Cor. 1, 22. — Matth. 12, 39. 16, 4. Marc. 8, 12 bis. Luc. 11, 29 bis. 23, 8. — θέλομεν — ἰδεῖν i. e. vel θέλομεν παρὰ σοῦ [wir verlangen von dir] σημεῖον ἰδεῖν vid. ἀπό p. 44 col. 1. vel: θέλομεν, ἀπὸ σοῦ [i. e. sponte tua peragas miraculum, ita *Fritzsche* Ev. Matth. p. 448.] σημεῖον ἰδεῖν Matth. 12, 38. — σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ vel ἐξ οὐρανοῦ = *miraculum de coelo desumtum, de coelo conspicuum* Matth. 16, 1. Marc. 8, 11. Luc. 11, 16. Vid. ἐκ p. 149 col. 1. item ἀπό p. 44 col. 1. et *Fritzsche* l. l. p. 526. — addito genit. appositionis [vid. ἀπαρχή] τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως *hoc miraculum, nempe hanc sanationem* Act. 4, 22. — iunctum c. τέρατα, δυνάμεις Ioh. 4, 40. Act. 6, 8. 7, 36. 8, 6. 13. Rom. 15, 19. 2 Cor. 12, 12. Hebr. 2, 4. — — bb) de personis, quae i. e. *quarum sors* divinae maiestatis et potentiae cognoscendae ansam praebuit vel quarum sortem documentum esse voluit Deus maiestatis et potentiae suae; ut οὗτος κεῖται — εἰς σημεῖον [ex hebr. = σημεῖον vid. εἰς p. 142 col. 2. med.] ἀντιλεγόμενον Luc. 2, 34. Ἰωνᾶς — νινευΐταις Luc. 11, 30. — — b) nota, qua potestas et vis, inhaerens alicui, cognoscitur, insoliti notione inclusa = *miraculum*, *prodigium* Apoc. 13, 13. 14. 16, 14. 19, 20. — c. τέρατα Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. 2 Thess. 2, 9. — Saepius non extat in N. T.

Σημειόω, ῶ, f. ώσω, (a σημεῖον) *signo*, *signis distinguo* [Pol. 8, 39. 8.] med. σημειοῦμαι, *noto mihi aliquid*, *ich zeichne mir etwas an*, sq. accus. pers., ita semel in N. T. 2 Thess. 3, 14. εἰ δέ τις — τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε, vel, si interpunxeris τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, *huius nomen vobis adnotate*, *litteris ad me dandis illud mihi indicaturi*. Cf. *Win*. p. 99. (Pol. 22, 11. 12. Philo de Ios. p. 560 A).

Σήμερον, adv. *hodie*, a) nude positum Matth. 6, 11. 30. 16, 3. 21, 8. 27, 19. Marc. 14, 30. Luc. 2, 11. 4, 21. 5, 26. 12, 28. 19, 5. 9. 22, 34. 23, 43. 24, 41. Act. 4, 9. 13, 33. 17, 32. 33. 22, 3. 24, 21. 26, 2. 29. 27, 33. Hebr. 1, 5. 3, 7. 13. 15. 4, 7. 5, 5. — ἕως σήμερον 2 Cor. 13, 15. (Hdian. 7, 5. 11.) — σήμερον καὶ αὔριον, *hodie et cras* Iac. 4, 13. Luc. 13, 32. 33. Cf. ad h. l. *Meyer* Ev. Luc. p. 338 sq. — de verbis Hebr. 13, 8. Ἰησοῦς — αἰῶνας *Iesus Christus hodie idem, qui heri, idemque in aeternum scil. rerum nostrarum praesidium, audiendus, colendus, imitandus* vid. *Bleeck*, *Böhme* ad h. l. — b) praefixo articulo [vid. ἄνω] ἡ σήμερον, *dies hodiernus*, addito ἡμέρα Act. 20, 26. — absque ἡμέρα: περὶ τῆς σήμερον *propter hodiernum diem*, sensus: *propter rem hodie gestam* Act. 19, 40. — in formula, e dicendi ratione vitae communis explicanda: ἄχρι vel ἕως vel μέχρι τῆς σήμερον, *ad nostra usque tempora* Matth. 11, 23. 27, 8. 28, 15. Rom. 11, 8. 2 Cor. 3, 14. 15. — pro הַיּוֹם Gen. 4, 14. 21, 26. 22, 14. — Saepius non legitur in N. T.

Σήπω, f. ψω, *putrefacio*, passiv. σήπομαι *putresio*, et perf. 2. σέσηπα *putrefactus sum* [cf. *Buttm*. §. 88, a. 3. gram. max. §. 97. §. 113, not. 5. §. 114.] Semel in N. T. Iac. 5, 2. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε = *periit*. Vid. *Win*. p. 249. — pro מָקַק Ps. 38, 5. (Ael. V. H. 12, 40. Dion. Hal. Ant. 5, 13. Xen. Oec. 19, 11.)

Σηρικός, ή, όν, (σήρ, vermiculus, illatus a Scribus, qui net sericum) *sericus*. Legitur tantum Apoc. 18, 12. σηρικόν, *serica*, i. e. *seidene Waaren*. Cf. *Win*. p. 528. (Ioseph. de bell. iud. 7, 5. 4.) Vid. *Winer* bibl. Realw. sub voc. *Seide*.

Σής, τός, ὁ, *tinea*, *Kleidermotte*. Ter in N. T. Matth. 6, 19. 20. Luc. 12, 33. — pro סָס Ies. 51, 6. עָשׁ Iob. 4, 19. (Theophr. H. Pl. 1, 16.)

Σητόβρωτος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σής, tinea et βιβρώσκω comedo) a *tineis corrosus*. Semel in N. T. ἱμάτια — σητόβρωτα Iac. 5, 2. — pro אָכַל עָשׁ Iob. 13, 28. (Horat. Sat. 2, 3. 119. *tinearum epulae*.)

Σθενόω, ῶ, f. ώσω, (vox serioris aevi vid. *Win*. p. 26. 85 sq. — σθένος, robur) *roboro*, *robur addo*. Semel in N. T. 1 Petr. 5, 10. cf. de h. l. optativo σθενώσαι, *robur addat*, ἁγιάζω no. 2. et quatenus eius loco codd. habeant fut. σθενώσει *Griesb*. ad h. l. item de optativo καταρτίσαι, alternante apud *Griesb*. c. futuris σθενώσει, στηρίξει *Fritzsche* diss. 2. p. 86. item p. 81 — 88. —

Σιαγών, όνος, ἡ, *mala*, *maxilla*. Bis in N. T. Matth. 5, 39. Luc. 6, 29. — pro לְחִי Mich. 5, 1. (Athen. 3, p. 94. E. Xen. de re eq. 1, 8.)

Σιγάω, ῶ, f. ήσομαι, (σιγή, silentium) 1) *taceo*, *conticeo*, *ich schweige* Luc. 9, 36. 20, 26. Act. 12, 17. 15, 12. 13. 1 Cor. 14, 28. 30. 34. — pro הֶחֱרִישׁ Exod. 14, 14. הַס Amos. 6, 10. (Pol. 9, 13. 2. Xen. Mem. 3, 5. 6.) — 2) transit. *celo*, pass. σιγάομαι, ῶμαι, *celor*, *taceor* Rom. 16, [14,] 25. μυστήριον — σεσιγημένον. — Ita pro הֶחֱרִישׁ Ps. 32, 3. Saepius non extat in N. T.

Σιγή, ῆς, ἡ, (σίζω, silentium impero, Hsch oder S't sagen) *silentium*. Bis in N. T. Act. 21, 40. Apoc. 8, 1. — (Sap. 18, 14. Xen. Cyr. 7, 1. 25.)

Σίδηρος, ου, ὁ, *ferrum*. Semel in N. T. Apoc. 18, 2. — pro בַּרְזֶל Gen. 4, 21. (Ael. V. H. 3, 18. Dem. 645, 16. Xen. Cyr. 1, 3. 23.)

Σιδηροῦς, ᾶ, οῦν, *ferreus*. Quinquies Act. 12, 10. πύλην τὴν σιδηρᾶν. Apoc. 2, 27. 9, 6. 12, 5. 19, 15. — pro בַּרְזֶל Levit. 26, 19. (Pol. 18, 8. 2. Xen. An. 5, 4. 13 et Cyr. 6, 1. 30.)

Σιδών, ῶνος, ἡ, *Sidon*, urbs celeberrima Phoeniciae, sita ad mare mediterraneum, portu gemino instructa, opulentissima et munitissima, coloniarum multarum mater, tribui Ascher assignata quidem, nunquam tamen ab ea expugnata. Uti mercatura floruit illa, ita omnis generis artificibus abundabat. Postquam seculo undecimo ante Chr. Tyro subiecta fuerat, a Nabuchodonosaro expugnata primum Babyloniis, tum Persis paruit. Libertatem quidem Sidon recuperavit, neque tamen Alexandri Ochi viribus resistere potuit, qui ao. 350 a. Chr. captam delevit. Urbis postea restitutae cives uti in Alexandri M. fidem sese receperunt, ita post huius mortem nunc Aegyptiorum nunc Syriorum imperio subiecti fuerunt. Nomen denique Sidon, quod Gen. 10, 15. a צִידוֹן filio Canaanis primogenito derivatur, ductum esse monet Iustin. 18, 3. a piscium ubertate; hodie *Said* appellatur. Cf. Ios. Ant. 5, 1. 5, 2. Diod. Sic. 5, 20. 16, 40. Hom. Iliad. 23, 744. 6, 289. idem Odyss. 15, 415. — Gen. 10, 15. 19. 49, 13. Ios. 19, 26. 28. Iudd. 1, 31. Cf. *Win*. bibl. Realw. sub h. v. — Commemoratur in N. T. Matth. 11, 21. 22 sqq. 15, 21. Marc. 3, 8. 7, 24. 31. Luc. 6, 17. 10, 13. 14. Act. 27, 3. — pro: *regio Sidonis* Luc. 4, 26. Cf. de h. l. lect. σιδῶνος retinenda *Schott*, *Meyer*, *Bornem*. Schol. p. 34. coll. *Griesb*.

Σιδώνιος, ου, ὁ, (a σιδὼν) *Sidonius* [Luc. 4, 26. σιδών] Act. 12, 20. (Ios. Ant. 17, 12. 1.)

Σικάριος, ου, ὁ, *Sicarius*, vox originis latinae, orta a sica i. e. gladio breviore, facile sub veste occultando, quo cum uterentur, qui clam et insidiose interficere alios conarentur, factum est, ut sicarius diceretur homicida clancularius, *Meuchelmörder*, *Bandit*. Extat tantum Act. 21, 38. τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων. Cf. Ios. Ant. 20, 6. 7. Cicer. pro Rosc. Amer. c. 5. 32. 35.

Σίκερα, τό, *sicera*, vox ἄκλιτος, habet tamen Euseb. Praeparat. ev. 6, 10. Genit. σίκερος. Semel in N. T. Luc. 1, 14. — pro שֵׁכָר Levit. 10, 9. Num. 6, 3. Appellatur hoc nomine potus inebrians, vinum arte paratum, atque effici solitum apud Orientis populos e dactylis et succo palmarum. Cf. Plin. H. N. 14, 19. *Win*. bibl. Realw. sub voc. *Wein*, *künstlicher*.

Σίλας, α, [de genit. vid. ἀγρίππας) ὁ, *Silas*, etiam *Σιλουανός*, οῦ, ὁ, [vid. *Win*. p. 94.] *Silvanus*, nom.

propr. viri, qui comes et socius fuit Paulo in itineribus per Asiam minorem et Graeciam factis. Prior forma reperitur Act. 15, 22. 27. 32. 34. 40. 16, 19. 25. 29. 17, 4. 10. 14. 15. 18, 5. posterior 2 Cor. 1, 19. 1 Thess. 1, 1. 2 Thess. 1, 1. 1 Petr. 5, 12.

Σιλουανός, *οῦ*, *ὁ*, v. *σίλας*.

Σιλωάμ, *ὁ*, ***Siloam***, hebr. שִׁלֹּחַ, nomen fontis ad radicem montis Sion. Ex hoc fonte ducti erant rivi duo in duas piscinas maiores, quarum altera superior vel piscina Salomonis, altera inferior dicebatur. Salubres fuisse aquas huius fontis, intelligitur ex Ioh. 9, 7. Luc. 13, 4. (Ios. de bell. iud. 5, 4. 1.)

Σιμικίνθιον, vel *σημικίνθιον*, *ου*, *ὁ*, ***Semicinctium***, ***Schürze***, ***Vortuch*** i. e. tegumentum linteum, quo anteriores corporis partes opifices cingere solebant. Ductum est hoc vocab. a Lat. semi et cingo. Legitur tantum Act. 19, 12.

Σίμων, *ωνος*, *ὁ*, ***Simon***, hebr. שִׁמְעוֹן, nom. propr. 1) ***Petri Apostoli***, qui fuit filius Ionae, frater Andreae et qui nunc *σίμων βὰρ ἰωνᾶ* Matth. 16, 17. nunc *σίμων ὁ πέτρος* Matth. 4, 18. 10, 2. 16, 16. nunc *σίμων* appellatur Matth. 17, 25. Act. 10, 5. — 2) ***fratris Iudae Lebbaei***, Apostoli, qui nominatur nunc Simon Cananites, nunc *ζηλώτης* Matth. 10, 4. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 15. — 3) ***fratris Iudae***, consanguinei, *ἀδελφοῦ* Iesu Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. — 4) ***viri Cyrenaici***, qui crucem Iesu gestavit Matth. 27, 32. — 5) ***Simonis Magi*** Act. 8, 9. 13. — 6) ***patris Iudae Iscariotae*** Ioh. 6, 71. 12, 4. 13, 26. — 7) ***Pharisaei cuiusdam*** Luc. 7, 40. 43. 44. — 8) ***leprosi*** olim Matth. 26, 6. — 9) ***coriarii cuiusdam caesariensis*** Act. 9, 43. 10, 6. 17. 32.

Σινᾶ, *ὁ*, [forma graeca *τὸ σιναῖον ὄρος* Ios. Ant. 3, 1. 1.] ***Sina***, ***Sinai***, hebr. סִינַי, mons in desertis Arabiae situs, legis mosaicae promulgatione celeberrimus, duplex habens cacumen, cuius alterum idque altius חוֹרֵב, hodie Catharinenberg, alterum depressius סִינַי, hodie ***Mosesberg*** vel Sinai appellatur. Cf. Exod. 19, 11. 23. 24, 16. Memoratur in N. T. Act. 7, 30. 38. Gal. 4, 24. 25.

Σίναπι, *εως*, *τό*, [Atticis *νάπυ*, Graecis serioribus *σίναπυ*, *σίνηπυ* dicebatur, cf. *Lob.* ad Phryn. p. 288.] ***Sinapi***, ***Senf***, genus plantarum in nostris quoque oris obvium, in terris vero orientalibus atque Americae ad arboris minoris magnitudinem excrescens Matth. 13, 31. 17, 20. Marc. 4, 31. Luc. 13, 19. 17, 6.

Σινδών, *όνος*, *ἡ*, ***Sindon*** (i. e. linteum subtile textum, vox originis incertae, aliis a Sidoniis, aliis ab hebr. סָדִין, aliis e lingua aegyptiaca derivantibus) metonym. ***amiculum ex lino subtiliter texto confectum***, linteum tenue, maius, quadratum, quo Orientales maxime aestate et noctis tempore uti solebant Marc. 14, 51. 52. et quo involvebantur etiam mortuorum corpora Matth. 27, 59. Marc. 15, 46. Luc. 13, 53. — *οἱ ο'* pro סְדִין Prov. 31, 24. Iudd. 14, 12. (Hdot. 2, 86.) Cf. ***Winer*** bibl. Realw. sub voc. ***Kleider***, ***Hemd***.

Σινιάζω, *f. άσω*, (*σίνιον* vannus. Vox serioris aetatis, vid. ***Passow*** et ***Win.*** p. 86.) ***cribro***, i. e. ***cribro et vanno agito***. Semel in N. T. Luc. 22, 31. *ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς*, *τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον* sens. ***tradi Satanas vos sibi voluit***, ***ut concutiat vos*** i. e. ut perturbet vos, ***sicuti vanno agitatur triticum***.

Σιτευτός, *ή*, *όν*, (a *σιτεύω*, ducto a *σῖτος* triticum, frumentum) ***saginatus***. Ter in N. T. *μόσχος σιτευτός* Luc. 15, 23. 27. 30. — pro עֵגֶל מַרְבֵּק Ierem. 46, 21. אֲבוּס 1 Regg. 4, 23. [5, 3.] (Pol. 39, 2. 7. Xen. An. 5, 4. 28 vel 32.)

Σιτίον, *ου*, *τό*, (cibus frumentaceus Ael. V. H. 5, 1.) ***frumentum***. Semel in codd. *σιτία* pro *σῖτα* Act. 7, 12. vid. ***Griesb.***, ***Schott***, ***de Wette***, ***Meyer***.

Σιτιστός, *ή*, *όν*, (*σιτίζω*, ducto a *σῖτος*) ***saginatus***, ***altilis***. Extat tantum Matth. 22, 4. — (Ios. Ant. 8, 2. 4. Athen. 9. p. 384. 14. p. 656. C.)

Σιτομέτριον, *ου*, *τό*, (vox serioris aevi cf. ***Lob.*** ad Phryn. p. 383. ***Win.*** p. 26. — a *σῖτος* triticum, frumentum et *μετρέω* metior) ***demensum frumenti***, ***certa frumenti mensura***. Extat tantum Luc. 12, 42. *τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον*. (Basil. Epist. 393. 404. Nazianz. Orat. 2, 29. *σιτομετρία* Diod. Sic. 2, 41.)

Σῖτος, *ου*, *ὁ*, et plural. *τὰ σῖτα* [ita semel Act. 7, 12. vid. ***Win.*** p. 62. de lect. *σιτία* vid. *σιτίον*] ***triticum***, ***frumentum***. Decies quater in N. T. Matth. 3, 12. *συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ*. 13, 25. *ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου*. v. 29. 30. Marc. 4, 28. Luc. 3, 17. 16, 7. 22, 31. Ioh. 12, 24. Act. 7, 12. 27, 38. 1 Cor. 15, 37. Apoc. 6, 6. 18, 13. (Ael. V. H. 6, 12. Pol. 5, 1. 11.) — pro בַּר Ioel. 2, 24.

Σιχάρ, v. *συχάρ*.

Σιών, *ὁ*, ***Sion***, hebr. צִיּוֹן, nom. propr. quo sensu latiore insigniuntur colles, quibus superstructa erat Hierosolyma, sensu angustiore eodem nomine significatur unus ex his collibus isque ceteris superior, in quo exstructa erat arx Davidis et Hierosolyma superior Ioseph. de bell. iud. 6, 6. — Septies in N. T. a) *σιὼν ὄρος* ***mons Zion*** Apoc. 14, 1. Hebr. 12, 22. quo l. per appositionem additur: *πόλις θεοῦ ζῶντος*, *ἱερουσαλήμ* coll. Ps. 9, 12. 15, 1. — b) pro: ***Hierosolyma*** vel pro: ***civitas iudaica*** Rom. 9, 33. 11, 26. 1 Petr. 2, 6. cf. ***Fritzsche*** ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 324. — c) ex hebr. dicendi ratione: *θυγάτηρ σιών* ***filia Zionis*** pro: ***Hierosolyma*** vel: ***incolae Hierosolymae*** Matth. 21, 5. Ioh. 12, 15. ita pro בַּת־צִיּוֹן Ps. 9, 15. Ies. 1, 8. Cf. ***Win.*** bibl. Realw. sub voc. ***Zion***.

Σιωπάω, *ῶ*, *f. ήσομαι*, (*σιωπή*, silentium) ***sileo***, ***taceo***. Undecies in N. T. a) propr. Matth. 20, 31. 26, 63. Marc. 3, 4. 9, 34. 10, 48. 14, 61. Luc. 1, 20. 18, 39. 40. Act. 18, 9. — pro חָשָׁה Ies. 42, 14. דָּמַם Amos. 5, 13. (Ael. V. H. 2, 2. Xen. Cyr. 1, 4. 3.) — b) metaph. de mari sedando Marc. 4, 39. de h. l. asyndeto: *σιώπα*, *πεφίμωσο* in oratione gravi et sublimi vid. ***Fritzsche*** Ev. Marc. p. 149. et supra sub *ἀδικέω* monita. (Anthol. gr. T. I. p. 169. ed. ***Iacobs***. „prius totum sileat mare" Valer. Flacc. 8. v. 452.)

Σκανδαλίζω, *f. ίσω*, (*σκάνδαλον*) 1) ***facio***, ***ut offendat vel impingat aliquis***, ex metaph. Hebraeis usitata [vid. ***Win.*** p. 34.] pro: ***facio***, ***ut peccet aliquis***, ***ad peccandum sollicito***. Pass. *σκανδαλίζομαι*, a. 1. p. *ἐσκανδαλίσθην*, fut. 1. p. *σκανδαλισθήσομαι*, ***offendo***, ***impingo*** i. e. ***ad peccandum sollicitor*** a) universe, sq. accus. Matth. 5, 29. 18, 6. 8. 9. Marc. 9, 42. 43. 45. 47. Luc. 17, 2. Rom. 14, 21. 1 Cor. 8, 13. 2 Cor. 11, 29. (*ἔν τινι* = per aliquid Sir. 35, 15.) — b) de iis, qui hactenus ad peccandum sollicitant aliquem, quatenus ad deserendum alium incitant eum, ubi *σκανδαλίζομαι* verti potest: ***ad deficiendum abripior***, ***ad deserendum aliquem sollicitor***, ***deficio***, ***desero*** Matth. 13, 21. coll. Marc. 4, 17. Ioh. 16, 1. — Matth. 24, 10. Aliter ***Fritzsche*** Ev. Matth. p. 703. *σκανδαλισθήσονται* explicans: ***offendentur***, ***ut ad idem abripi se sinant flagitium***, sc. ut in se invicem saeviant. — c) de iis, qui faciunt, ut inique et sinistre statuat aliquis de aliquo Matth. 17, 27. *ἵνα μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς*. — *σκανδαλίζομαι ἔν τινι*, ***ich stosse mich an etwas***, ***ich nehme einen Anstoss an Jemandem*** [vid. *ἐν* p. 173 col. 1. fin.] = ***offendor sorte alicuius***, ***ita***, ***ut perperam et inique de eo statuam et ab eo deficiam*** Matth. 11, 6. 13, 57. 26, 31. 33. Marc. 6, 3. 14, 27. 29. Luc. 7, 23. — 2) ***offendo aliquem***, i. e. ***male aliquem habeo***, ***facio***, ***ut indignetur aliquis***, *σκανδαλίζομαι*, ***indignor*** Matth. 15, 12. *ἐσκανδαλίσθησαν*. Ioh. 6, 61. *τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει*. (*ἔν τινι* materiam indignandi habeo in aliqua re = indignor propter aliquid Sir. 9, 5.) Saepius non legitur in N. T.

Σκάνδαλον, *ου*, *τό*, [forma serioris aevi = *σκανδάληθρον*, lignum in decipula, Stellholz Aristoph. Acharn. v. 687.] ***offendiculum***, ***offensio***, ***id***, ***in quo impingit aliquis*** a) *πέτρα σκανδάλου*, ***rupes***, ***in qua offendunt homines***, i. q. *λίθος προσκόμματος*. Appellatur ita Christus, verbis Ies. 8, 14. ex sententia Pauli et Petri praesignificatus Rom. 9, 33. 1 Petr. 2, 8. vid. *πρόσκομμα*. Ita צוּר מִכְשׁוֹל Ies. 8, 14. — b) ex metaph. Hebraeis usitata [vid. ***Win.*** p. 34.] aa) pro: ***peccandi occasio*** Matth. 16, 23. quo loco pro *σκάνδαλόν μου εἶ*, e codd. ***Fritzsche*** Ev. Matth. p. 543. edidit *σκάνδαλον εἶ ἐμοί*. — Matth. 18, 7. Luc. 17, 1. — *τιθέναι σκάνδαλόν τινι*, item *βάλλειν σκάνδαλον ἐνώπιόν τινος* [propr.

Einem oder vor Einem etwas hinstellen, damit er sich daran stösst und, nach Befinden, darüber fällt, trop. pro:] *facere, ut peccet aliquis* Rom. 14, 13. Apoc. 2, 14. — 1 Ioh. 2, 10. Ita מִכְשׁוֹל Ezech. 7, 19. 14, 3. Ps. 119, 165. — de personis Matth. 13, 41. quo loco per epexegesin additur: καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Cf. *Fritzsche* l. l. p. 473. — bb) *id, quod, ut sinistre vel inique statuam vel repudiem aliquid, ansam praebet* Rom. 16, 17. — cc) *causa vel auctor perniciei* Rom. 11, 9. (Iudith. 12, 2. Sir. 27, 23. 1 Macc. 5, 4.) Ita pro מוֹקֵשׁ Ps. 69, 23. Saepius non legitur in N. T.

Σκάπτω, f. σκάψω, *fodio*. Ter in N. T. Luc. 6, 48. Vide ad h. l. supra sub βαθύνω observata. — Luc. 13, 8. 16, 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω. (Hdian. 4, 7. 6. Xen. Oec. 16, 14. Aristoph. Av. 1430. σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.) — pro נֶעְדַּר Ies. 5, 6.

Σκάφη, ης, ἡ, (a σκάπτω quod vid.) *scapha, cymba*. Ter in N. T. Act. 27, 16. 30. 32. (Plut. apophth. Philipp. Mor. 2. p. 27. ed. *Tauchn.* Dion. Hal. Ant. 3, 44.)

Σκέλος, εος, ους, τό, et plur. τὰ σκέλη, *crus* i. e. *quicquid a coxendicis osse usque ad extremos pedis digitos pertinet*. Ter in N. T. Ioh. 19, 31. 32. 33. — οἱ ό pro כְּרָעַיִם Amos. 3, 12. (Aesop. fab. 129. Xen. An. 4, 2. 20. Aristot. H. An. 1, 15.)

Σκέπασμα, τος, τό, (σκεπάζω tego) *tegumentum*. Extat tantum 1 Tim. 6, 8. — (Aristot. Polit. 7, 17.)

Σκευᾶς, ᾶ, [de gen. vid. ἀγρίππας] ὁ, *Sceva*, nomen propr. viri iudaei, principis sacerdotum Act. 19, 14.

Σκευή, ῆς, ἡ, *apparatus, quo quis instructus est*, [ut apparatus bellicus Diod. Sic. 11, 71. vestes Hdian. 6, 4. 11. Xen An. 4, 7. 27.] collective: *utensilia*. Legitur tantum Act. 27, 19. — (de supellectile Polyb. 2, 6. 6.)

Σκεῦος, ους, τό, 1) *vas* Marc. 11, 16. Luc. 8, 16. Ioh. 19, 29. Act. 10, 11. 16. — εἰς ἀτιμίαν, εἰς τιμήν *vas honori destinatum* i. e. *vas quod honoratur, vas quod in contumelia est* [vid. εἰς p. 142 col. 2.] Rom. 9, 21. 2 Tim. 2, 20. 21. Hebr. 9, 21. Apoc. 2, 27. 18, 12. — pro כְּלִי Exod. 3, 22. (Ael. V. H. 12, 8. Hdian. 6, 7. 16. Xen. Mem. 1, 7. 5.) — σκεύη ὀργῆς et σκεύη ἐλέους [= vasa facta εἰς ὀργήν, εἰς ἔλεος] in metaph. a figulo repetita Rom. 9, 22. 23 coll. v. 21. *homines, in quos ira Dei versa est — homines, quos misericordia Deus amplexus est*. — e dicendi ratione Iudaeis usitata 1 Thess. 4, 4. uxor dicitur σκεῦος mariti. Cf. *Koppius* ad h. l. coll. tamen *de Wette* ep. P. ad Thessal. p. 111 sq. — comparatur corpus humanum σκεύει ὀστρακίνῳ, *vasi testaceo*, hinc fragili 2 Cor. 4, 7. unde sexus femineus, utpote virili debilior et infirmior, ἀσθενέστερον σκεῦος, *das schwächere Gebilde*, appellatur 1 Petr. 3, 7. (fragilitatis notionem vocab. ὀστράκινον habere etiam apud Graecos, testis est Artemidor. 6, 25. θάνατος μὲν γὰρ εἰκότως ἐσήμανε τῇ γυναικί, τὸ εἶναι ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει.) — 2) *instrumentum utensile* a) propr., ita de opibus, bonis, supellectile Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. — Luc. 17, 31. — οἱ ό ita pro כֵּלִים Gen. 31, 37. (Hdian. 2, 1. 2. Xen. Mem. 1, 7. 2.) — de instrumentis navis = *das Zeug, das Segelwerk*, ut σκεῦος *malum, der Mastbaum* Act. 27, 17. χαλάσαντες τὸ σκεῦος (Ael. V. H. 6, 12.) — b) metaph. de hominibus, quibus utitur aliquis ad consilia sua exsequenda, ut et nos: *Werkzeug* Act. 9, 15. σκεῦος ἐκλογῆς [vid. ἀγάπη] pro: ἐκλεκτόν μοί ἐστιν οὗτος. — Ita pro כְּלִי Ierem. 50, 25. (Pol. 13, 5. 7. 15, 25. 2.)

Σκηνή, ῆς, ἡ, *tentorium, tabernaculum* a) de tabernaculo quocunque Matth. 17, 4. Marc. 9, 5. Luc. 9, 33. Hebr. 11, 9. οἱ ό pro אֹהֶל Gen. 26, 35. סֻכָּה Gen. 33, 17. (Ael. V. H. 9, 3. Hdian. 2, 11. 3. Xen. Cyr. 2, 1. 25.) — αἱ αἰώνιοι σκηναί = *sedes aeternum duraturae* vel τοῦ αἰῶνος ἐκείνου, ita in circumscriptione *regni messiani* vel Hierosolymae coelestis Luc. 16, 9. cf. ad h. l. *Meyer* Ev. Luc. p. 359. — b) de tabernaculo foederis, ad quod conventus sacri Hebraeorum habebantur vel de templo Hebraeorum portatili aa) propr. Hebr. 8, 2. 5. 9, 11. 21. 13, 10. Ita אֹהֶל 1 Regg. 1, 39. — additur τοῦ μαρτυρίου Act. 7, 44. 15, 5. Quo sensu haec vox addatur, vid. sub μαρτύριον. — de anteriore huius templi parte vel de sancto Hebr. 9, 2. 6. 8. — de interiore huius templi portatili parte, vel de sancto sanctorum Hebr. 9, 3. — bb) de templo, quod cum novis Hierosolymis coelitus demissum iri in terram tempore regni messiani putabant Iudaei, ita ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ Apoc. 13, 6. 21, 3. vel ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἐν οὐρανῷ Apoc. 15, 5. — c) ἡ σκηνὴ τοῦ μόλοχ i. e. *templum portatile Molochi* i. e. tentorium, quo continebatur simulacrum Molochi e levi et portatili materia fabrefactum, quod non magnum, sed exiguum erat, ut clam Mose et magistratibus insciis portari et ubi castra figerentur, in tentorii angulo occultari posset. Act. 7, 43 et *Kuinoel* ad h. l. (Ita ἱερὰ σκηνή Carthaginensium Diod. Sic. 20, 65. et apud Petron. 29. „praeterea grande armarium in angulo vidi, in cuius aedicula erant lares argentei positi." — d) ἡ σκηνὴ δαβὶδ *tabernaculum Davidis* trop. pro: *domus, dynastia Davidis* Act. 15, 16. coll. Amos. 9, 11. — Saepius non extat in N. T.

Σκηνοπηγία, ας, ἡ, *scenopegia* i. e. *tabernaculorum fixio*. Semel in N. T. Ioh. 7, 2. ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν ἰουδαίων σκηνοπηγία i. e. festum Iudaeorum a tabernaculorum fixione appellatum. (2 Macc. 1, 18.) Dicitur hoc festum hebr. חַג הַסֻּכּוֹת et apud τοὺς ό: ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας Deut. 16, 16. 31, 10. Zach. 14, 16. 18. 19. ἑορτὴ τῶν σκηνῶν Levit. 23, 34. Deut. 16, 13. Nomen traxit hoc festum a tabernaculis ex frondosis arborum ramis confectis exstructisque nunc in campis nunc in domuum tectis. Celebrabatur per dies septem, quorum primus uti sabbatum erat, ita septimum huius festi diem sabbatum excipiebat Levit. 23, 36. 43. Neh. 8, 19. 2 Macc. 10, 6. Ios. Arch. 3, 10. 4. Institutum erat tum in memoriam temporis, quo maiores Hebraeorum per 40 fere annos in deserto Arabiae commorantes sub tentoriis degebant, tum in grati animi tesseram pro larga frugum collectione, unde nunc חַג סֻכּוֹת nunc חַג הָאָסִיף Exod. 23, 10. appellabatur. Uti moris erat, per horum dierum solemnia hilaritati sese dare et epulas instituere, ita lege olim praescriptum erat, ut primo die 13, secundo 12, tertio 11, quarto 10, quinto 9, sexto 8, septimo 7 victimae offerrentur et quovis anno septimo per septem singulos huius festi dies lex Mosis praelegeretur Deut. 31, 10. 13. Neh. 8, 18. His adiunxit serior aetas libationem aquae vino mixtae per singulos dies coniunctam cum sacrificio matutino. Sacerdos enim phialam auream aqua e fonte Siloam hausta implebat, quo facto per portam aquarum reversus ad altare clangentibus tubis et buccinis sese conferebat vinoque mixtam aquam post disposita sacrificii membra super altari effundebat, in memoriam, ut videtur, magnae aquarum copiae, quam Deus Israelitis in itinere per desertum propinavit. Cf. *Noesselt* Opusc. theol. T. I. p. 52. *Kuinoel* Comment. T. 3. p. 373 sq. Denique primo et octavo huius festi die omni labore et opera servili abstinere lex iubebat Levit. 23, 39. Num. 29, 12. 35. Cum sabbatum excipiens hoc festum ultimus esset ex omnibus diebus festis per anni totius decursum celebrandis, octavus scenopegiae dies imprimis sanctus habebatur. Cf. *Winer* bibl. Realw. sub voc. *Laubhüttenfest*.

Σκηνοποιός, οῦ, ὁ, (σκηνή quod v. et ποιέω) *tabernaculorum fabricator, Zeltmacher*. Semel in N. T. Act. 18, 3. (σκηνοποιΐα Pol. 6, 28. 3. σκηνοποιέω Diod. Sic. 3, 26.)

Σκῆνος, εος, ους, τό, *tabernaculum*. Bis in N. T. metaph. de corpore humano, quod tentorii instar circumdat animum 2 Cor. 5, 1. ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ. De genit. appositionis = *quae tentorio* vobis noto *constat* vid. ἀπαρχή. — 2 Cor. 5, 4. coll. v. 1. (Aeschin. Dial. Socr. 3, 5. Maxim. Tyr. dissert. 38. p. 396. Anthol. gr. T. 12. p. 30. ed. *Iacobs*. Clemens Alexandr. Stromat. libr. 5. p. 593. Sap. 9, 15.)

Σκηνόω, ῶ, f. ώσω, (σκῆνος quod v.) *tentorium figo* [Hdian. 6, 8. 17. Dem. 1257, 6.] Quinquies in N. T. ἐπί τινα *super aliquem* trop. pro: *tueor aliquem* Apoc. 7, 15. — ἐν c. dat. plur. *in mediis quibusdam = inter aliquos* i. e. *versor, dego inter aliquos* Ioh. 1, 14. — sq. ἐν c. dat. loci vel μετά τινος = *dego in aliquo loco* vel *in mediis quibusdam* Apoc. 12, 12. 13, 6. (Xen. An. 5, 5. 11.) — Apoc. 21, 3.

Σκήνωμα, τος, τό, (σκηνόω quod vid. — tentorium Xen. An. 2, 2. 17.) *domicilium*, τῷ θεῷ Act. 7, 46. Ita pro

מִשְׁכָּן Ps. 132, 5. — de corpore humano animi domicilio 2 Petr. 1, 13. 14. v. σκῆνος.

Σκιά, ᾶς, ἡ, *umbra*. Septies in N. T. a) propr. Marc. 4, 32. Act. 5, 15. — pro צֵל Iudd. 9, 15. 36. (Ael. V. H. 2, 14. Pol. 16, 12. 7. Xen. Mem. 1, 6. 6.) — b) σκιὰ θανάτου = צַלְמָוֶת i. e. *tenebrae spissae*, solebat enim apud Hebraeos infernalis obscuritas crassissima fingi [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 184.] Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. (*umbra mortis* Ovid. Metam. 5, 191. *umbra Erebi* Virg. Aen. 4, 26 et 404.) — c) metaph. pro: *adumbratio*, *Schattenriss*, ubi opp. τῷ εἰκόνι vel imagini perfectae vel σώματι [cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. b. p. 435 sq.] Col. 2, 17. Hebr. 8, 5. — οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων 10, 1. (Similiter Cicer. de offic. 3. c. 17. „Nos veri iuris *solidam et expressam effigiem* nullam tenemus, *umbra et imaginibus* utimur.“)

Σκιρτάω, ῶ, f. ήσω, *exsulto*. [Paus. 4, 32. 2. Hdian. 4, 11. 5.] Ter in N. T. sq. ἐν c. dat. loci, ita de foetu in utero matris se movente Luc. 1, 41. 44. — c. χαίρειν Luc. 6, 23. χάρητε — καὶ σκιρτήσατε.

Σκληροκαρδία, ας, ἡ, (σκληρός durus, καρδία) *durities*, τῆς καρδίας i. e. vel: *animi durities et asperitas* = *pervicacia* Matth. 19, 8. Marc. 10, 5. — vel: *mentis durities* i. e. *ingenium durum et intractabile*, *ingenii tarditas* Marc. 16, 14. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 726 sq. — pro עָרְלַת לֵבָב Deut. 10, 16. Ier. 4, 4. (Sir. 16, 10.)

Σκληρός, ά, όν, *durus* (a σκλῆναι inf. a. 2. verbi σκέλλω arefacio, durum facio; propr. i. e. tactui non cedens Xen. Mem. 3, 10. 1.) metaph. a) *severus*, *immitis*, ut ἄνθρωπος Matth. 25, 24. (Aristotel. Eth. 4, 8. Plut. de Alex. virtut. s. fortun. l. c. 5 fin. Athen. 2. p. 55. F.) — b) *vehemens*, ut ἄνεμος Iac. 3, 4. (οἱ ο' Prov. 27, 16. Ael. V. H. 9, 14. Arrian. Exped. Alex. M. 1, 26. 3. 2, 6. 3. Xen. An. 4, 8. 26.) — c) *molestus*, *ingratus*, *offendens*, ut ὁ λόγος Ioh. 6, 60. — Iud. v. 15. — pro קָשֶׁה Gen. 42, 7. 30. (Pol. 4, 21. 1. Cebet. Tab. c. 7. Xen. Mem. 2, 1. 10.) — d) *noxius*, *detrimentum afferens*. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν Act. [9, 5. vid. de h. l. lect. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Meyer*, *de Wette*.] 26, 14. (Pol. 4, 21. 5.) Saepius non extat in N. T.

Σκληρότης, τητος, ἡ, (σκληρός) *durities*, τῆς καρδίας i. e. *pervicacia*, *Verstocktheit*. Extat tantum Rom. 2, 5. Ita pro קְשִׁי Deut. 9, 27.

Σκληροτράχηλος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σκληρός, τράχηλος cervix) *duram cervicem habens* metaph. *pertinax*, *refractarius*, *hartnäckig*. Semel in N. T. Act. 7, 51. — pro קְשֵׁה־עֹרֶף Deut. 9, 6. 13. coll. Prov. 29, 1.

Σκληρύνω, f. υνῶ, a. 1. ἐσκλήρυνα (vid. τοὺς ο' 2 Regg. 2, 10. — σκληρός durus) *durum facio*, sq. accus. metaph. *pervicacem facio aliquem*. σκληρύνομαι, *durus* i. e. *pervicax reddor*. Quinquies in N. T. sq. accus. Act. 19, 9. Hebr. 3, 8. 13. 15. 4, 7. de horum l. coniunct. aor. 1. act. vid. *Fritzsche* Commentat. de Augustan. Confess. usu p. 24. — Rom. 9, 18. οὓς δὲ θέλει [scil. σκληρύνειν], σκληρύνει. Cf. ad h. l. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 323 — 325. — pro הִקְשָׁה Exod. 7, 3. הִקְשִׁיחַ Ies. 63, 17. (Sir. 30, 11.)

Σκολιός, ά, όν, *tortuosus*, *pravus*, de via τὰ σκολιά Luc. 3, 5. — pro עָקֹב Ies. 40, 4. (Sap. 13, 23. Ios. de bell. iud. 3, 6. 2.) — metaph. de personis = vel: *perversus*, ita γενεὰ σ. Act. 2, 40. Phil. 2, 15. — pro דּוֹר עִקֵּשׁ Deut. 32, 5. (Dem. 423, 3.) — vel: *difficilis* i. e. *morosus*, ita de heris 1 Petr. 2, 18. Saepius non legitur in N. T.

Σκόλοψ, οπος, ὁ, (omne, quod acutum est) *sudes* [Xen. An. 5, 2. 5. Hom. Iliad. 7, 441.] pro: *dolor acutus*. [cf. Artem. 3, 33. ἄκανθαι καὶ σκόλοπες ὀδύνας σημαίνει διὰ τὸ ὀξύ.] Semel 2 Cor. 12, 7. ἐδόθη μοι σκόλοψ. Qui dolor num oriundus fuerit a conscientia malorum, cultoribus Iesu olim a se inflictorum, an a morbo, quo laboraret Paulus, non liquet.

Σκοπέω, ῶ, f. ήσω, (σκοπός speculator) *speculor*, *intentis oculis specto* [propr. Xen. An. 5, 1. 9.] *attendo* a) sensu malo = *caveo* sq. μή Luc. 11, 35. σκόπει οὖν, μὴ — σκότος ἐστί. De quo indicat. post μή vid. μή p. 318 col. 2 fin. — τινά *caveo mihi ab aliquo* Rom. 16, 17. Gal. 6, 1. σκοπῶν σεαυτόν [de attractione subiecti vid. ἀποδείκνυμι et de transitu a plurali ad singul. διακρίνω] μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς, cf. de h. l. coniunct. μή l. l. (Xen. de mag. equit. 7, 15.) — b) sensu bono: *attendo ad aliquem*, *intueor aliquem* i. e. *rationem habeo*, *respicio* 2 Cor. 4, 18. Phil. 2, 4. 3, 17. (2 Macc. 4, 5. Xen. Cyr. 1, 6. 8. Thuc. 6, 12.) — Saepius non legitur in N. T.

Σκοπός, οῦ, ὁ, (speculator, Schauer) *scopus*, *meta*, *das in der Ferne aufgesteckte Ziel*. Extat tantum Phil. 3, 14. κατὰ σκοπὸν διώκω. — pro מַטָּרָה Iob. 16, 12. (Diod. Sic. 4, 16. Hdian. 6, 7. 18. Xen. Cyr. 1, 6. 29.)

Σκορπίζω, f. ίσω, *dissipo*, passiv. σκορπίζομαι, a. 1. p. ἐσκορπίσθην, *dissipor* [vox serioris aevi vid. *Win.* p. 24. 86. *Lob.* ad Phryn. p. 218.] Quinquies in N. T. a) propr. sq. accus. Ioh. 10, 12. — de personis huc illuc abeuntibus sq. εἰς c. accus. loci Ioh. 16, 32. — pro הֵפִיץ 2 Sam. 22, 15. Ps. 18, 14. (Ios. Ant. 6, 6. 3. Plut. vit. Timoleont. c. 4. ἐσκορπίσθησαν φοβηθέντες. Strabo 4, p. 4. et 6. Ael. V. H. 13, 46. Artemid. 1, 56. Lucian. Asin. 32. 1 Macc. 6, 54.) — b) *dilapidandi* sens. ubi opp. τῷ συνάγειν Matth. 12, 30. Luc. 11, 23. — c) imagine a satore semina spargente depromta: ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησιν *disseminavit*, *dedit pauperibus* = *satori longe lateque semina spargenti similis dedit pauperibus* 2 Cor. 9, 9. quo l. quo pertineat ἐσκόρπισεν vv. sequentibus explicatur. Ita pro פִּזַּר Ps. 112, 9 coll. Prov. 11, 24. ubi pro פִּזֵּר habetur σπείρειν.

Σκορπίος, ου, ὁ, *scorpius* vel *scorpio*, nomen insecti, cancro admodum similis, quod in locis calidioribus sub lapidibus imprimis parietum latet et caudae, instructae vesicula continente succum venenatum, acumine pungens ita vulnerat, ut nisi opportune medela adhibeatur, repentina mors sequatur. Est autem, qui in N. T. commemoratur scorpio, e genere afrorum. Quinquies in N. T. Luc. 10, 19. 11, 12. Apoc. 9, 3. 5. 10. — pro עַקְרָב Deut. 8, 15. (Ael. H. Anim. 10, 23. Sir. 26, 7.) Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Scorpion*.

Σκοτεινός, ή, όν, (a σκότος) *tenebricosus*, *obscurus*. Ter in N. T. Matth. 6, 23. Luc. 11, 34. 36. — pro אֲפֵלָה Prov. 4, 19. חֹשֶׁךְ Iob. 10, 21. (Cebet. Tab. c. 10. Xen. Mem. 3, 10. 1.)

Σκοτία, ας, ἡ, *tenebrae*, *caligo* a) propr. Ioh. 6, 17. 20, 1. — περιπατεῖν ἐν τῇ σ. Ioh. 12, 35. — pro חֲשֵׁכָה Mich. 3, 6. אֹפֶל Iob. 38, 3. (Eurip. Phoeniss. v. 346.) — εἰπεῖν vel λέγειν τι ἐν τῇ σκοτίᾳ [propr. in loco tenebricoso] *da, wo man von Niemandem bemerkt wird* = *im stillen und vertrauten Kreise* Matth. 10, 27. Luc. 12, 3. — b) tropice pro: *inscitia*, *vitiositas cum miseria ex utraque oriunda* [cf. *Harless* ep. P. ad Eph. p. 98 sq. *Fritzsche* Ev. Matth p. 184.] ita in formulis: εἶναι ἐν τῇ σκοτίᾳ, μένειν ἐν τῇ σκοτίᾳ, περιπατεῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ Ioh. 8, 12. 12, 35. 46. 1 Ioh. 2, 9. 11. — 1 Ioh. 1, 5. σκοτία ἐν αὐτῷ sc. τῷ θεῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. 1 Ioh. 2, 8. ἡ σκοτία παράγεται. Ita חֹשֶׁךְ Iob. 37, 17. — metonym. et collective = οἱ ἐσκοτισμένοι vel πάντες οἱ ἐν τῇ σ. ὄντες Ioh. 1, 15 bis. — Saepius non legitur in N. T.

Σκοτίζω, f. ίσω, (σκότος) *tenebras offundo*, *obscuro*; σκοτίζομαι, *tenebris offundor*, *obscuror*. Octies in N. T. a) de astris, ut ὁ ἥλιος Matth. 24, 29. Marc. 13, 24. Luc. 23, 45 et Apoc. 9, 2. — Apoc. 8, 12. — pro חָשַׁךְ Iob. 3, 9. Cohel. 12, 2. (Pol. 12, 15. 10.) — b) metaph. de mente vel animo Rom. 11, 10. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, τοῦ μὴ βλέπειν. Rom. 1, 21. ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Eph. 4, 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ Cf. de hoc dat. sub ἀγαλλιάω monita.

Σκότος, ου, ὁ, [de qua forma magis attica, quam τὸ σκότος vid. *Win.* p. 24. 64. *Passow* sub hoc voc. et *Porson.* ad Eur. Hecub. v. 825.] *tenebrae*, *caligo*. Legitur

tantum Hebr. 12, 18. quo l. si iungitur c. vocab. eiusdem potestatis vid. sub ἀγαλλιάω monita. — (Soph. Antig. 592. Eurip. Hecub. 1 et 835. Eurip. Phoen. 1540. Paus. 4, 8. 3.) —

Σκότος, εος, ους, τό, *tenebrae, caligo* a) propr., universe Matth. 27, 45. Marc. 15, 33. Luc. 23, 44. Act. 2, 20. 1 Cor. 4, 5. τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους *tenebris abscondita, das im Finstern Verborgene.* Cf. de genit. sub αἷμα notata. — 2 Cor. 4, 6. coll. Gen. 1, 3. — ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους *tenebrarum* = *caliginis nocturnae potestas* Luc. 22, 53. αὕτη — ἐστιν — ἡ ἐξουσία τ. σ. i. e. *caligo nocturna est, quae hanc vobis suppeditat potestatem vel caliginem nocturnam aptam iudicastis facinori tam atroci.* Ita pro חֹשֶׁךְ Gen. 1, 2. 4. 5. 18. (Ael. V. H. 3, 18. Pausan. 4, 18. 4.) — de loco tenebricoso ἐκβάλλειν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον Matth. 8, 12. 22, 13. 25, 30. genit. τοῦ σκότους additur substantivo synonymo, ut intendat [cf. sub οἰκτιρμός notata] ζόφος τοῦ σκότους i. e. *caligo densissima*, ita de orco 2 Petr. 2, 17 et Iud. v. 13. — de caligine oculos coeci tegente Act. 13, 11. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος. (Eurip. Phoen. 388.) — b) metaph. pro: *inscitia, vitiositas* [vid. σκοτία] Ioh. 3, 19. Act. 26, 18. Rom. 2, 19. — 13, 12 et Eph. 5, 11. ἔργα τοῦ σκότους i. e. *facta*, quae parit τὸ σ. i. e. *facta flagitiosa.* 2 Cor. 6, 14. Eph. 5, 11. — τὸ σ. τοῦτο i. e. τὸ σκότος *quod nunc est, inscitia et vitiositas huius aevi* 6, 12. — Col. 1, 13. quo l. ἡ ἐξουσία τοῦ σ. opponitur ἡ βασιλεία τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης τ. θεοῦ. — 1 Petr. 2, 9. 1 Thess. 5, 4. 5. 1 Ioh. 1, 6. — Eodem sensu dicuntur οἱ ἐν σκότει καθήμενοι Matth. 4, 16 et Luc. 1, 79 coll. Ps. 107, 10. — adde Matth. 6, 23. Luc. 11, 35. (de inscitia Xen. Cyr. 2, 1. 25. Dem. 281, 1. et ὁ σκότος Xen. Cyr. 8, 7. 23.) — metonym. de hominibus inscitia et vitiositate laborantibus Eph. 5, 8. — Saepius non legitur in N. T.

Σκοτόω, ῶ, f. ώσω, (σκότος) *tenebris offundo*, τὴν βασιλείαν τινός, trop. pro *devasto regnum alicuius*, ita semel in N. T. Apoc. 16, 10. (Sir. 25, 17.)

Σκύβαλον, ου, τό, [vocab. medicum significans excrementa duriora Ael. de nat. anim. 5, 9. Artem. 5, 81.] *stercus.* Semel Phil. 3, 8. ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι = *pro stercore habeo, vilissimorum instar excrementorum esse duco* i. e. *vilissima esse duco.* (Sir. 27, 4. Ios. de bell. iud. 5, 13. 7 fin.)

Σκύθης, ου, ὁ, *Scytha.* Uti Scythia regio erat latissima magnam Europae et Asiae partem complectens, ita a nationibus antiquitatis cultioribus Scythae habebantur inter barbaros pro maxime barbaris. Extat tantum Col. 3, 11. (Aeschin. 50, 20.)

Σκυθρωπός, οῦ, ὁ, ἡ, — όν, τό, (σκυθρός torvus, ὤψ) *qui est vultu tristi et tetrico.* Bis in N. T. Matth. 6, 16. Luc. 24, 17. (Sir. 25, 24. Ios. Ant. 19, 3. 3. Hdian. 1, 6. 10. Xen. Mem. 2, 7. 12.)

Σκύλλω, (σκῦλον, quod vid. propr. cutem detraho; distorqueo, lacero Aeschyl. Pers. 577.) *vexo, molestias creo;* passiv. *σκύλλομαι vexor, male habeor;* medium: *mihi ipsi molestiam creo.* Quater in N. T. sq. accus. ut τὸν διδάσκαλον Marc. 5, 35. Luc. 8, 9. — passiv. ἐσκυλμένος *vexatus* i. e. *miser* [vid. de perf. statum durantem indicante sub ἀγαπάω monita] Matth. 9, 36. — medium Luc. 7, 6. — (de hominibus, qui itinere fatigantur Hdian. 4, 13. 8. 7, 3. 9.)

Σκῦλον, ου, τό, (pellis detracta) *exuviae hosti detractae, spolium.* Extat tantum Luc. 11, 22. — (Diod. Sic. 4, 11. Hdian. 8, 4. 28.)

Σκωληκόβρωτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σκώληξ vermis, βιβρώσκω comedo) *a vermibus consumtus.* Extat tantum Act. 12, 23. quo loco, collato cum Ios. Ant. 19, 8. intelligitur, Herodem torminibus alvi, profectis a vermibus, confectum esse.

Σκώληξ, ηκος, ὁ, *vermis.* Ter in N. T. Marc. 9, 44. 46. 48. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Desumta sunt haec verba e Ies. 46, 24. et uti h. l. tanta esse dicitur occisorum multitudo, ut per tempora longissima vermibus suppetat largissima comedendi materia neque unquam exstinguantur ignes cadaveribus et ossibus comburendis inservientes, ita apud Marcum eadem verba descriptioni miseriae serviunt perpetuum duraturae. Eadem imago legitur Iudith. 16, 15. Sir. 7, 17. Cf. ad locum Iesaiae *Gesen.* in Comment. T. 2. p. 314. coll. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 395. — σκώληξ pro תּוֹלַעַת Deut. 28, 31. (Dioscorid. 1. c. 106. Hom. Iliad. 13, 654.)

Σμαράγδινος, ίνη, ινον, (a σμάραγδος) *smaragdinus, e smaragdo factus.* Semel in N. T. Apoc. 4, 3.

Σμάραγδος, ου, ὁ, *Smaragdus*, nomen gemmae, virore maxime insignis. Extat tantum Apoc. 21, 19. — οἱ ο' pro בָּרֶקֶת Ezech. 28, 13. Exod. 28, 17.

Σμύρνα, ης, ἡ, *myrrha*, ita dicitur succus albus, odore et sapore maxime aromaticus, nunc sponte emanans nunc arte extractus ex arbore arabica. Utebantur hoc succo veteres in unguentis et odoramentis. Cf. Cantic. 3, 6. 5, 5. Ios. 19, 39. item Discorid. 1, 78. Theophr. H. Plant. 9, 3 et 4. Diod. Sic. 2, 49. Plin. H. N. 12, 15. — οἱ ο' pro מֹר Ps. 45, 9. Bis in N. T. Matth. 2, 11. Ioh. 19, 39.

Σμύρνα, ης, ἡ, *Smyrna*, nom. propr. urbis ionicae, sitae ad mare, portu instructae, 320 stadiis ab Epheso distantis, mercatura, navigatione et artibus florentis et magnum Iudaeorum numerum habentis, hodie *Ismir.* Apoc. 1, 14. 2, 8. (Herodot. 1. c. 143. Vellei. Paterc. 1, c. 4.) Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Smyrna.*

Σμυρναῖος, α, ον, *Smyrnaeus, ad Smyrnam pertinens*, ita textus vulg. Apoc. 2, 8.

Σμυρνίζω, f. ίσω, (vocab. Marco proprium cf. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 685 coll. p. 673. — σμύρνα, myrrha) *myrrha condio*, ut οἶνον, ita semel in N. T. Marc. 15, 23. Solebant enim Romani hominibus supplicio afficiendis, quominus sentirent mortis dolores, porrigere vinum herbis temulentiam procreantibus mixtum. Iesus vero, qui doloris sensu et rationis usu privari nolebat, sed animo potius forti fatum subeundum esse sibi existimabat, vino leviter degustato calicem epotare recusabat.

Σόδομα, ων, τά, [de quo plur. vid. ἄζυμος] *Sodoma, orum*, vel *Sodoma, ae*, hebr. סְדֹם, nom. propr. unius ex quatuor urbibus, sitis olim in valle amoenissima et fertilissima Siddim, cuius locum nunc expiet mare mortuum seu lacus Asphaltites Matth. 10, 15. 11, 23. 24. [Marc. 6, 11.] Luc. 10, 12. 17, 29. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. Iud. v. 7. Apoc. 11, 8. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub h. v.

Σολομῶν, ῶνος [de qua huius nominis flectendi ratione praeferenda vulgatae in ῶντος cf. *Win.* p. 65.] ὁ, *Salomon*, hebr. שְׁלֹמֹה, nom. propr. regis Israelitarum tertii, quem fuisse constat filium et successorem Davidis et celebratum tum ob sapientiam, qua excellebat, tum ob templum auspiciis eius exstructum Hierosolymis Matth. 1, 6. 7. 6, 29. 12, 42. al.

Σορός, οῦ, ἡ, (loculus, sandapila, etiam urna recondendis ossibus inserviens Hdian. 4, 8. 21. Aeschin. 20, 34. 21, 29.) *lectulus, arca retecta, qua mortui apud Iudaeos efferebantur.* Semel in N. T. Luc. 7, 14. — pro אָרוֹן Gen. 50, 26.

Σός, ή, όν, *tuus, a, um;* τὸ σόν, *tuum;* οἱ σοί, *tui*, i. e. *cognati tui* Matth. 7, 3. 22. 13, 27. 20, 14. 24, 3. 25, 25. Marc. 2, 18. 5, 19. Luc. 5, 33. 6, 30. 15, 31. 22, 42. Ioh. 4, 42. 17, 6. 9. 10. 17. 18, 35. Act. 5, 4. 24, 3. 4. 1 Cor. 8, 11. 14, 16. Philem. v. 14. (Hdian. 2, 1. 18. Xen. Cyr. 2, 1. 2.) Saepius non legitur in N. T.

Σουδάριον, ίου, τό, *sudarium* i. e. *linteum, quo sudor faciei detergitur.* Vox origine latina. Quater in N. T. Luc. 19, 20. Ioh. 11, 44. 20, 7. Act. 19, 12.

Σουσάννα, ης, ἡ, *Susanna*, hebr. שׁוֹשַׁנָּה nomen propr. mulieris Luc. 8, 3.

Σοφία, ας, ἡ, 1) *sapientia* i. e. a) *eruditio, scientia, cognitio, Kenntniss, Einsicht* aa) universe Apoc. 13, 18. 17, 9. οἱ ο' ita pro חָכְמָה Prov. 1, 2. (Xen. Mem. 2, 3. 10. 4, 6. 7.) — sq. genit. personae, quae gaudet τῇ σοφίᾳ Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. Act. 7, 22. — bb) *cognitio rerum, quae altioris sunt* vel *esse putantur indaginis*, ita de speciosa magis quam vera Iudaeorum sapientia Col. 2, 23. — vel de *doctrina* Graecis Apostolorum aetate ma-

xime probata, quae, cum a veri rectique studio magis abduceret, quam adiuvaret illud, ratione habita operis per Christum peracti, cum contemtu a Paulo commemoratur, addito *σαρκικὴ* 2 Cor. 1, 12. — sq. genit. personae, cui probatur *σοφία* illa, ut *ἀνθρώπων* 1 Cor. 2, 5. *τοῦ κόσμου τούτου, τοῦ αἰῶνος τούτου* = *hominibus huius seculi perversi* 1 Cor. 1, 20. 2, 6. 3, 19. *τῶν σοφῶν* 1 Cor. 1, 19. — absolute, ut *διὰ τῆς σοφίας* 1 Cor. 1, 21. Vide *διά* p. 97 col. 2 init. — *λόγοι σοφίας Weisheitsworte* i. e. verba, quae suppeditat *ἡ σοφία* 1 Cor. 2, 4. 13. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 66 sq. — c) *rerum divinarum cognitio*, ita de sapientia, qua excelluit Iesus Matth. 13, 54. Marc. 6, 2. Luc. 2, 40. 52. — metonym. 1 Cor. 1, 30. — vel quae fuit in Paulo Apostolo et quam docendo et scribendo exposuit 2 Petr. 3, 15. — *λόγος σοφίας facultas instituendi de rebus divinis* vel *facultas cognitione rerum div. alios imbuendi* 1 Cor. 12, 8. — iungitur c. *ἀποκάλυψις, γνῶσις, σύνεσις, φρόνησις* Eph. 1, 8. 17. Col. 1, 9. 2, 3. — 1 Cor. 2, 6. *σοφίαν — λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις* i. e. *λόγον λαλοῦμεν, ἥτις σοφία ἐστιν ἐν τοῖς τ. doctrinam exponimus, iudicio τῶν τελείων verae sapientiae nomine dignam.* — additur *θεοῦ* v. 7. — d) *rerum divinarum cognitio cum vitae sanctitate coniuncta* Col. 4, 5. Iac. 1, 5. 13. 15. 17. — metonym. pro: *homo, in quo est ἡ σοφία* = *οἱ σοφοί* Matth. 11, 19. Luc. 7, 35. Cf. de vocab. חָכְמָה apud Hebr. notione et significatione *Eichhorn* Einleit. in d. A. T. Vol. 1. §. 262. Einleit. in die apokryph. Bücher d. A. T. p. 86 sqq. *Ziegler* excurs. 3. ad Proverb. Salom. p. 357. *Umbreit* Commentar. in Proverb. Salom. p. III sqq. *Grimm* Commentar über das Buch der Weisheit p. XIII sqq.

2) *rei alicuius tractandae solertia et peritia, prudentia in aliqua re tractanda* Act. 6, 3. — *ἐν πάσῃ σοφίᾳ* = *adhibenda summa prudentia* Col. 1, 28. 3, 16. — in dicendo vel instituendo, ut *λόγου* 1 Cor. 1, 17. — Luc. 21, 5. Act. 7, 10.

3) *τοῦ θεοῦ summa Dei cognitio coniuncta cum summa in consiliis capiendis et exsequendis sapientia* Rom. 11, 33. 1 Cor. 1, 21. 24. Eph. 3, 10. — Apoc. 5, 12. 7, 12. — *ἡ σοφία τοῦ θεοῦ* Luc. 11, 49. ad quem l. vid. sub voc. *θέλημα* ad Luc. 23, 25. observata et *Harless* ep. P. ad Eph. p. 60. — Saepius non extat in N. T.

Σοφίζω, f. *ίσω*, (*σοφός*) 1) *sapientem reddo, instituo*, sq. accus. 2 Tim. 3, 15. — ita Hiphil *τοῦ* חָכַם Ps. 19, 8. (Sir. 38, 24. Hesiod. *ἔργ.* 649. 660.) — 2) *σοφίζομαι*, depon. passiv. [vid. *Passow* sub h. v.] *excogitor, callide excogitor* 2 Petr. 1, 16. (Dem. 853, 5.)

Σοφός, *ή*, *όν*, *sapiens* i. e. a) *peritus, a, um*, ut *ἀρχιτέκτων* 1 Cor. 3, 10. — Ita חָכָם Ies. 3, 3. (Ael. V. H. 14, 37. Lucian. D. D. 20, 1. Aeschin. dial. Socr. 1, 1.) — b) *doctus, eruditus, verständig, einsichtsvoll* 1 Cor. 6, 5. — iungitur c. *συνετός* Matth. 11, 25. Luc. 10, 21. opponitur *ἀνόητος* Rom. 1, 14. — sq. *εἴς τι* [vid. *εἰς* p. 144 col. 1 fin.] Rom. 16, 19. — Ita pro חָכָם Gen. 41, 8. (Ael. V. H. 8, 6. Hdian. 1, 2. 7. Xen. Mem. 1, 6. 11.) — ratione habita doctrinae apud Graecos maxime laudatae Rom. 1, 22. 1 Cor. 1, 19. 20. 25. quo l. per comparationis brevitatem [vid. sub *αὐτός* p. 63 col. 1. ad Marc. 4, 36. notata.] — v. 26. 27. 3, 18 — 20. — de hominibus cum recti cognitione vitae sanctitatem iungentibus Eph. 5, 15. iunct. c. *ἐπιστήμων* Iac. 3, 13. Cf. quae de hebr. חָכְמָה sub voc. *σοφία* observata leguntur. — c) sensu philosophico: *sapiens*, i. e. *qui in consiliis optimis exsequendis optima utitur ratione*. Rom. 16 vel 14, 27. 1 Tim. 1, 17. Iud. v. 25. — — Saepius non extat in N. T.

Σπανία, *ας*, *ἡ*, *Hispania*, regio Europae latissima, cuius nomine apud Veteres comprehenduntur, quae nobis dicuntur Hispania et Lusitania, *die ganze pyrenäische Halbinsel*; subiecta haec terra fuit Pauli tempore Romanis multosque habuit Iudaeos. Rom. 15, 24 et 28. (Strabo 3, c. 2.)

Σπαράσσω, *ττω*, f. *ξω*, *distorqueo*. Quater in N. T. de malis geniis distorquentibus obsessorum membra, *τινά* Marc. 1, 26. 9, 20. *καὶ ἰδὼν — ἐσπάραξεν αὐτόν* constructione mutata pro: *ἰδὼν* [scil. *ὁ παῖς*] *ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐσπαράσσετο*. Cf. *Win*. p. 492. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 368. — v. 26. Luc. 9, 39. (Diod. Sic. 5, 30. Plut. de gen. Socr. c. 22. Lucian. iudic. vocal. §. 11.)

Σπαργανόω, *ῶ*, f. *ώσω*, (*σπάργανον fascia; cunabulum* Hdian. 1, 5. 14.) *fasciis involvo*, sq. accus., ita bis in N. T. Luc. 2, 7. 12. — pro חֻתַּל Ezech. 16, 4. (Plut. quaest. rom. c. 5.)

Σπαταλάω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*σπατάλη* luxus, cibus delicatus) *luxui deditus sum, luxuriose vivo*. Bis in N. T. 1 Tim. 5, 6. Iac. 5, 5. (Sir. 21, 15. add. Anthol. gr. T. 3. p. 22. ed. *Iacobs*.)

Σπάω, *ῶ*, f. *άσω*, *traho* [Xen. de re eq. 7, 1.]; med. *σπάομαι*, *ῶμαι*. *μάχαιραν* i. e. *stringo gladium meum* [vid. de accus. *ἕλκω*], ita bis in N. T. Marc. 14, 47. Act. 16, 27. — pro שָׁלַף Num. 22, 23. (Diod. Sic. 3, 17. Plut. vit. Marii c. 14. Hdot. 3, 29.)

Σπεῖρα, etiam *σπείρα*, *ας*, *ἡ*, (funis contortus, spira Diod. Sic. 3, 36. de genit. ion. *σπείρης*, obvio Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1. ut Arrian. tactic. p. 73. *ὅστις καὶ τῆς σπείρης τῆς ἰταλικῆς ἄρχει*, vid. *Buttm*. §. 32. IV. gram. max. §. 34, not. 14. *Matth*. §. 68, not. 5. *Fischer* ad Weller. Vol. 1. p. 359. *Win*. p. 61.) *manipulus, caterva militum*. Septies in N. T. de cohorte romana Matth. 27, 27. Marc. 15, 16. Ioh. 18, 3. 12. Act. 10, 1. 21, 31. 27, 1. (de caterva militum Iudith. 14, 11. 2 Macc. 8, 23. Pol. 11, 23. 1.)

Σπείρω, f. *σπερῶ*, *sero, sementem facio*, a) propr., absolute Matth. 6, 26. 13, 3. 4 bis. v. 18. Marc. 4, 3. 4. 14. Luc. 8, 5. 12, 24. 2 Cor. 9, 10. (Ael. V. H. 3, 18. Xen. Mem. 2, 1. 13.) — sq. accus. seminis Matth. 13, 24. 25. 27. 37. 39. Marc. 4, 32. Luc. 8, 5. 1 Cor. 15, 36. 37. (Xen. Oec. 14, 5.) — additur nunc *εἰς* c. accus. loci Matth. 13, 22. Marc. 4, 18. — nunc *ἐν* c. dat. loci Matth. 13, 31. nunc *ἐπί* c. *genit*. loci Marc. 4, 31. vel c. *accus*. loci Matth. 13, 20. 23. Marc. 4, 16. 20. — nunc *παρά* c. acc. loci Matth. 13, 19. — b) in locutt. proverbialibus Matth. 25, 24. 26. Luc. 19, 21. 22. — *ἄλλος — θερίζων* Ioh. 4. 37. Vide *θερίζω*. — *ὁ σπείρων — θερίσει* 2 Cor. 9, 6. Vid. *θερίζω*. — *ὃ γὰρ — θερίσει* Gal. 6, 7. Vide *θερίζω*. (Eadem formula legitur Prov. 12, 8. Aristot. Rhet. 3, 3. Aeschyl. Pers. v. 822. Callim. hym. in Cerer. 18, 8. Cicer. de orat. 2, 65.) — c) formulae tropicae, ut: *σπείρειν τὸν λόγον doctrinae semina spargere* vel *iacere* i. e. *doctrinam exponere, doctrinae cognitione alios imbuere* Marc. 4, 14. 18. — *ἐν τῇ καρδίᾳ τινός* [per attr. pro: *εἰς τὴν καρδίαν τινός*] Matth. 13, 19. Marc. 4, 15. (ita *σπείρειν τὸν λόγον ἔν τινι* iungitur c. *κηρύσσειν* Euseb. H. E. 1, 13.) — *καρπὸν δικαιοσύνης σπείρειν* i. e. *σπείρειν σπέρμα δικαιοσύνης καρπὸν φέρον δικαιοσύνης virtutis semina serere promittentia fructus et commoda virtutis* Iac. 3, 18. de h. l. verbis *σπείρεται τοῖς — εἰρήνην* pro: *ὑπὸ τῶν ποιούντων εἰρήνην* vid. *ἀγνοέω*. — Cf. *Pott* ad h. l. — — d) metaph. *σπείρειν τινί τι* pro: *μεταδιδόναι τινί τι* 1 Cor. 9, 11. — *σπείρειν sementum facere*, *εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ* = *εἰς τὸν ἀγρὸν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ* pro: *vitam instituere ita, ut τῇ σαρκί σου indulgeas* Gal. 6, 8. *εἰς τὸ πνεῦμα* = *εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ π. ita, ut sequaris τὸ πνεῦμα* Ibid. Vid. *εἰς* p. 140 col. 2. — e) refertur *serendi* notio ad sepulturam vel ad corpus, quod terrae seminis instar mandatur 1 Cor. 15, 42 — 44. Saepius non legitur in N. T.

Σπεκουλάτωρ, *ορος*, *ὁ*, *spiculator*, alii: *speculator*, vocabulum origine latinum, ductum a spiculo; dicebantur autem spiculatores satellites regii a spiculo, quod gestabant, hinc Graecis: *δορυφόροι* Xen. Cyr. 8, 5. 2. Pol. 32, 23. 6. Horum satellitum inter alia erat, supplicia sumere a reis eosque decollare. Ita Marc. 6, 27. (Seneca de benefic. 3, 25. idem de ira 1, 16. Iul. Firmic. 8, 26. Sueton. Claud. c. 35.)

Σπένδω, f. *σπείσω*, [spargo, sprengen, sprützen, hinc:] *libo, ich weihe* [Xen. Cyr. 7, 1. 1. Hdian. 5, 5. 12. *ἐπὶ τῇ θυσίᾳ* victimae caesae libamentum superaddo Arrian. exped. Alex. M. 6, 19. 11.] passiv. *σπένδομαι*, *libor* i. e. *sanguis meus libatur* pro: *totus absumor, vires et vitam impendo*. Bis in N. T. seq. *ἐπί τινι* [vid. *λειτουργία* et *ἐπί* p. 187 col. 2.] Phil. 2, 17. — absol. 2 Tim. 4, 6. (vires libare Liv. 21, 29.) —

Σπέρμα, *τος*, *τό*, (*σπείρω* sero) 1) *semen* a) propr. Matth. 13, 24. 27. 32. 37. 38. Marc. 4, 31. 1 Cor. 15, 38.

2 Cor. 9, 10. οἱ ο' pro זֶרַע Gen. 1, 11. (Diod. Sic. 1, 36. Ael. V. H. 9, 25. Xen. Oec. 17, 10.) — de semine virili Hebr. 11, 11. Ita οἱ ο' et hebr. זֶרַע Levit. 15, 16. 18. (Marc. Anton. 4, 36.) — b) trop. τοῦ θεοῦ, circumscriptio spiritus divini, cuius ope et auxilio reddimur υἱοὶ vel τέκνα τοῦ θεοῦ, vel nanciscimur τὴν υἱοθεσίαν, ita, ut fiducia pleni optima quaevis a Deo possimus sperare, ad obsequium quippe praestandum ei semper parati 1 Ioh. 3, 9. cf. *Lücke* 3. p. 164 sq. — 2) ex hebr. dicendi ratione [vid. *Win.* p. 31.] *posteri alicuius, soboles, progenies* Matth. 22, 24. 25. Marc. 12, 19 — 22. Luc. 1, 55. 20, 28. Ioh. 7, 42. 8, 33. 37. Act. 3, 25. 7, 5. 6. 13, 23. Rom. 1, 3. 4, 13. — v. 16. σπέρμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου i. e. *posteri legem habentes*; σπέρμα τὸ ἐκ τῆς πίστεως = *posteri fidem habentes*, v. 18. Vide ἐκ p. 150 col. 1 fin. — Rom. 9, 7. 8. 11, 1. 2 Cor. 11, 22. Gal. 3, 16 ter, ad quem loc. cf. *Win.* Pauli ad Galat. epist. p. 53. — 3, 19. 29. 2 Tim. 2, 8. Hebr. 2, 16. 11, 18. Apoc. 12, 17. Ita pro זֶרַע Gen. 4, 25. 9, 9. (Thuc. 5, 16. Sophocl. Elect. 1508.) — 3) *pauci superstites* [qui seminum instar ad sementem servatorum, unde nova messis expectatur, superstites sunt] Rom. 9, 29. εἰ μὴ κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα. Desumta sunt haec verba ex Ies. 1, 9. ubi pro hebr. שָׂרִיד habetur: σπέρμα. Cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 352 sq. — (Ios. Ant. 11, 5. 3. Platon. Timaeus p. 1044.) Saepius non extat in N. T.

Σπερμολόγος, ου, ὁ, (a σπέρμα et λέγω colligo; grana legens, ita de avibus Artemid. 2, 20. unde cornix, grana legens, Saatkrähe) tropice: *nugator*. Semel in N. T. Act. 17, 18. — (Ita Athen. 8, 344 C. Dem. 269, 19. et σπερμολογεῖν Philostr. vit. Appollon. 5, 20.)

Σπεύδω, f. σπεύσω, (impello, incito; intrans.) 1) *festino, propero*, sq. infin. Act. 20, 16. ἔσπευδε γὰρ — γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. (Diod. Sic. 1, 66. Hdian. 5, 5. 1. Xen. Mem. 4, 3. 1.) — particip. σπεύσας, etiam ἔσπευσε interveniente καὶ iunctum c. alio verbo, ita legitur, ut conveniat c. adverbio: *celeriter* Luc. 2, 16. 19, 5. 6. Ita pro מַהֵר Gen. 24, 46. — Act. 22, 18. — Ita pro מהר Gen. 18, 6. 19, 22. — 2) transit. *summo studio tracto aliquid* [Pol. 3, 62. 2. Thuc. 6, 39.] τὴν παρουσίαν τινός = *vehementer expeto, magnopere desidero* 2 Petr. 3, 12. (Hdot. 7, 53.) Cf. de accus. *Matth.* §. 423.

Σπήλαιον, ου, τό, (σπέος, specus) *spelunca*. Sexies in N. T. Matth. 21, 13. Marc. 11, 17. Luc. 19, 46. Ioh. 11, 38. Hebr. 11, 38. Apoc. 6, 15. — pro מְעָרָה Gen. 19, 30. (Lucian. Dial. Deorr. 4, 2. Ael. V. H. 12, 39.)

Σπιλάς, άδος, ἡ, *scopulus* [marinus, propr. Diod. Sic. 3, 43. Pol. 1, 37. 2.] trop. de personis = *auctor* vel *causa perniciei*, ita semel in N. T. Iud. v. 12. οὗτοί εἰσιν οἱ] ita codd. vid. *Griesb.*, *Schott*, probante *Fritzschio* Ev. Marc. p. 798 sq.] ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν [ὄντες] σπιλάδες *hi sunt, qui vestris epulis intersunt* s c o p u l i als Klippen. De duplici nominat., uno subiecti, altero praedicati vid. sub αἴρω notata et de syntaxi verborum οἱ — σπιλάδες *Fritzsche* l. l. *Herm.* ad Vig. p. 932. coll. *Win.* p. 135 sq.

Σπῖλος, ου, ὁ, [vox serioris aevi cf. Phryn. p. 28 ed. *Lob.*] *macula, sordes* [Ios. Ant. 13, 11. 3. Dion. Hal. Ant. 4, 24. Plut. Symp. libr. 3. quaest. 10. c. 3.] sensu morali, ita bis in N. T. Eph. 5, 27. 2 Petr. 2, 13.

Σπιλόω, ῶ, f. ώσω, (σπίλος quod v. coll. *Lobeck* ad Phryn. p. 28.) *inquino, contamino*. Bis in N. T. sq. accus. Iac. 3, 6. Iud. v. 23. (Dion. Hal. Ant. 9, 6. Heliodor. 10, 15. Sap. 15, 4.)

Σπλαγχνίζομαι, f. ίσομαι, dep. passiv. (σπλάγχνα quod vid.) *miseret me alicuius, misereor, misericordia commoveor*. Decies ter: Matth. 20, 34. Marc. 1, 41. Luc. 10, 33. 15, 20. (Symm. Deut. 13, 8. incert. 1 Sam. 23, 21.) — sq. ἐπί c. dat. [vid. ἐπί p. 187 col. 2.] Matth. 14, 14. Marc. 6, 34. Luc. 7, 13. — c. accus. [vid. ἐπί p. 190 col. 1.] Matth. 14, 14. Marc. 8, 2. 9, 22. Luc. 7, 13. — sq. περί τινος [vid. περί] Matth. 9, 36. — sq. *genit.* simplici [cf. *Matth.* §. 368, a. *Win.* p. 200.] Matth. 18, 27.

Σπλάγχνον, ου, τό et plur. σπλάγχνα, ων, τά, 1) *viscera*, v. c. cor, pulmo, iecur etc. a) propr. Act. 1, 18. ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. (2 Macc. 9, 5. Pausan. 4, 13. 1. Ael. V. H. 12, 31. Hom. Od. 3, 9.) — b) pro: *interiora alicuius, das Innere Jem.* i. e. *animus*, quatenus est sedes affectuum, amoris, benevolentiae, misericordiae 1 Ioh. 3, 17. Philem. v. 7. 2 Cor. 6, 12. Ita pro רַחֲמִים Prov. 12, 10. (Sir. 30, 7. Dion. Hal. Ant. 11. p. 176. Aristoph. Ran. v. 1006.) — 2) ex Hebraeorum dicendi ratione [vid. *Win.* p. 31. 34.] de affectu tenero, quo moventur viscera = *amor, misericordia* a) propr. 2 Cor. 7, 15. Phil. 1, 8. 2, 1. — addito genit. vocis synonymae, ut ἐλέους [vid. sub οἰκτιρμός notata] Luc. 1, 78. οἰκτιρμοῦ Col. 3, 12. — Ita רַחֲמִים Deut. 13, 17. — b) τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, item μοῦ τὰ σπλάγχνα = Lat. *pectora mea* i. e. *quem amore complector*. Philem. v. 12. 20. (Artem. 1, 44. 5, 57. Philostr. Vit. Sophist. 2, c. 3.) Saepius non legitur in N. T.

Σπόγγος, ου, ὁ, *spongia*. Ter in N. T. Matth. 27, 48. Marc. 15, 36. Ioh. 19, 29. (Hom. Od. 1, 111. Dioscorid. 5, c. 138. Alciphron. 1. ep. 2.) Cf. Gregor. Corinth. p. 148. ed. *Schäfer*.)

Σποδός, οῦ, ὁ, (a σβέννυμι, ut videtur, ductum, cf. *Passow* 2. p. 940.) *cinis*. Ter in N. T. Hebr. 9, 13. (Sir. 10, 9. Dioscor. 5, 135. Hom. Od. 9, 375.) — ratione habita moris Orientalium, quo lugentes cinere caput conspergerent [vid. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Trauer*] Matth. 11, 21 et Luc. 10, 13. —

Σπορά, ᾶς, ἡ, (σπείρω, sero; satio οἱ ο' 2 Regg. 19, 29.) *semen*. Extat tantum 1 Petr. 2, 23.

Σπόριμος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σπείρω sero; qui seminari solet Xen. H. G. 3, 2. 7 et 8.) *consitus*, τὰ σπόριμα, *agri consiti, segetes, sata*. Ter in N. T. Matth. 12, 1. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1. (Diod. Sic. 1, 36. Dion. Hal. Ant. 6, 27.)

Σπόρος, ου, ὁ, (σπείρω, sero; satio, das Säen Xen. Oec. 7, 20.) *semen*. Quinquies in N. T. Marc. 4, 26. 27. Luc. 8, 5. 11. — semini comparantur beneficia ab aliquo distributa 2 Cor. 9, 10. — pro זֶרַע Levit. 26, 5. Deut. 11, 10.

Σπουδάζω, f. άσω, [de forma futuri σπουδάσω 2 Petr. 1, 15. pro σπουδάσομαι, quam habent melioris indolis scriptores cf. *Buttm.* §. 100. gram. max. §. 113, not. 9. *Rost* §. 82. *Win.* p. 84. *Heindorf* ad Platon. Phaedr. Addend. p. 209. — a σπουδή quod v.] 1) *festino, propero*, sq. inf. obiecti nota [vid. αἰτέω]. Ita infin. aor. 2 Tim. 4, 9. 21. Tit. 3, 12. (Iudith. 13, 12.) — 2) ex affinitate notionis festinandi cum studii notione [ich beeile mich, ich beeifere mich, ich bin hinter etwas drein] = *operam do, studeo, curo*, [cf. *Bleeck* ep. ad Hebr. 2. a. p. 553 sq.] sq. infin. obiecti nota. Ita inf. praes. [vid. ἀδύνατος] Eph. 4, 3. 2 Petr. 1, 10. — secum habet infin. accus. subiecti [vid. ἀντιλέγω] 2 Petr. 1, 15. — (Diod. Sic. 1, 58. Xen. apol. Socr. §. 22.) — seq. inf. aor. vel praecedente praeterito [vid. βούλομαι] Gal. 2, 10. 1 Thess. 2, 17. — vel quod agitur de re certo eventura [vid. αἰτέω] 2 Tim. 2, 15. Hebr. 4, 11. — additur infinit. idem subiectum habenti nominativus [vid. δοκέω] 2 Petr. 3, 14. — Saepius non extat in N. T.

Σπουδαῖος, α, ον, (festinans, gravis, serius Xen. Cyr. 2, 2. 16.) *diligens, studiosus, rei agendae peritus*. Quater in N. T. 2 Cor. 8, 22. — Comparat. [qui si ponitur sine comparatione vid. ἀκριβής] σπουδαιότερος v. 17. 22. Neutr. σπουδαιότερον [adverbialiter — vid. ἀκριβής] — ζητεῖν τινα 2 Tim. 1, 17. (Diod. Sic. 1, 51. Xen. Mem. 4, 2. 2.)

Σπουδαιότερος, v. σπουδαῖος.

Σπουδαιοτέρως, v. σπουδαίως.

Σπουδαίως, adv. 1) *festinanter*, comparat. σπουδαιοτέρως Phil. 2, 28. quo l. = *celerius* scil. quam ceteroquin factum foret i. e. *maiore cum celeritate*. Vid. ἀκριβής. — 2) *studiose, sedulo, enixe* Luc. 7, 11. Tit. 3, 13. (Ael. V. H. 2, 2. Xen. Cyr. 1, 3. 8.) — Saepius non habetur in N. T.

Σπουδή, ῆς, ἡ, 1) *festinatio, die Eile, die Hast*, μετὰ σπουδῆς Marc. 6, 25. Luc. 1, 39. Vide μετά p. 312 col. 1 fin. — pro חִפָּזוֹן Exod. 12, 11. (Pol. 1, 27. 9. Hdian. 3, 4. 1. Xen. Cyr. 2, 4. 2.) — 2) *studium, opera*, [vid. σπουδάζω no. 2.] σπουδὴν ποιεῖσθαι, *operam dare* Iud. v. 3. —

σ. παρεισφέρειν operam conferre 2 Petr. 1, 5. — *ἐν σπουδῇ* = *σπουδαίως* Rom. 12, 8. Vid. *ἐν* p. 168 col. 2. — *τῇ σ. νηροί* v. 11. Vid. *ὀκνηρός*. — 2 Cor. 7, 11. 8, 8. (Diod. Sic. 1, 84. Ios. Ant. 20, 9. 2. Xen. Symp. 1, 6.) — sq. genit. pers. — sq. *ὑπέρ τινος* = *für Jemanden* 2 Cor. 7, 12. 8, 16. (sq. *πρός τινα* Ios. Ant. 12, 3. 3. 13, 4. 2. — *περί τι*, Diod. Sic. 1, 81. Hdian. 1, 13. 15. Pol. 1, 46. 2.) Saepius non legitur in N. T.

Σπυρίς, *ίδος*, *ἡ*, (a *σπεῖρα*, spira, alles Gewundene oder Geflochtene) *sporta, canistrum, corbis*. Quinquies in N. T. Matth. 15, 37. de h. l. apposit. *ἑπτὰ σπ.* vid. *βασιλεία* et *Fritzsche* Ev. Matth. p. 497. — 16, 10. Marc. 8, 8. ad quem l. vid. *περίσσευμα*. — v. 20. Act. 9, 25. (Artemid. 2, 59. Alciphron. 3, ep. 56. Hdot. 5, 19.)

Στάδιος, *ου*, *ὁ*, et *στάδιον*, *ου*, *τό*, (*ἵστημι*) *stadium*, dicitur ita a) mensura longitudinis viae, eine feststehende, bestimmte Länge, i. e. *mensura longitudinis DC passuum graecorum vel CXXV passuum romanorum*, cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Stadium*. — Forma *στάδιος* legitur certe Luc. 24, 13. Ioh. 6, 19. De h. l. accus. cum quaeritur: *wie weit?* vid. *ἀγγαρεύω*. — Apoc. 21, 16. — Ioh. 11, 18. Apoc. 14, 20. (*ὁ στάδιος* Pol. 2, 14. 9. 2, 16. 4 et 10. Xen. Cyr. 7, 1. 5. An. 1, 4. 4. Thuc. 4, 3. Hdot. 1, 31. — *τὸ στάδιον* Pol. 3, 17. 2. 3, 42. 7. Ael. V. H. 10, 4. Xen. An. 1, 4. 1. Mem. 1, 4. 17. Hdot. 2, 149.) — b) *stadium, Rennbahn* [cf. *Win.* bibl. Realw. l. l.] i. e. *locus, in quo solemnia certamina apud Graecos habebantur et cursu, lucta, cestu, gladio certabatur et praemia vincentibus proponebantur* 1 Cor. 9, 24. *οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες*. (Pol. 18, 29. 4. Ael. V. H. 2, 8.)

Στάμνος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, (vas liquidorum, vino maxime conservando inserviens Dem. 933, 25.) *urceus, diota*. Extat tantum Hebr. 9, 4. *στάμνος χρυσῆ*. — pro צִנְצֶנֶת Exod. 16, 33. Veterum grammaticorum de hoc vocab. iudicia vide apud *Lob.* ad Phryn. p. 400.

Στασιαστής, *οῦ*, *ὁ*, (*στάσις*, *στασιάζω*) *seditionis auctor, perturbator civitatis*. Ita semel Marc. 15, 7. de h. l. lectione *στασιαστῶν* praeferenda lectioni *συστασιαστῶν* vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 673. *Griesb.* ed. *Schulz*, *Meyer*, *de Wette*, *Schott*.

Στάσις, *εως*, *ἡ*, (*ἵστημι* colloco; statio i. e. *τὸ* stare) 1) *statio*, *ἔχειν στάσιν stare* pro: *vigere, vim et potestatem habere* i. e. *Bestand haben, bestehen* Hebr. 9, 8. *ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν*. (Pol. 5, 5. 3.) — 2) *seditio*, a) propr. i. e. *Aufruhr, Aufstand* Marc. 15, 7. Luc. 23, 19. 25. Act. 19, 40. — (Diod. Sic. 11, 34. Hdian. 3, 10. 1. Pol. 1, 71. 1.) — b) *controversiae* vel *dissidii*, *contentionis* sens. Act. 23, 7. 10. 24, 5. de h. l. dativo incommodi *πᾶσι τοῖς ἰουδαίοις* vid. *ἄγω*. — iunct. c. *ζήτησις* Act. 15, 2. — pro רִיב Prov. 17, 14. (Pol. 6, 44. 6.) Saepius non legitur in N. T.

Στατήρ, *ῆρος*, *ὁ*, (*ἵστημι*, sisto, colloco, appendo; pondus, Gewicht) *Stater*, nummi genus; dicitur in N. T. de statere argenteo, aequante quatuor drachmas atticas vel duas drachmas alexandrinas vel siclum Iudaeorum = dimidium imperialem. Extat tantum Matth. 17, 27. (Ael. V. H. 12, 1. Xen. H. G. 5, 2. 21.)

Σταυρός, *οῦ*, *ὁ*, (palus i. q. *σκόλοψ* Hom. Iliad. 24, 453.) *crux, das Kreuz* a) univ. Matth. 27, 40. 42. Marc. 15, 30. 32. Ioh. 19, 17. 19. 29. 31. *θάνατος σταυροῦ Kreuzestod, mors quam patitur aliquis cruci affixus, Tod am Kreuz* [de quo genit. vid. *αἷμα* fin.] Phil. 2, 8. — Col. 1, 20. *διὰ τοῦ — αὐτοῦ* i. e. *per eius sanguinem in cruce effusum*, de quo genit. usu vid. *αἷμα* p. 10 col. 1. — Col. 2, 14. vid. de h. l. sub *προσηλόω* notata. Hebr. 12, 2. *ὑπέμεινεν σταυρὸν crucem sustinuit* i. e. *mortem non solum sustinuit, sed mortis genus longe ignominiosissimum, crucis* scil. *supplicium*. Cf. quae habet de voc. *σταυρός* sine articulo posito *Böhme* ep. ad Hebr. p. 651. et de crucis supplicio Iudaeis civitate libera inusitato, apud ipsos Romanos crudelissimo neque nisi in servis nequissimis et hominibus scelestissimis adhiberi solito *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Kreuzigung*. (Diod. Sic. 2, 18. Artemid. 2, 53.) — *αἴρειν, φέρειν, βαστάζειν τὸν σταυρόν τινος*, *crucem alicuius sublatam portare*, ita sensu nunc proprio Matth. 27, 30. Marc. 15, 21. Luc. 23, 26. Cum his locis cf. Artemid. 2, 56. ut intelligas, eos, quibus supplicium crucis sustinendum erat, antequam affigerentur, coactos esse, crucem per plateas ad supplicii locum perferre. — nunc pro: *perferre calamitates, quae ingruunt* vel *paratus sum ad gravissima supplicia, imminentia mihi, perferenda* Matth. 16, 24. Marc. 8, 34. 10, 21. Luc. 9, 23. 14, 27. Vid. *αἴρω*. — *λαμβάνω τ. σ. μου* pro: *submitto me calamitatibus mihi ingruentibus* [cf. de formularum *αἴρειν* et *λαμβάνειν τὸν σ. α.* sub *αἴρω* no. 2. notata] Matth. 10, 38. — b) *ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ crux Christi*, i. e. *crucis supplicium, quo sustinendo Christus ex Dei voluntate extitit integritatis* [*δικαιοσύνης θεοῦ* coll. Rom. 1, 17. 2 Cor. 5, 21. Vid. *δικαιοσύνη* p. 109 col. 2.] *Deo placentis auctor*. In cruce enim, inquit *Calvinus*, tota redemtio et eius partes continentur. Cf. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 137. *Meyer* ep. P. ad Gal. p. 185. 212. 213. *de Wette* ep. P. ad Gal. p. 15. — 1 Cor. 1, 17. Gal. 6, 12. de h. l. dat. *τῷ σ. τ. χ.* causali vid. *ἁμαρτία*. — v. 14. Phil. 3, 18. — abest genit. *τοῦ χριστοῦ* vel *τοῦ κυρίου* e contextu facile cognoscendus Gal. 5, 11. *τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ* i. e. *offensio, quae est in eo, quod docemus, a fide in Christo crucifixo posita pendere τὴν δικαιοσύνην τ. θ.* — 1 Cor. 1, 18. — Saepius non legitur in N. T.

Σταυρόω, *ῶ*, f. *ώσω*, (*σταυρός*, palus; palum terrae infigo) *cruci affigo*, sq. acc. pers. a) propr. Matth. 20, 19. 23, 34. 26, 2. 27, 22. 23. 26. 31. 35. 28, 5. Marc. 15, 13 — 15. 21. 24. 25. 16, 6. Luc. 23, 21. 23. 33. Ioh. 19, 6. 10. 15. 16. 23. de h. l. aor. vim plusqpfecti habente vid. *ἀλείφω*. — v. 41. Act. 2, 36. 4, 10. 1 Cor. 1, 23. 2, 2. 8. 2 Cor. 13, 4. Gal. 3, 1. vid. de h. l. *ἐν* p. 170 col. 1 fin. — Apoc. 11, 8. *οἱ ο'* pro תָּלָה Esth. 7, 10. (Artemid. 2, 53 et 56. Diod. Sic. 16, 61. Pol. 1, 86. 4.) — *μετά τινος* Ioh. 19, 18. — *σύν τινι* Matth. 27, 38. Marc. 15, 27. — *ὑπέρ τινος* 1 Cor. 1, 13. — b) metaph. ut *τὴν σάρκα*, *penitus exstirpo* vel *omnem indolis pravae vim frango* Gal. 5, 24. vid. ad h. l. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 128. *Meyer* ep. P. ad Gal. p. 195 sq. — *ἐσταύρωμαί τινι crucifixus sum alicui, ich bin für etwas, für Jemanden* [i. e. *in Bezug auf etwas, auf Jem.* vid. *θανατόω*, *νεκρός*] *gekreuzigt*, fere i. q. *ἀπέθανόν τινι* sed fortius neque sine ratione habita praecedentis *ὁ σταυρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰ. χ.* Gal. 6, 14. *ἐμοὶ κόσμος — τῷ κόσμῳ* i. e. *nulla prorsus mihi cum κόσμῳ et τῷ κόσμῳ mecum est communio, es findet keine innere Lebensgemeinschaft mehr zwischen mir und der Welt statt.* Cf. *Win.* l. l. p. 137. *Meyer* l. l. p. 213. et quae ibi habentur de scriptoribus sacris ita sententias reciproce exprimentibus, ut totam notionis alicuius amplitudinem comprehendant. Saepius non extat in N. T.

Σταφυλή, *ῆς*, *ἡ*, *uva*. Ter in N. T. Matth. 7, 16. Luc. 6, 44. Apoc. 14, 18. — pro עֵנָב Gen. 40, 10. 11. (Diod. Sic. 4, 5. Xen. Oec. 19, 29.)

Στάχυς, *υος*, *ὁ*, *spica*. Quater in N. T. ut *τίλλειν τοὺς στάχυας* Matth. 12, 1. Marc. 2, 23. Luc. 6, 1. — Marc. 4, 28. — pro שִׁבֹּלֶת Gen. 41, 5. 6. מְלִילָה Deut. 23, 26. קָמָה Iudd. 15, 5. (Anthol. gr. epigr. Meleagr. 1. v. 34. p. 2. ed. *Iacobs*. Eurip. Hecub. v. 597.)

Στάχυς, *υος*, *ὁ*, *Stachys*, nomen propr. viri Rom. 16, 9. obvii.

Στέγη, *ης*, *ἡ*, (*στέγω*, tego) *tectum*. Ter in N. T. Marc. 2, 4. *εἰσέρχεσθαι ὑπὸ τὴν στέγην τινός* [vid. *εἰσέρχομαι* p. 146 col. 2.] Matth. 8, 8. Luc. 7, 6. — pro מִכְסֶה Gen. 8, 13. (Diod. Sic. 19, 8. Xen. Cyr. 6, 1. 14.)

Στέγω, f. *ξω*, 1) *tego* [propr. Ael. V. H. 9, 18.] i. e. *occulto* 1 Cor. 13, 7. amor *πάντα στέγει*? (Sir. 8, 17. Pol. 4, 8. 2.) — 2) *sustineo* i. e. *aushalten, ertragen*, 1 Cor. 9, 12. *πάντα στέγομεν*. 13, 7. — *μηκέτι στέγοντες*, *μηκέτι στέγων* 1 Thess. 3, 1. 5. de horum l. participp. resolvendis per: *cum, quoniam* vid. *ἀγανακτέω*. (Diod. Sic. 3, 22. 11, 32. Pol. 3, 53. 2.) Saepius non extat in N. T.

Στεῖρος, *α*, *ον*, (*στερός*, *στεῤῥός*, *στερεός*, rigidus; durus) *sobolis procreandae impar, sterilis*. Quater de feminis Luc. 1, 7. 36. 23, 29. Gal. 4, 27. — pro עֲקָרָה Gen. 11, 30. (Hom. Od. 20, 186.)

Στέλλω, f. *στελῶ* (colloco, ordino, ut *ἑτάρους* Hom. Il. 4, 294. mitto, sq. acc. pers. et *εἰς* c. acc. loci Plut. Pericl. c. 11. Hdot. 1, 165. contraho, ut *τὰ ἱστία* Hom. Od. 3, 11. Il. 1, 433.) *subtraho, ich ziehe zurück* [*ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν*

καὶ ὑπερέχειν — στέλλουσα Philo de legg. special. p. 772.]; passivum: στέλλομαι significatione reflexiva [vid. ἀγνίζω], *ich ziehe mich zurück, ich gehe aus dem Wege, vermeide.* Bis in N. T. sq. ἀπό τινος i. e. *subtraho me consuetudini alicuius* [vid. ἀπό p. 43 col. 2.] 2 Thess. 3, 6. (Pol. 8, 22. 4.) — sq. μή ante se habente accus. τοῦτο, quo praeparantur sequentia 2 Cor. 8, 20. στελλόμενοι τοῦτο [i. e. *dem Umstande aus dem Wege gehend* = *qua re cavemus*] μή τις ἡμᾶς μωμήσηται *ne quis nos reprehendat.*

Στέμμα, τος, τό, (στέφω redimio, corono) *vitta, infula.* Extat tantum Act. 14, 13. — (Pol. 16, 33. 5. Hom. Iliad. 1, 28.)

Στεναγμός, οῦ, ὁ, (στενάζω quod v.) *gemitus, suspirium.* Bis in N. T. ut miserorum Act. 7, 34. vel tacite precantium Rom. 8, 26. — pro אֲנָחָה Iob. 3, 24. אֶנְקָה Exod. 2, 24. (Eurip. Phoen. 1054. Aeschin. Dial. Socr. 3, 3.)

Στενάζω, f. ξω, (στενός) *gemo, ingemisco.* Sexies in N. T. ut de miseris vel aerumnosis, ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν *inter nos* [vid. ἐν p. 165 col. 2.] *ingemiscimus* Rom. 8, 23. — ἐν τούτῳ sc. τῷ σκήνει 2 Cor. 5, 2. — v. 4. Hebr. 13, 17. — pro נָאַנְחָה Ezech. 26, 15. נֶאֶנְחוּ Ies. 24, 7. — de tacite precantibus Marc. 7, 34. — sq. κατά τινος Iac. 5, 9.

Στενός, ή, όν, *angustus, arctus.* Ter in N. T. Matth. 7, 13. 14. Luc. 13, 24. (Cebet. Tab. c. 10. Hdian. 5, 4. 22. Xen. Mem. 3, 5. 25.)

Στενοχωρέω, ῶ, f. ήσω, *ango* i. e. *coarcto, in angustias redigo* [Diod. Sic. 20, 29. Hdian. 7, 9. 18.]; passiv. **στενοχωρέομαι**, οῦμαι, *in angustias redigor*, metaphor. a) *angor, ich ängstige mich, anxietate laboro* 2 Cor. 4, 8. — b) = *angustus mihi locus est* aa) *ich fühle mich beengt* vel ἔν τινι i. e. *in animo alicuius* [vid. ἐν p. 170 col. 2.] i. e. *parum ab aliquo amor,* uti etiam nostrates: *einen kleinen Platz in dem Herzen Jemandes einnehmen* 2 Cor. 6, 12. — vel ἐν τοῖς σπλάγχνοις μου = ἐν ἐμοί i. e. *ich habe nur ein kleines Plätzchen für Jemanden in meinem Herzen* = *parum amo aliquem* 2 Cor. 6, 12. Cf. *Fritzsche* diss. 2. p. 108 sqq. et *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 129.

Στενοχωρία, ας, ἡ, (στενοχωρέω quod vid.) *angustia* [propr. de loco Thuc. 4, 26. Diod. Sic. 18, 42.] metaph. = *Drangsal, calamitas.* Quater in N. T. iunctum legitur c. θλῖψις et similibus, ut *summae miseriae* notio exhauriatur [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 106. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 57.] Rom. 2, 9. 8, 35. 2 Cor. 6, 4. 12, 10. — pro צוּקָה Ies. 8, 22. (Sir. 10, 26. 1 Macc. 2, 53. Ael. V. H. 2, 41. Artemid. 1, 79. 2, 37. 3, 14. Pol. 1, 67. 1.)

Στερεός, ά, όν, (ἵστημι, colloco, sisto; rigidus, starr) *firmus, fest,* ut θεμέλιος 2 Tim. 2, 19. — τῇ πίστει [de quo dat. vid. ἀγαλλιάω] 1 Petr. 5, 9. (Ael. V. H. 5, 8. Hom. Od. 19, 494.) — τροφή i. e. *cibus solidus*, opp. γαλά Hebr. 5, 12. 14. (Diod. Sic. 2, 4. Arrian. diss. epict. 2, 16.) Saepius non legitur in N. T.

Στερεόω, ῶ, f. ώσω, (στερεός quod v.) *firmum reddo, confirmo, roboro.* Ter in N. T. seq. accus. a) de personis *physice* i. e. corpus quod attinet, roboratis vel confirmatis, ut τὰς βάσεις, τὰ σφυρά τινος Act. 3, 7. — τινά v. 16. coll. v. 7. — b) de personis *fide* confirmatis Act. 16, 5. de h. l. dat. τῇ πίστει vid. ἀγαλλιάω. (Diod. Sic. 1, 7. Xen. Cyr. 8, 8. 8.)

Στερέωμα, τος, τό, (στερεόω, quod v. quod firmatum est, firmamentum, ut coeli Sir. 43, 1.) *firmitas, constantia.* Extat tantum Col. 2, 5. τὸ στερέωμα τῆς εἰς χριστὸν πίστεως.

Στεφανᾶς, ᾶ, [de qua gen. forma vid. ἀγρίππας] ὁ, *Stephanas*, nom. propr. viri christiani 1 Cor. 1, 16. 16, 15. 16.

Στέφανος, ου, ὁ, *Stephanus*, nom. propr. unius ex diaconis primaevae ecclesiae et lapidati a Iudaeis Act. 6, 5. 8. 9. 7, 59. 8, 2. 11, 19. 22, 20.

Στέφανος, ου, ὁ, (στέφω cingo; τὸ cingere, τὸ coronare) *corona, Kranz, Krone.* Octies decies in N. T. a) propr., sq. genit. materiae, ut ἀστέρων δώδεκα Apoc. 12, 1. — quatenus est insigne regiae vel summae potestatis [vid. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *König*] Matth. 27, 29. Marc. 15, 17. Ioh. 19, 2. 5. Apoc. 4, 4. 10. 6, 2. 9, 7. 14, 14. οἱ σ' pro עֲטָרָה Esth. 8, 15. (2 Macc. 14, 4. Ael. V. H. 11, 4. Hdian. 5, 3. 12.) — quatenus praemii loco victoribus in certaminibus solemnibus tribuebatur 1 Cor. 9, 25. (Ael. V. H. 9, 31. Cebet. Tab. c. 21. Xen. Cyr. 8, 5. 4 et 17.) — b) ex metonymia signi pro re signata = *ornamentum, decus* [Diod. Sic. 13, 15. Eur. Troas v. 400.] ita de ornamentis et praemiis in vita futura pios Dei et Iesu cultores manentibus 2 Tim. 4, 8. ὁ τῆς δικαιοσύνης σ. — ὁ στέφ. τῆς ζωῆς Iac. 1, 12. Apoc. 2, 10. vid. ζωή p. 221 col. 2. — sq. genit. personae et absque verbis τῆς ζωῆς cogitatione addendis Apoc. 3, 11. ὁ ἀμαράντινος τῆς δόξης [vid. δόξα p. 113 col. 1. init.] στέφανος 1 Petr. 5, 4. — de personis, quae ornamento sunt alicui vel gloriam, gaudium alicui conciliantibus Phil. 4, 1. 1 Thess. 2, 19. — pro עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת Prov. 16, 31. (Philostr. vit. Soph. 1, 21. 2.)

Στεφανόω, ῶ, f. ώσω, (στέφανος) *corono, ich bekränze, kröne.* Ter in N. T. sq. accus. a) propr. 2 Tim. 2, 5. — (Ael. V. H. 3, 1. Cebet. Tab. c. 21. Xen. Ages. 2, 11. 6, 3.) — b) metaph. δόξῃ καὶ τιμῇ = *orno aliquem honore et dignitate* Hebr. 2, 7. 9. — pro עִטֵּר Ps. 8, 5. (Diod. Sic. 20, 84.) Saepius non legitur in N. T.

Στῆθος, εος, ους, τό, *pectus.* Quinquies in N. T. Luc. 18, 13. 23, 48. Ioh. 13, 25. 21, 10. Apoc. 15, 6. — pro חֲדִי Dan. 2, 32. (Diod. Sic. 4, 30. Xen. Venat. 4, 1.)

Στήκω, (ab ἕστηκα, perf. verbi ἵστημι — Graecis melioris notae incognitum esse hoc voc. docet *Buttm.* §. 95, b. 2, 2*. gram. max. §. 111, not. 1*. §. 114. p. 158. not. *. *Win.* p. 25.) *sto, ich stehe* a) propr., ut προσευχόμενος Marc. 11, 25. ad quem l. vid. ἵστημι ad Matth. 6, 5. notata. — b) ita, ut status, quo quis iam est, continuationem indicet = *persto, persisto* 2 Thess. 2, 15. addito dat. commodi [de quo vid. ἄγω], ut τῇ ἐλευθερίᾳ Gal. 5, 1. Cf. de h. l. lect. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Winer*, *Meyer*. — sq. ἐν c. dat. status vel conditionis [vid. ἐν p. 168 col. 1.], ut ἐν πίστει 1 Cor. 16, 13. ἐν ἑνὶ πνεύματι Phil. 1, 27. — sq. ἐν c. dat. personae, in cuius societate perstat aliquis [vid. ἐν p. 171 col. 1. init.] Phil. 4, 1. 1 Thess. 3, 8. — c) adiuncta notione erecti: *erectus sto, ich halte mich aufrecht, non vacillo, non cado,* metaph. *non pecco,* i. e. *recte ago,* [opp. πίπτω, cado, metaph. pecco, vid. πίπτω p. 400 col. 2 init.] sq. dat. pers. i. e. *für Jemanden*, ut τῷ ἰδίῳ κυρίῳ i. e. *„der eigene Herr, Gott, kein Anderer ist dabei interessirt, ich mag stehen* oder *fallen"* Rom. 14, 4. cf. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 292. — Saepius non extat in N. T.

Στηριγμός, οῦ, ὁ, (στηρίζω quod v. propr. τὸ stabilire, τὸ firmare) *firmus status, firma statio* [ut astrorum Diod. Sic. 1, 81.] de firmo animi statu vel de firma persuasione, ita semel in N. T. 2 Petr. 3, 17.

Στηρίζω, f. ίξω, a. 1. ἐστήριξα [item ἐστήρισα, ita in codd. a futuro στηρίσω Luc. 22, 32. Apoc. 3, 2. cf. *Griesb.* coll. *Schott*, *Knapp*, *Meyer*, *Theile*, *de Wette*. — vid. *Buttm.* §. 83, not. 1. gram. max. §. 92, not. 5. *Matth.* §. 176. *Win.* p. 84.] 1) *firmiter statuo;* **στηρίζομαι**, *firmiter statuor* vel *collocor*, perf. passiv. **ἐστήριγμαι**, *firmiter sto, ich stehe fest* [de perfecto statum durantem indicante vid. ἀγαπάω] sq. accus. rei, ut χάσμα Luc. 16, 26. — τὸ πρόσωπόν μου, ex hebr. dicendi ratione [vid. *Win.* p. 34.] *firmiter converto faciem meam* vel *vultum meum* Luc. 9, 51. τὸ — ἱερουσαλήμ = τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξεν εἰς ἱερουσαλήμ, τοῦ πορεύεσθαι εἰς αὐτήν. Ita pro שׂוּם פָּנִים Ier. 21, 20. Cf. sub πρόσωπον ad h. l. adnotata. — 2) metaph. *firmum et constantem reddo, confirmo animum alicuius* Luc. 22, 32. στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. Rom. 1, 11. 14 vel 16, 25. 1 Thess. 3, 2. 2 Thess. 3, 3. Iac. 5, 8. 2 Petr. 1, 12. Apoc. 3, 2. — optativus [de quo vid. ἁγιάζω, ἀποδίδωμι] legitur 2 Thess. 2, 17. 1 Petr. 5, 10. de h. l. lectione fluctuante inter στηρίξαι et στηρίξει cf. *Schott*, *Knapp*, *Griesb.* et *Fritzsche* diss. 2. p. 88. item p. 81—83. *Win.* p. 305. — τὶ ἄμεμπτον [vid. ἄμεμπτος] 1 Thess. 3, 13. Saepius non habetur in N. T.

Στιβάς, άδος, ἡ, (στίβω, stipo; medium: eo, incedo; stramentum e frondibus teneris, foliis, straminibus, graminibus factum) *frons, ramus.* Semel in N. T. Marc. 11, 8. Praeferendam esse lectionem στιβάδας, non στοιβάδας vel

στιβάδας, docuit *Fritzsche* Ev. Marc. p. 474 coll. *Meyer*, *Scholl*, *de Wette*. (στιβάς Aristoph. Plut. v. 541. Xen. Cyr. 5, 2. 15. Pol. 5, 48. 4. Ael. V. H. 9, 24. Diod. Sic. 16, 58 et 79.)

Στίγμα, τος, τό, (στίζω, pungo, notam inuro, ut militibus, servis, hominibus facinorosis, quo facilius cognoscantur Ael. V. H. 2, 19. Diod. Sic. 4, 80. cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Maalzeichen*) *nota*, *Maalzeichen*. Semel in N. T. τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἰησοῦ *notae domini Iesu causa inustae*, i. e. *vulnera Iesu causa inflicta*, vel *notae, quae in corpore remanserant a periculis et calamitatibus propter causam Christi perlatis*, ut a vinculis, carceribus, flagellis Gal. 6, 17. coll. 2 Cor. 11, 23 — 25. Cf. *Win.* ep. P. ad Gal. p. 139. *Meyer* ep. P. ad Gal. p. 216 sq. —

Στιγμή, ῆς, ἡ, (στίζω pungo) *punctum*, στιγμὴ χρόνου, *punctum temporis* i. e. *spatium temporis brevissimum*; ita semel Luc. 4, 5. (Plut. de pueror. educ. c. 17. Anthol. gr. T. I. p. 172. ed. *Iacobs.* coll. Terent. Phorm. 1, 4. 7.)

Στίλβω, *splendeo*, *luceo*. Legitur tantum Marc. 9, 3. — (1 Macc. 6, 39. Pol. 11, 9. 4. Platon. Phaedon. c. 89. ed. *Fischer*. Hom. Iliad. 3, 392.)

Στοά, ᾶς, ἡ, (ab ἵστημι, colloco; columna) *porticus* i. e. *locus tectus et columnis instructus*, sub qua a tempestatis iniuria et solis aestu tuti ambulabant veteres, *ein bedeckter Säulengang*. Ioh. 5, 2. — στοὰ σολομῶντος, *porticus Salomonis* Ioh. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12. Illaesa cum mansisset haec porticus in templi devastatione babylonica, rex Agrippa induci non potuit, ut opus hoc, vetustate venerabile, demoliretur. Ad orientem quod spectabat Ios. Arch. 20, 9. 7. ἀνατολική appellabatur. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Tempel*.

Στοιβάς, άδος, ἡ, vid. στιβάς.

Στοιχεῖον, ου, τό, (deminut. a στοῖχος ordo; elementum, ut orationis i. e. littera, vel quatenus primam ex litteris originem sumit vox omnis Dion. Hal. de compos. verbb. p. 154. ed. *Schäfer*, vel, quatenus enuntiatur Pol. 10, 45. 7.) *elementum* a) de elementis universitatis rerum, *Grundstoff*, ut στοιχεῖα καυσούμενα 2 Petr. 3, 10. 12. (Hdian. 8, 1. 12. Lucian. parasit. §. 11. — „Stoicis constans opinio est, quod consumto humore mundus hic omnis ignescat et Epicuraeis de elementorum conflagratione et mundi ruina eadem ipsa sententia est.“ Minuc. Felix 34, 2. „Sidera sideribus incurrent et omni flagrante materia, uno igne, quicquid nunc ex disposito lucet, ardebit.“ Seneca de consolat. ad Marciam 26. Cf. Menagius ad Diog. Laërt. 6, §. 102.) — b) *institutio prima* vel *elementaris*, *prima artis et disciplinae rudimenta* Hebr. 5, 12. τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς [i. e. *elementa a quibus fit initium* i. e. *elementa prima*] τῶν λογίων τοῦ θεοῦ. (Plut. de puer. educ. c. 16. Xen. Mem. 2, 1. 1.) — *imperfectionis* notione adiuncta, de disciplina iudaica et gentili antegressa religionem christianam Gal. 4, 3. 9. Col. 2, 8. 20. Saepius non legitur in N. T.

Στοιχέω, ῶ, f. ήσω, (στοῖχος ordo; ordine procedo Xen. Cyr. 6, 3. 34.) 1) *incedo*, *ich gehe einher*, a) sq. dat. loci vel rei notionem loci includentis [cf. *Matth.* §. 406. *Rost* §. 106, 1. e. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 225 sq.] ut τοῖς ἴχνεσίν τινος [ita βαίνω Plut. vit. Solon. c. 30.] *vestigiis alicuius ingredi*, metaph. pro: *imitari aliquem* vel *aliquid* Rom. 4, 12. cf. *Fritzsche* l. l. — 2) ex hebr. dicendi ratione metaphorica [vid. περιπατέω no. 2.], *vitam instituo*, seq. dat. normae [vid. ἀλήθεια] vel *commodi* [vid. *Fritzsche* l. l.] vel pendente a notione *obsequendi* [vid. περιπατέω no. 2.], ut πνεύματι Gal. 5, 25. τῷ κανόνι τούτῳ 6, 16. τῷ αὐτῷ κανόνι Phil. 3, 16. quo l. infinitivum alii [vid. *Win.* p. 305. *Hölem.* ep. P. ad Philipp. p. 295.] in adhortatione graviori imperativi vel exclamationis vim habere, alii [cf. *Fritzsche* diss. 2. p. 92.] pendere existimant ab ἀποκαλύψει ὁ θεός ex antecedd. cogitatione repetendo. (Pol. 28, 5. 6.) — abest dat. rei e contextu facile cognoscendus Act. 21, 24. στοιχεῖς — τὸν νόμον φυλάσσων pro: στοιχεῖς τῷ νόμῳ φυλάσσων scil. αὐτόν. Saepius non extat in N. T.

Στολή, ῆς, ἡ, (στέλλω paro, instruo; apparatus, ornatus Xen. Cyr. 8, 3. 42. Ael. V. H. 3, 24.) *vestis superior ad talos demissa*, qua utebantur reges Ion. 3, 6. sacerdotes 3 Esr. 1, 1. principes et honoratiores cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Mantel*. Octies in N. T. Marc. 12, 38. 16, 5. Luc. 15, 22. 20, 46. Apoc. 6, 11. 7, 9. 13. 14. — pro מְעִיל Ion. 3, 6. (Diod. Sic. 2, 6. 20, 93. Hdian. 5, 5. 5 et 19. Xen. Cyr. 1, 4. 26.)

Στόμα, τος, τό, 1) *os*, *der Mund* a) proprie Matth. 12, 34. 15, [8.] 11. 17. 18. 21, 16. Luc. 4, 22. 6, 45. 11, 54. — στόμα καὶ σοφία *os cum sapientia coniunctum* = *os sapiens* i. e. *os scite verba faciens* Luc. 21, 15. 22, 71. Ioh. 19, 29. Act. 11, 8. 22, 14. 23, 2. Rom. 3, 14. 19. 10, 18. 20. 15, 6. Eph. 4, 29. Col. 3, 8. 2 Thess. 2, 8. vid. de h. l. sub πνεῦμα ab initio observata. — Iac. 3, 10. 1 Petr. 2, 22. Iud. v. 16. Apoc. 1, 16. 2, 16. 3, 16. 10, 9. 10. 11, 5. 14, 5. 16, 13. — 19, 15. 21. — πᾶν — τοῦ στόματος τοῦ θεοῦ Matth. 4, 4. verba desumta ex Deut. 8, 3. Vid. ῥῆμα. — ubi vaticinia edi dicuntur διὰ τοῦ στόματός τινος Luc. 1, 70. Act. 1, 16. 3, 18. 21. 4, 25. — similiter Act. 15, 7. De quo simplicitatis genere vid. ad ἀναστάς sub ἀνίστημι observata. — De formula ἀνοίγειν τὸ στόμα Matth. 5, 2. Act. 8, 32. 35. 10, 34. 18, 14. 2 Cor. 6, 11. vid. ἀνοίγω. — Matth. 13, 35. — Luc. 1, 64. — στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι 2 Ioh. v. 12. 3 Ioh. v. 14. Vide πρός. — de verbis Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1. vid. ἐπί p. 185 col. 2. fin. — κρίνειν τινὰ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ pro: ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ Luc. 19, 22. Ita pro פֶּה Deut. 19, 15. Cohel. 8, 2. (Sophocl. Oed. R. v. 671. 699 et ad h. l. *Brunck*.) — — de ore animalium, ut piscis Matth. 17, 27. leonis = *fauces*, ῥύεσθαι ἐκ τ. στόματος λέοντος trop. *e summis periculis liberari* 2 Tim. 4, 17. — Hebr. 11, 33. equi Iac. 3, 3. Apoc. 9, 17 — 19. — serpentis 12, 15. 16. 16, 13. apocalyptico 13, 2. 5. 6. 16, 13. — — b) tropice terrae, ubi finditur vel discinditur sic, ut *hiatus* existat, tribuitur στόμα Apoc. 12, 16. — Ita pro פֶּה Num. 16, 30. 26, 10. —

2) ad Hebraeorum magis, quam Graecorum [Philostr. Heroic. 19. § 4. Hom. Il. 15, 389. cf. *Porson* ad Eur. Or. v. 1279. ed. *Schäfer*] loquendi consuetudinem [vid. *Win.* p. 19 sq.] στόμα μαχαίρας, *acies gladii* Luc. 21, 24. Hebr. 11, 34. — Ita οἱ ό pro פִּי־חֶרֶב Iudd. 18, 27. 20, 37. 48. 2 Sam. 15, 14. (Sir. 28, 18. Iudith. 2, 27.) — Saepius non extat in N. T.

Στόμαχος, ου, ὁ, (orificium ventriculi Hom. Iliad. 3, 292.) *stomachus*, *ventriculus*. Semel in N. T. 1 Tim. 5, 23. (Lucian. Chronosolon. §. 17. Athen. 2.) —

Στρατεία, ας, ἡ, (στρατεύω) *expeditio*, *militia*, *Feldzug* [propr. Xen. Cyr. 3, 1. 9. Diod. Sic. 1, 68. Pol. 2, 22. 2 et 6.] relate ad muneris apostolici rationes et officia, bis in N. T. 2 Cor. 10, 4. 1 Tim. 1, 18.

Στράτευμα, τος, τό, (στρατεύω) 1) *exercitus* Matth. 22, 7. Apoc. 9, 16. 19, 14. 19. (1 Macc. 9, 34. Diod. Sic. 2, 21. Xen. An. 1, 2. 18.) — = *manus militum* Act. 23, 10. 27. — 2) *satellitium* i. e. *satellites* [vid. αἰχμαλωσία] Luc. 23, 11. — Saepius non habetur in N. T.

Στρατεύομαι, f. σομαι, (στρατεύω suscipio expeditionem Xen. An. 2, 1. 1.) *milito*, *miles sum*, *stipendium mereo* Luc. 3, 14. 1 Cor. 9, 7. 2 Tim. 2, 4. (Plut. apophth. Teri Mor. 2. p. 7. ed. *Tauchn.* Herodian. 8, 7. 20. Xen. Mem. 1, 6. 9.) — refertur ad muneris apostolici officia et rationes 2 Cor. 10, 4. — τὴν καλὴν στρατείαν = καλῶς στρατεύομαι [vid. ἀγαπάω] 1 Tim. 1, 18. cf. de more Graecorum et Hebraeorum nomen coniugatum verbo addendi sub μαρτυρεῖν p. 50. et διατίθεμαι observata. — trop. de cupiditatibus vel libidinibus quasi militantibus i. e. vehementer perturbantibus usum rationis et animi tranquillitatem = *acriter pugno*, sq. ἐν τοῖς μέλεσι [vid. ἐν d. 164. col. 2 fin.] Iac. 4, 1. sq. κατὰ τῆς ψυχῆς 2 Petr. 2, 11. — Saepius non extat in N. T.

Στρατηγός, οῦ, ὁ, (στρατός et ἄγω — dux exercitus Diod. Sic. 2, 21 et 22. Xen. Mem. 3, 1. 2. tum: πολέμαρχος Hdot. 1, 109.) 1) *praetor*. Ita de duumviris vel summo magistratu municipiorum et coloniarum, penes quos erat iuris dicendi potestas in causis levioribus Act. 16, 20. 22. 35. 36. 38. (ita οἱ κατὰ τὴν πόλιν στρατηγοί Diod. Sic. T. X. p. 146. ed. *Bip.* vel: οἱ τῆς πόλεως στρατηγοί Artemid. 4, 59. de consulibus Pol. 1, 7. 12. de praefecto fisci Dem. 238, 13.) — 2) στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, *templi praefectus*

i. e. praefectus Levitarum et sacerdotum excubias agentium circa templum et in illo [cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Leviten*] Luc. 22, 4. Act. 4, 1. 5, 24. — absolute Luc. 22, 4. Act. 5, 26. (Ios. Ant. 20, 6. 2.) — Saepius non legitur in N. T.

Στρατιά, ᾶς, ἡ, *copiae*, [de exercitu militari Xen. Cyr. 1, 4. 17. Hdian. 6, 5. 16.] στρατιὰ οὐράνιος vel τοῦ οὐρανοῦ, *copiae coelestes* ex hebr. a) *angelorum copiae* Luc. 2, 13. Ita pro צְבָא הַשָּׁמַיִם 2 Chron. 18, 18. — b) *sidera coeli* Act. 7, 42. Ita pro צְבָא הַשָּׁמַיִם Ier. 33, 22.

Στρατιώτης, οῦ, ὁ, (στρατιά) *miles* Matth. 8, 9. 27, 27. 28, 12. Marc. 15, 16. Luc. 7, 8. 23, 36. Ioh. 19, 2. 23. 24. 32. 34. Act. 10, 7. 12, 4. 6. 18. 21, 32. 35. 28, 23. 31. 27, 31. 32. 42. 28, 16. — (Diod. Sic. 4, 17. Hdian. 2, 11. 9. Xen. An. 2, 5. 29.) — στρατιώτης ἰησοῦ χριστοῦ i. e. *qui Iesu causam et religionem tuetur, iuvat, promovet* 2 Tim. 2, 3.

Στρατολογέω, ῶ, f. ήσω, (στρατός exercitus, λέγω) *exercitum colligo* vel *conscribo*. Semel in N. T. 2 Tim. 2, 4. ἵνα τῷ στρατολογήσαντι [i. e. imperatori] ἀρέσῃ. (Diod. Sic. 18, 12. Ios. Ant. 18, 3. 5. bell. iud. 1, 27. 6. 5, 9. 4.)

Στρατοπεδάρχης, ου, ὁ, (στρατόπεδον quod v., ἄρχω) *praefectus castrorum et exercitus*. Extat tantum Act. 28, 16. ubi de praefecto praetorio dicitur. Imperatorum enim temporibus rei ex provinciis Romam mittebantur et praefecto praetorio custodiendi tradebantur cf. Ioseph. Ant. 18, 6. 6.

Στρατόπεδον, ου, τό, (στρατός, exercitus, πέδον, campus) *castra, Feldlager*. [Cebet. Tab. c. 1. Xen. Cyr. 8, 3. 37. Thuc. 7, 44.] Semel in N. T. Luc. 21, 20. alii: *exercitus in castris* (ita Pol. 2, 31. 4. Diod. Sic. 17, 86. Xen. Cyr. 3, 2. 2. An. 1, 10. 18. Thuc. 4, 94.)

Στρεβλόω, ῶ, f. ώσω, (a στρέβλη instrumentum torturae Pol. 18, 37. 7. tormentis crucio 3 Macc. 4, 14. Pol. 2, 59. 1. Lysias 478, 1.) *distorqueo*, de dictis et scriptis, quae interpretando in malum sensum detorquet aliquis = *perverto*, sq. acc., ita semel in N. T. 2 Petr. 3, 16.

Στρέφω, f. ψω, 1) *verto, converto*, passiv. στρέφομαι, *convertor*, signif. reflex. [vid. ἁγνίζω] i. e. *me converto*. Legitur ita in N. T. a) activum, τί τινι = *Jemandem etwas hinhalten* [vid. de dat. directionis ἀπολογέομαι] Matth. 5, 39. — b) Passivum στρέφομαι, a. 2. ἐστράφην. στραφείς, στραφέντες = *verso corpore, tergo verso* Matth. 7, 6. 16, 23. Luc. 7, 9. 9, 55. 14, 25. 22, 61. Ioh. 1, 38. 20, 16. (de hostibus terga dantibus Xen. An. 3, 5. 1.) — addito πρός τινα Luc. 7, 44. 10, 23. 23, 28. — sq. εἰς c. accus. loci, ut εἰς τὰ ὀπίσω = *retro* Ioh. 20, 14. (εἰς τὰ δεξιά Xen. de re eq. 7, 12.) — ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐστράφησαν εἰς αἴγυπτον sensus: *in Aegyptum redire cupiebant* Act. 7, 39. — de euntibus sq εἰς. c. accus. pers. ad quam abit aliquis Act. 13, 46. — — 2) metaph. *converto* i. e. *muto*, τὶ εἴς τι Apoc. 11, 6. Ita pro הָפַךְ Exod. 7, 15. Ier. 31, 13. — Passiv. *mutor*, i. e. *muto me*, ita de iis, qui in melius mutantur Matth. 18, 3. — — activo posito signif. neutrali vel reflexiva [vid. ἄγω no. 3.] ἔστρεψεν ὁ θεός i. e. *mentem suam mutavit Deus* hoc sensu: *avertit se ab iis* Act. 7, 42. — Saepius non legitur in N. T.

Στρηνιάω, ῶ, f. άσω, (στρηνής asper, ut vox Anthol. gr. T. II. p. 129. 130. strenuus, alacer; στρηνιάω, gestio Athen. 3, 100. A. 10, 420. B.) *luxurior*. Bis in N. T. Apoc. 18, 7. 9. — Graecos melioris notae eius loco dixisse τρυφᾶν, docet Phrynich. p. 381. ed. *Lob.* et *Sturz* de dialect. maced. p. 195.

Στρῆνος, εος, ους, τό, *luxuria, luxus*. Legitur tantum Apoc. 18, 3. ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους, vid. de h. l. δύναμις no. 3. (Anthol. gr. T. 3. p. 128. no. 64. ed. *Iacobs*.)

Στρουθίον, ίου, τό, (στρουθός) *avicula, quaevis avis minor, maxime e genere passerum*. Quater in N. T. Matth. 10, 29. 31. Luc. 12, 6. 7. — pro צִפּוֹר Cohel. 12, 4. (σχολαστικὸς ἰδὼν στρουθία ἐπὶ δένδρου Hierocl. in ἀστείοις. Athen. 14. p. 654. B.) —

Στρωννύω, vel στρώννυμι [per metathes. e στορέννυμι v. *Buttm.* §. 101. sub στορέννυμι et §. 99, 13. gram. max. §. 110. not. 16. §. 114. *Rost* §. 84. *Matth.* §. 221. 1, 5.) f. στρώσω, *sterno*. Quinquies in N. T. sq. accus. rei, ut τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ Matth. 21, 8. Marc. 11, 8. — στρῶσον σεαυτῷ *sterne tibi* scil. τὴν κλίνην *lectum* Act. 9, 34. de quo accus. facile e contextu cognoscendo vid. *Win.* p. 533 coll. *L. Bos.* de ellipsi p. 226 ed. *Schäfer*. (Theocrit. Idyll. 11, v. 7. plene i. e. additur κλίνη Artemid. 2, 57.) — ἀνάγαιον ἐστρωμένον *conclave* [vid ἀνώγαιον] *lectis stratum* Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. — pro הִצִּיעַ Ezech. 23, 41. Esth. 4, 3. Xen. Cyr. 8, 2. 6. *triclinium stratum*, Auctor ad Herennium 4, 51. Macrob. Saturn. 2, 9.)

Στυγητός, ή, όν, (στυγέω odio habeo, abominor Eurip. Phoen. 614.) *odio habitus, verhasst, gehasst, odio dignus*. Semel in N. T. Tit. 3, 3. — (Philo de decalog. p. 202, 20. στυγητὸν καὶ θεομίσητον πρᾶγμα. Heliod. 5, 29.)

Στυγνάζω, f. άσω, (στυγνός severus, torvus Xen. Anab. 2, 6. 6.) *tristis sum, tristis fio*. Bis in N. T. ἐπί τινι [vid. ἐπί p. 187 col. 2 fin.] Marc. 10, 22. — (Nicet. Andron. Comnen. 2, 2.) — trop. de coeli facie tristi i. e. de coelo nubibus tecto Matth. 16, 3. — (Ita στυγνότης Pol. 4, 21. 1 coll. Tibull. 1, 2. 49.)

Στῦλος, [alii στύλος vid. θλῖψις et *Passow* sub h. v.] ου, ὁ, *columna*, στύλοι πυρός Apoc. 10, 1. — metaph. *omne id, cui ut primario et prae ceteris insigni innititur aliquid*, ita de viris auctoritate pollentibus Gal. 2, 9. οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι. Apoc. 3, 12. (Eurip. Iphig. Aul. v. 57.) — de doctrina, quae caput est religionis 1 Tim. 3, 16. Saepius non reperitur in N. T.

Στοϊκός, ή, όν, (στοά) *Stoicus, pertinens ad sectam philosophorum, nomen habentium* ἀπὸ τῆς στοᾶς i. e. *a porticu, ubi Zeno, huius scholae auctor, deambulando docebat*. Extat tantum Act. 17, 18. — De placitis Stoicorum cf. *Tiedemann* Geist der specul. Philosophie Vol. 2. p. 453.

Σύ, *tu*, pronomen pers. secundae; inclinari, nisi praecedit praepositio, genit. σοῦ dat. σοί et accus. σέ, item poni genit. σοῦ et plur. ὑμῶν, sequentem nomen loco pronominis possesivi: σός et ὑμέτερος, docent Grammatici sub ἐγώ p. 122 laudati. — Legitur A) nominat. σύ, plur. ὑμεῖς a) cum vi quadam, verbo praemissus Matth. 16, 16. 18. Marc. 1, 11. 3, 11. 8, 29. σὺ εἶ κλ. Luc. 3, 22. 4, 41. — ubi sequitur vocativus Matth. 2, 6. Luc. 1, 76. Act. 1, 24. 2 Tim. 2, 1. Hebr. 1, 10. — in partitione: σὺ — σύ Iac. 2, 3. — ubi σύ inter et verbum interseritur propositio, ut πῶς σύ, ἰουδαῖος ὤν, αἰτεῖς Ioh. 4, 9. — in interrogatione Matth. 27, 11. Marc. 15, 2. Luc. 23, 3. 24, 18. Ioh. 1, 19. 2, 20. 3, 10. 8, 33. 53. Act. 7, 28. 23, 3. Rom. 2, 3. — ita ut ponatur ante pronom. interrogat. [vid. ἐγώ p. 122 col. 1 fin.] Luc. 9, 20. Ioh. 9, 17. — in responsione: σὺ εἶπας, σὺ λέγεις Matth. 26, 25. 27, 11. Marc. 15, 2. 14, 68. Luc. 23, 3. — in oppositionibus, ubi nunc praeponitur, nunc postponitur verbo [vid. *Win.* p. 145.] Matth. 3, 14. 7, 11. 10, 20. 11, 3. 14, 16. 28. 16, 15. 23, 8. 26, 39. 27, 4. 24. Marc. 8, 29. 13, 23. — 14, 36. Luc. 1, 42. 9, 60. 10, 24. 12, 36. 16, 15. 25. 17, 8. 22, 26. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως scil. ἔσεσθε vel ἐστέ *vos autem non sic*, i. e. *vos autem non tales eritis* vel *estis*. Cf. *Bornem.* Schol. p. 135. — Ioh. 2, 10. de h. l. asyndeto vid. ἀδικέω. — v. 20. 3, 2. 8, 5. 52. Act. 10, 15. 1 Cor. 3, 23. 2 Cor. 13, 9. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 3, 10. 14. 4, 5. Tit. 2, 1. Hebr. 1, 10. Iac. 2, 18. — supprimitur oppositio Ioh. 1, 26. e contextu cognoscenda Marc. 6, 37. cf. *Win.* l. l. De lect. loci Marc. 13, 9. cf. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 563. — Luc. 1, 28. εὐλογημένη [scil. εἶ] σύ. Cf. *Win.* p. 223. *Bornem.* Schol. p. 6. — Luc. 24, 18. 1 Ioh. 2, 27. de h. l. nominat. vid. ἀργός. — καὶ σύ *tu quoque*, καὶ ὑμεῖς *vos quoque, etiam vos* Matth. 7, 12. 11, 23. 26, 69. 73. Luc. 10, 37. 12, 29. 19, 19. 42. 22, 58. — οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν θεόν Luc. 23, 40. — b) sine vi additur verbo, ut Marc. 14, 68. Luc. 4, 7. Ioh. 4, 10. 6, 30. 8, 13. — praeponitur vocativo Ioh. 17, 5. nunc postponitur vocativo Luc. 15, 31 Ioh. 8, 48. 21, 15 — 17. — de verbis μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς Matth. 28, 5. vid. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 830. — (Xen. Conv. 8, 4.) cf. *Win.* p. 144. *Bornem.* ad Xen. l. l. —

B) genit. σοῦ, ὑμῶν a) praecedente praeposit. Matth. 4, 6. 15, 7. 17, 17. Marc. 7, 6. quo l. additur per appos. τῶν ὑποκριτῶν. Luc. 14, 28. 33. 15, 18. Ioh. 17, 7. 8. 2 Cor. 7, 14. Col. 4, 18. ita in oppositione Matth. 2, 6. i. σοῦ γάρ, *ex te enim*, non ex alio. — b) in genit. absolutis

Luc. 22, 10. 1 Cor. 5, 4. — c) in formula *εἶναί τινος* [vid. *εἰμί* p. 185 col. 2 med.] Luc. 4, 7. Act. 1, 7. 1 Cor. 3, 21. 22. — d) post vv. genitivum regentia Ioh. 5, 45 bis. — e) loco pronominis possessivi *σός*, *ὑμέτερος*, in quibus aa) cum vi quadam *prae*ponitur nomini, ad quod pertinet Luc. 12, 30. 22, 53. 1 Cor. 9, 11. de verbis *σοῦ δὲ αὐτῆς — ῥομφαία* Luc. 2, 35. vid. sub *σεαυτοῦ* monita. — in oppositione Matth. 10, 30. 13, 16. Phil. 2, 25. — bb) sine vi nunc *post*ponitur nomini, ut *τὸν πόδα σου* Matth. 4, 6. — 5, 16 bis. v. 29 ter. 6, 21. de h. l. lect. *σοῦ* praeferenda receptae *ὑμῶν* vid. *Fritzsche*, *Theile* coll. *Schott*, *Knapp*, *Meyer*, *de Wette*. — Matth. 13, 16. Luc. 15, 19 bis. v. 30. 19, 39. 2 Cor. 7, 13. Gal. 4, 16. — *ἡ σπουδὴ ὑμῶν ἡ ὑπὲρ ἡμῶν* 2 Cor. 7, 12. de h. l. lect. vid. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*, *Meyer*, *de Wette*. — interdum genit. *ὑμῶν* interseritur inter artic. et nomen [cf. *Win.* p. 147. *Rost* p. 465 sp. *Hölem.* ep. P. ad Philipp. p. 371.], ut *ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως* 2 Cor. 1, 6 bis. 7, 7. 8, 14. 12, 19. 13, 9. Phil. 1, 19. 2, 30. Col. 1, 8. 2 Tim. 1, 5 bis. — nunc *prae*ponitur nomini, ut *ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα* Matth. 6, 4. *ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν* v. 17. — 19, 21. Marc. 2, 9. vid. de h. l. lect. *Griesb.* ed. *Schulz*, *Theile*, *Schott*, *Knapp*, *Fritzsche*, *de Wette*. — Luc. 15, 30. 16, 6. Ioh. 9, 26. Col. 2, 5. 1 Thess. 3, 10. 13. 2 Thess. 2, 17. 3, 5. 1 Tim. 4, 12. 15. 2 Tim. 1, 8. Apoc. 3, 1. 2. 15. 10, 9. 14, 18. (Ios. Ant. 17, 4. 2.) — ad plura nomina pertinet, ut *ὑμῶν — αἱ ὀσφύες — οἱ λύχνοι* Luc. 12, 35. 1 Thess. 1, 3. Apoc. 2, 9. — e verbositate Hebraeorum repetitur [cf. *Win.* p. 137.] Matth. 6, 17. — in fine periodi Ioh. 1, 21. 4, 19. 8, 48. cf. *Viger.* p. 163. —

C) dat. *σοί*, *ὑμῖν* Matth. 7, 12. 16, 17. 18. Marc. 13, 23. Luc. 1, 3. 4, 6. Ioh. 4, 10. 6, 30. 17, 6. Rom. 8, 11. 16, 6. vid. de h. l. lect. *Griesb.*, *Knapp*, *Meyer*, coll. *Schott*. 2 Cor. 7, 7. Gal. 4, 6. Col. 2, 5. 1 Thess. 5, 12. al. — dat. commodi, item incommodi Matth. 21, 5. 2 Cor. 5, 13. 12, 20. Apoc. 2, 16. —

D) accus. *σέ*, *ὑμᾶς* Matth. 4, 6. 14, 28. Luc. 12, 58 ter. 19, 21. Act. 1, 8. 23, 3. 2 Cor. 12, 20. 1 Thess. 5, 12. 2 Tim. 1, 4.

Συγγένεια, *ας*, *ἡ*, (*συγγενής* quod vid. cognatio Diod. Sic. 1, 1. Xen. H. G. 2, 4. 21.) *cognati*, *familia*. Ter in N. T. Luc. 1, 61. Act. 7, 3. 14. — pro מִשְׁפָּחָה Exod. 12, 21. (Pol. 15, 30. 7. Dem. 796, 17.) cf. de hoc metonymiae genere sub *αἰχμαλωσία* observata.

Συγγενής, *έος*, *οῦς*, *ὁ*, *ἡ*, — *ές*, *τό*, (*σύν*, *γένος*) *cognatus*, *affinis*. Undecies in N. T. Marc. 6, 4. Luc. 1, 36. 58. 2, 44. 14, 12. 21, 16. Ioh. 18, 26. Act. 10, 24. Rom. 16, 11. 21. (Tob. 6, 10. Diod. Sic. 1, 27. Hdian. 1, 4. 1. Xen. H. G. 1, 4. 6.) — pro *popularis* Rom. 9, 3. — pro מִשְׁפָּחָה Levit. 25, 45. דּוֹדָה Levit. 18, 14.

Συγγνώμη, *ης*, *ἡ*, (*συγγινώσκω* consentio, condono; venia, condonatio Xen. Mem. 1, 7. 4. Pol. 4, 14. 7.) *indulgentia*, *Nachsicht*. *κατὰ συγγνώμην*, *indulgendo*, ita semel in N. T. 1 Cor. 7, 6. (Sir. 3, 12. Ael. V. H. 5, 16 et 17.)

Συγκάθημαι, (*σύν*, *κάθημαι*) *una sedeo*, *consideo*. Bis in N. T. sq. *μετά τινος* Marc. 14, 54. — sq. dat. pers. [vid. *ἀκολουθέω*] Act. 26, 30. (absol. Lucian. Pseudologist. §. 20. Xen. An. 5, 7. 21.)

Συγκαθίζω, f. *ίσω*, (*σύν*, *καθίζω*) 1) transit. *colloco una cum aliquo*, sq. *ἐν* c. dat. loci, item c. *ἐν* sq. dat. pers. ut *ἐν χριστῷ ἰησοῦ* [vid. *ἐν* p. 171 col. 1 fin.] Eph. 2, 6. — 2) intrans. *una sedeo* Luc. 22, 55. — *οἱ ο΄* pro יָשַׁב Exod. 18, 13. Ier. 16, 8. Cf. *καθίζω* no. 2.

Συγκακοπαθέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*σύν*, *κακοπαθέω* quod v.) *simul* vel *una cum aliquo perfero mala*. Extat tantum 2 Tim. 1, 8. *συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ* i. e. *mecum mala perfer religionis causa sustinenda*. — De dat. causali vid. sub *ἁμαρτία* notata. —

Συγκακουχέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*σύν* et *κακουχέω* male habeo) *male tracto cum aliquo*; passivum: *συγκακουχοῦμαι*, *male tractor cum aliquo*, *in societatem malorum alicuius venio*, sq. dat. [de quo dat. societatis vid. *ἀκολουθέω*.] Ita semel in N. T. Hebr. 11, 25.

Συγκαλέω, *ῶ*, f. *έσω*, (*σύν*, *καλέω*) *convoco*. Octies in N. T. sq. accus. Marc. 15, 16. Luc. 15, 6. Act. 5, 21. — (Hdian. 1, 4. 1. Lucian. D. D. 17, 2. Dem. 180, 2.) Medium: *συγκαλέομαι*, *οῦμαι*, *ad me convoco*, *τινά* Luc. 9, 1. 15, 9. 23, 13. Act. 10, 24. 28, 17. — pro קָרָא Exod. 7, 11. Ios. 9, 22. Saepius non legitur in N. T.

Συγκαλύπτω, f. *ψω*, (*σύν*, *καλύπτω*, tego) *undique tego*, *ab omni parte tego* [Aesop. fab. 7. Xen. Cyr. 8, 7. 28.] i. e. *totum operio* vel *penitus occulto*, ita semel Luc. 12, 2. (Ios. Ant. 9, 10. 2.)

Συγκάμπτω, f. *ψω*, (*σύν*, *κάμπτω*, curvo) *concurvo*, *τὸν νῶτον τινός*, *dorsum alicuius concurvo*, *den Rücken Jemandes krümmen*, ita semel in imagine desumta ab hominibus, quorum dorsa rerum acerbitatibus et moeroribus incurvantur, pro: *fortunae tristitia affligere aliquem* Rom. 11, 10. coll. Ps. 49, 24 et ibi *οἱ ο΄* (Xen. de re eq. 7, 2.)

Συγκαταβαίνω, f. *βήσομαι*, (*σύν*, *καταβαίνω*) *una cum aliquo descendo*. Semel in N. T. de hominibus, quibus e loco altiore, ut Hierosolyma, in regionem depressiorem, ut Caesaream, proficiscendum erat Act. 25, 5. — pro יָרַד אַחֲרֵי Ps. 49, 18. — Graecos antiquiores loco huius verbi usos esse vocab. *συγκαθιέναι* et omnem huius verbi ambitum seriores Graecos transtulisse in *συγκαταβαίνειν*, docuit exemplis *Lob.* ad Phryn. p. 398.

Συγκατάθεσις, *εως*, *ἡ*, (*συγκατατίθημι*, quod v. propr. compositio; approbatio, assensio Pol. 22, 2. 16. Dion. Halic. Ant. 8, 79.) *consensus*. Legitur tantum 2 Cor. 6, 16. *τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων*, vid. *μετά* p. 311 col. 2. (Pol. 4, 17. 8.)

Συγκατατίθημι, f. *ήσω*, (*σύν*, *κατατίθημι* quod vid. una vel simul depono, Isaeus 139, 10.) medium: *συγκατατίθεμαι*, *calculum meum cum alio in urnam demitto* i. e. *assentior*, ita semel plusqpf. pass. significatione medii [cf. *Rost* §. 114, 2. coll. *Buttm.* gram. max. §. 89, 3. *Matth.* §. 493, e. *Win.* p. 232.] sq. dat. societatis [vid. *ἀκολουθέω*] Luc. 23, 51. de h. l. verbis *οὗτος — αὐτῶν* parentheticis cf. *Win.* p. 487. — (Ios. Ant. 20, 1. 2. Diod. Sic. 4, 52. Pol. 8, 98. 11. Dem. 283, 22.)

Συγκαταψηφίζω, f. *ίσω*, (*σύν*, *κατά* et *ψηφίζω* calculos subduco Pol. 5, 26. 3. propr. una cum aliis per calculos damno) *numerando cum aliquo coniungo*, addito *μετά τινος* [vid. *μετά* p. 311 col. 1 init.], ita semel Act. 1, 26.

Συγκεράννυμι, f. *κεράσω*, perf. passiv. *κέκραμμαι*, [vid. Grammaticos sub *κεράννυμι* laudatos; a *σύν* et *κεράννυμι*, misceo, miscendo iungo. — v. *Buttm.* §. 101. sub *κεράννυμι*, commisceo, commiscendo iungo 2 Macc. 15, 39. Meleager in Anthol. gr. T. 1. p. 15. ed. *Iacobs.*] *coniungo*, sq. accus. rei, ut *τὸ σῶμα* 1 Cor. 12, 24. (Thuc. 4, 18.) — sq. duplici dativo, altero rei, cum qua coniunctum est aliquid, altero personae, apud quos vel in quibus aliquid cum aliqua re coniunctum est [cf. *Win.* p. 196.] ut Hebr. 4, 2. *ὁ λόγος — μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι*. Vid. de h. l. lect. et interpretat. *Bleek* ep. ad Hebr. 2. a. p. 502 — 512. coll. *Griesb.*, *Schott*, *Knapp*. (*τινί* Xen. Cyr. 1, 4. 1. Dion. Hal. Ant. 2, 46. *πρός τι* Dem. 1414, 7.) —

Συγκινέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*σύν*, *κινέω*) *una commoveo*, sq. accus. ut *τὸν λαὸν καὶ τοὺς πρεσβυτέρους* i. e. concito, *aufhetzen*, ita semel in N. T. Act. 6, 12. (de iis, qui misericordia tanguntur Pol. 15, 17. 1.)

Συγκλείω, f. *είσω*, (*σύν*, *κλείω* claudo) *concludo*, *includo*, i. e. a) *simul comprehendo*, *zusammen umschliessen*, ut *πλῆθος ἰχθύων* sc. *εἰς τὸ δίκτυον* Luc. 5, 6. (*τινὰ εἴς τι* 2 Macc. 5, 5. Hdian. 7, 10. 6. *εἰς πολιορκίαν* Diod. Sic. 19, 85.) — b) metaph. pro: *trado aliquem in potestatem alicuius rei*, sq. *εἰς* vel *ὑπό* c. acc. rei, *facio ut aliquem res constrictum quocunque modo regat* = *κλείω τινὰ εἴς* vel *ὑπό τι*, sed fortius, ita ut praepositio vim verbi augeat, ut *εἰς τὴν ἀπείθειαν* i. e. *contumaciam alicui insemino* Rom. 11, 32. — Ita pro הִסְגִּיר sq. בְּיַד vel לְ Ps. 31, 8. 78, 50. (Diod. Sic. 19, 19. et *κατακλείω* Diod. Sic. 20, 74.) — *ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν* i. e. *facio aliquem mancipium peccati*, eo nempe quod peccasse aliquem declaro Gal. 3, 22. *ὑπὸ νόμον facio ut subsit aliquis legi* scil. mosaicae i. e. *legi mos. obstringo aliquem*, addito *εἰς τὴν πίστιν für den Glauben* i. e. *eum in finem*, *ut fidem habeamus τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι* illam scil. quae tempore futuro patefiet Gal. 3, 23. Vide ad h. l. *Meyer* ep. P. ad Gal. p. 136

de Wette ep. P. ad Gal. p. 53. et sic p. 142 col. 2. Win. p. 508. Saepius non extat in N. T.

Συγκληρονόμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σύν, κληρονόμος haeres; propr. cohaeres) qui *una cum aliis particeps est rei alicuius*. Quater in N. T. Rom. 8, 17. Eph. 3, 6. Hebr. 11, 9. 1 Petr. 3, 7.

Συγκοινωνέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, κοινωνέω particeps sum vel fio) *una cum aliis particeps fio alicuius rei, in societatem alicuius rei venio* seq. dat. rei, de quo vid. supra κοινωνέω. Ter in N. T. Eph. 5, 11. Phil. 4, 14. Apoc. 18, 4. (sq. genit. Dem. 1299, 20.)

Συγκοινωνός, οῦ, ὁ, ἡ, — όν, τό, (σύν, κοινωνός) *qui una cum aliis rei alicuius particeps est, socius, particeps*. Quater in N. T. sq. genit. ut τῆς ῥίζης Rom. 11, 17. 1 Cor. 9, 23. — praeter genit. rei additur genit. personae, cum qua particeps fit aliquis alicuius rei Phil. 1, 7. — sq. ἐν c. dat. rei vel conditionis, in qua versatur aliquis [vid. ἐν p. 108 col. 1. init.] Apoc. 1, 9.

Συγκομίζω, f. ίσω, (σύν, κομίζω porto; comporto, congesto Xen. Ages. 1, 21. de iis, qui fruges colligunt Xen. Mem. 2, 8. 3.) *compono* i. e. *funus curo alicuius*, vel *una effero, zusammen bestatten*, sq. accus. pers., ita semel in N. T. Act. 8, 2. — Uti enim messis tempore frumenta horreo conduntur, ita in sepultura sepulcro veluti horreo traditur id, quod terrenum est in homine. Cf. גָּדִישׁ Iob. 5, 26 et 21, 32. (Soph. Aiac. v. 1018 vel 1026.)

Συγκρίνω, f. νῶ, (σύν, κρίνω quod v.; coniungo, commisceo Plato Phaedon. c. 15. ed. *Fischer*) 1) *confero* i. e. *comparo*, τινά τινι 2 Cor. 10, 12 bis. Cf. ad h. l. *Fritzsche* diss. 2. p. 33 sqq. *Meyer* ep. P. ad Cor. 2. p. 194. *de Wette* epp. P. ad Cor. p. 233. — (Aristot. Rhet. 1, 9. idem Polit. 4, 9. Theophr. de caus. plant. 4, 2. Strab. 8. p. 536. Arrian. diss. epict. 3, 22. Ios. Ant. 5, 1. 21. Pol. 12, 10. 1. Diod. Sic. 1, 58. 2, 5.) Esse hanc significationem serioris graecitatis, cum antiquiores scriberent potius παραβάλλειν, docet *Lob.* ad Phryn. p. 278. — 2) *interpretor, explico*, [alii: *confero, coniungo, verbinden* vid. *de Wette* l. l. p. 24. *Meyer* l. l. ep. 1. p. 45.] τινί τι 1 Cor. 2, 13. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες i. e. *hominibus Spiritu div. donatis et sequentibus eum explicantes ea, quae a Spiritu div. suppeditantur* vel *docemur*. Ita pro פָּתַר Gen. 40, 8. 16. 22. 41, 12. 15. — Saepius non extat in N. T.

Συγκύπτω, f. ψω, (σύν, κύπτω incurvo me; incurvo me simul cum alio, contrahor vel propius coeo Xen. An. 3, 4. 19.) *prorsus incurvor, incurvus sum*. Semel in N. T. Luc. 13, 11. — (Sir. 12, 11.)

Συγκυρία, ας, ἡ, (pro frequentiore συγκύρησις cf. *Passow* Vol. 2. p. 988. a συγκυρέω i. e. συντυγχάνω convenio cum aliquo, simul advenio Pol. 18, 33. 3. Diod. Sic. 1, 1. — accido, evenio Pol. 5, 18. 6.) *casus*. — κατὰ συγκυρίαν i. e. *casu, forte* Luc. 10, 31. (συγκύρημα Pol. 4, 86. 2.)

Συγχαίρω, aor. 2. forma passiva συνεχάρην [cf. *Buttm.* §. 101. gram. max. §. 114. sub χαίρω. *Matth.* §. 255. *Rost* §. 82. p. 279.] *collaetor*. Septies in N. T. sq. dat. pers. [vid. ἀκολουθέω] a) propr. Luc. 1, 58. 15, 6. 9. 1 Cor. 13, 6. quo l. ἡ ἀλήθεια inducitur tanquam persona. Vide ad h. l. *Meyer* p. 219. *de Wette* p. 110. — Phil. 2, 17. 18. — pro צָחַק Gen. 21, 6. (absol. Xen. Hier. 5, 4. τινί τινος Dem. 194, 23. 579, 19.) — metaph. de membris corporis = *simul bene me habeo* 1 Cor. 12, 26.

Συγχέω, item συγχύνω [forma Grammaticis improbata, vid. ἐκχέω], imperf. συνέχεον et συνέχυνον [Act. 9, 22.], perf. pass. συγκέχυμαι, aor. 1. pass. συνεχύθην [vid. ἐκχέω] — (a σύν, χέω) *confundo*, metaph. *perturbo, in unruhige Bewegung setzen*. Quinquies in N. T. vel de personis *animo* perturbatis aut consternatis, ut τὸ πλῆθος Act. 2, 6. (1 Macc. 4, 27. Diod. Sic. 4, 62. Hom. Iliad. 13, 808. — animus confusus cogitatione tantae rei Liv. 35, 35 fin.) — vel de personis *seditiose* confusis = *concito*, sq. acc. Act. 19, 32. 21, 27. 31. (Lucian. Dial. Deorr. 25, 1. Diod. Sic. T. 10. p. 167. ed. *Bip.*) — vel *disputando perturbo, confutando* sens. sq. accus. Act. 9, 22. —

Συγχράομαι, ῶμαι, depon. med (σύν, χράομαι utor; simul utor aliqua re cum aliquo Pol. 3, 14. 5. 6, 3. 10.) *utor consuetudine alicuius*, sq. dat. pers. [vid. ἀκολουθέω et *Matth.* §. 405.], ita semel Ioh. 4, 9.

Συγχύνω, v. συγχέω.

Σύγχυσις, εως, ἡ, (συγχέω) *confusio*, metaph. pro: *perturbatio, tumultus*. Semel in N. T. Act. 19, 29. — pro מְהוּמָה 1 Sam. 5, 11. (Pol. 14, 5. 8. Dion. Hal. Ant. 4, 24.)

Συζάω, f. συζήσω, (σύν, ζάω) *cum aliquo vivo* i. e. vel: *una cum aliquo vivo*, absol. 2 Cor. 7, 3. (Athen. 6. p. 249. B. Dem. 363, 4.) — vel: *vivo pariter atque alter, vitam habeo vitae alterius similem*, sq. dat. pers. [vid. συγχράομαι], ut συζήσομεν αὐτῷ scil. τῷ χριστῷ Rom. 6, 8 coll. v. 9. — abest dat. cogitatione facile addendus 2 Tim. 2, 11. — Saepius non habetur in N. T.

Συζεύγνυμι, a. 1. συνέζευξα, (σύν, ζεύγνυμι ligo; uni iugo alligo Xen. Cyr. 2, 2. 26.) *coniungo, consocio*. Bis in N. T. Matth. 19, 6 et Marc. 10, 9. ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξε. — pro חָבַר Ezech. 1, 11. (Hdian. 3, 10. 14. Lucian. amor. §. 11. Xen. Oec. 7, 30. 9, 5.)

Συζητέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, ζητέω quaero; quaero aliquid c. aliquo Apollod. Biblioth. 2, 6.) *vicissim* vel *mutuo cum aliis quaero, sermones confero, disputo*. Decies in N. T. absol. Marc. 12, 28. Luc. 24, 15. — sq. dat. pers. [vid. συγχράομαι] i. e. *cum aliquo* Marc. 8, 11. [9, 14.] Act. 6, 9. — sq. πρὸς αὐτούς i. e. *disputo ita, ut verba ad eos faciam* Marc. 9, 14. vid. de h. l. lectione πρὸς αὐτούς praeferenda lectioni αὐτοῖς *Griesb.* ed. *Schulz, Fritzsche* coll. tamen *Knapp, Theile, de Wette*. — Marc. 9, 16. Act. 9, 29. — = *apud animum meum* [vid. σύν no. 3. e.] *quaero*, addito ex abundanti [vid. ἄνωθεν, ἀγαλλιάω] πρὸς ἐμαυτόν Marc. 1, 27. Cf. de h. l. lect. *Fritzsche, Theile*. — Luc. 9, 10. — sq. optat. in interrogat. indir. [vid. ἀνακρίνω] Luc. 22, 23. —

Συζήτησις, εως, ἡ, (conquisitio, a συζητέω quod v.) *disputatio, disceptatio*. Bis in N. T. Act. 15, 7. 28, 29. — de lectione ζητήσεως Act. 15, 2. praeponenda lectioni συζητήσεως vid. *Griesb., Scholt, Knapp, Meyer*. — (Philo de mundi opif. p. 11. D. idem Allegor. lib. 2. p. 85. B.)

Συζητητής, οῦ, ὁ, (συζητέω quod v. propr. qui una c. aliquo quaerit aliquid) *disputator, Streiter*. Legitur tantum 1 Cor. 1, 20. Vide quae habent de voc. συζητητής et eius ad vocc. σοφός et γραμματεύς h. l. ratione *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 25. *de Wette* epp. P. ad Cor. p. 16.

Σύζυγος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σύν, ζεύγνυμι; uni iugo iunctus) *iunctus cum aliquo, socius alicuius*, de muneris socio = *collega*, ita semel in N. T. Phil. 4, 3. (Aristoph. Plut. 946. Eurip. Iphig. Taur. 250.)

Συζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, ζωοποιέω) *una cum altero* vel *ut alterum in vitam revoco aliquem*. Bis in N. T. sq. nunc dat. simplici [vid. συγχράομαι] Eph. 2, 5. — nunc σύν c. dat. [vid. de praepos. σύν repetita sub ἀπέρχομαι notata] Col. 2, 13. Cf. ad hos l. *Käuffer* de biblica ζωῆς αἰωνίου notione p. 93 sq. —

Συκάμινος, ου, ἡ, et *συκομωραία*, ας, ἡ, *sycaminus, sycomorus*, arbor, cuius forma et folia mori, fructus vero ficus similitudinem referunt. Habet eam Aegyptus et Palaestina et dicitur hebr. שִׁקְמוֹת שִׁקְמִים 1 Regg. 10, 27. Ps. 78, 47. Legitur συκάμινος Luc. 17, 6. (Diod. Sic. 1, 34. Dioscorid. 1, 22. Strabo 17. p. 1178. Athen. 2, 57.) συκομωραία Luc. 19, 4.

Συκῆ, ῆς, ἡ, *ficus*, arbor Matth. 21, 19 — 21. 24, 32. Marc. 11, 13. 20. 21. 13, 28. Luc. 13, 6. 7. 21, 29. Ioh. 1, 49. 51. Iac. 3, 12. Apoc. 6, 13. — pro תְּאֵנָה Iudd. 9, 10. 11. Prov. 27, 18. (Ael. V. H. 3, 18. Xen. Oec. 19, 12.)

Συκομωραία v. συκάμινος.

Σῦκον, ου, τό, *ficus*, fructus. Quater in N. T. Matth. 7, 16. Marc. 11, 13. Luc. 6, 44. Iacob. 3, 12. — pro תְּאֵנָה 2 Regg. 20, 7. (Ael. V. H. 3, 26. Xen. Cyr. 6, 2. 23. Dem. 314, 12.)

Συκοφαντέω, ῶ, f. ήσω, (συκοφάντης, propr. apud iudicem defero, si quis ficus contra leges exportaverit. Vid. Suid. in *Sturz* Lexic. Xenoph. sub συκοφαντέω; *falso defero, calumnior* Ael. V. H. 2, 13. Hdian. 2, 14. 7. Xen. Mem. 2, 9. 5.) *iniusto modo aliquid* [ut: pecuniam] ab

aliis extorqueo, defraudo. Bis in N. T. nunc absol. Luc. 3, 14. — nunc τινός τι [= ἀφαιροῦμαί τινός τι privo aliquem aliqua re, vid. ἀφαιρέω] Luc. 19, 8. — pro עָשַׁק Iob. 35, 9. Ps. 119, 122.

Συλαγωγέω, ῶ, f. ήσω, (σῦλον, ἄγω) *praedam abduco, spolio* [Aristenaet. 2. ep. 22. Heliodor. 10. p. 512.] trop. semel in N. T. de doctoribus διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης aliquem, ut praedam, abducentibus et ad se allicientibus Col. 2, 8.

Συλάω, ῶ, f. ήσω, (σῦλον, praeda) *depraedor.* Semel in N. T. sq. accus. 2 Cor. 11, 8. ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα λαβὼν ὀψώνιον. (Ael. V. H. 1, 20. Xen. Hier. 4, 6.)

Συλλαλέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, λαλέω) *colloquor cum aliquo.* Sexies in N. T. seq. nunc dativo [vid. συγχράομαι] Marc. 9, 4. Luc. 9, 30. 22, 4. (Pol. 1, 43. 1. 4, 22. 8.) — nunc μετά c. genit. [cf. μετά p. 311 col. 2 init.] Matth. 17, 3. Act. 25, 12. — nunc πρὸς ἀλλήλους Luc. 4, 36. — (Dion. Hal. Ant. 10, 673.)

Συλλαμβάνω, et medium significatione activa [Act. 26, 21. cf. *Passow* sub h. v.] *συλλαμβάνομαι*, f. συλλήψομαι (mecum sumo Xen. Cyr. 3, 3. 1. — σύν, λαμβάνω) 1) *comprehendo*, ita de iis, qui ad poenam vel supplicium comprehenduntur, sq. accus. Matth. 26, 55. Marc. 14, 48. Luc. 22, 54. Ioh. 18, 12. Act. 1, 16. 12, 3. 23, 27. 26, 21. — pro תָּפַשׂ Ios. 8, 23. Hdian. 7, 7. 14. Xen. An. 1, 1. 3.) — de praeda facta: ἄγραν συλλαμβάνειν Luc. 5, 9. (Ael. H. Anim. 1, 2. Euripid. Orest. 1339.) — 2) *concipio*, i. e. *foetum concipio*, nunc propr. Luc. 1, 24. συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. v. 36. — additis vel ἐν τῇ κοιλίᾳ Luc. 2, 22. vel ἐν γαστρί Luc. 1, 31. Vide de his additamentis vel ubertate dicendi ad ἀναστάς sub ἀνίστημι notata. — pro הָרָה Gen. 1, 14. 17. חוּלַל Ps. 51, 6. יָלַד Gen. 30, 9. 11. (Hippocrat. Aphorism. Sect. 5. §. 46.) — nunc trop. de cupiditate excitata Iac. 1, 15. ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν. Ita pro הָרָה Ps. 7, 15. Iob. 15, 35. — 3) medium: *συλλαμβάνομαί τινι una cum aliquo manum admoveo* i. e. *opitulor, opem fero, iuvo* Luc. 5, 7. Phil. 4, 3. (Diod. Sic. 13, 5. Philostr. vit. Apoll. 2, 6. Ael. V. H. 2, 4. Xen. Mem. 2, 3. 18. Ages. 2, 31. Dem. 665, 11.) — Saepius non reperitur in N. T.

Συλλέγω, f. ξω, (σύν, λέγω) *colligo.* Octies in N. T. sq. accus. Matth. 13, 29. 30. 40. 41. — pro לָקַט Ruth. 2, 3. קָטַף Deut. 23, 26. (Diod. Sic. 4, 50. Hdian. 3, 2. 2. Xen. Anab. 4, 3. 11.) Matth. 13, 28. θέλεις — συλλέξωμεν [i. e. *colligamus* vid. θέλω] αὐτά. — τὶ ἀπό τινος Matth. 7, 16. de h. l. 3. pers. plur. sine subiecto = *man* vid. αἴρω. — τὶ εἴς τι Matth. 13, 48. — τὶ ἔκ τινος Luc. 6, 44.

Συλλογίζομαι, f. ίσομαι, dep. med. (σύν, λογίζομαι, puto; colligo rationes, computo Dem. 355 ult. Diod. Sic. 1, 5.) *reputo, cogito*, πρὸς ἐμαυτόν *apud animum meum.* Semel in N. T. Luc. 20, 5. οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτούς, λέγοντες. (Pol. 1, 44. 1. 1, 63. 8.)

Συλλυπέω, ῶ, fut. ήσω, (σύν, λυπέω) *una dolore afficio*, passiv. *συλλυπέομαι*, οῦμαι, [una cum altero dolorem sentio Theophr. Char. 1, 1. Diod. Sic. 4, 11.] *apud animum meum contristor* vel *doleo* [vid. *Fritzsche* Ev. Marc. p. 78.], ita semel in N. T. Marc. 3, 5.

Συμβαίνω, f. βήσομαι, a. 2. συνέβην (pedibus coniunctis incedo Xen. de re equestr. 1, 14. tempore contingo, der Zeit nach zusammentreffen) *contingo, evenio, accido.* Octies in N. T. a) universe, sq. dat. pers. Marc. 10, 32. Act. 3, 10. 20, 19. 1 Petr. 4, 12. 2 Petr. 2, 22. (Xen. Cyr. 1, 6. 24.) — c. duplici nom., uno obiecti, altero praedicati [vid. αἴρω p. 11 col. 1 init.] 1 Cor. 10, 11. — absol: τὰ συμβεβηκότα = *eventa* Luc. 24, 14. (1 Macc. 4, 26. Diod. Sic. 1, 22.) — b) *συμβαίνει*, impers. *accidit*, sq. acc. c. infin. Act. 21, 35. (2 Macc. 3, 2. Diod. Sic. 1, 2. Xen. Ages. 5, 3. Oecon. 9, 15.) cf. *Matth.* §. 531. *Rost* §. 126, 1. *Buttm.* §. 127. *Win.* p. 296. —

Συμβάλλω, f. βαλῶ, (a σύν et βάλλω iacio; conficio, τινί coniungo) 1) intrans. [cf. *Matth.* §. 496, 1. p. 993. *Buttm.* §. 117, not. 2. *Viger.* p. 181. *Win.* p. 197.] *convenio*, sq. dat. pers. *ich komme mit Jemandem zusammen* [vid. συγχράομαι], seq. εἰς locali Act. 20, 14. vid. εἰς p. 139 col. 2 med. — (τινὶ κατά c. accus. loci Ios. Ant. 2, 7. 5. πρός τινα Xen. Cyr. 6, 2. 41.) — sq. εἰς finali, ut εἰς πόλεμον i. e. *ad bellum gerendum* = *congredior* vel *confligo* Luc. 14, 31. Vide εἰς p. 143 col. 1. (εἰς μάχην Ios. Ant. 12, 4. 9. 12, 8. 4. τινὶ Xen. H. G. 4, 2. 22. absolute Hdian. 3, 2. 14. Pol. 1, 9. 7.) — 2) *confero* i. e. vel: *sermones confero*, *τινί* i. e. *cum aliquo disputo, colloquor c. aliquo* [cf. *Win.* p. 533.] Act. 17, 18. — (Iamblich. vit. Pythag. c. 2. Ceb. Tab. c. 33. Ios. Arch. 1, 12. 3. — συμβάλλω λόγους Eurip. Iphig. Aul. 830. et συμβάλλεσθαι λόγους Xen. Cyr. 2, 2. 21. et absolute An. 4, 6. 14.) — vel: *consilia confero* Act. 4, 15. συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους. (addito βουλεύματα Eurip. Phoen. v. 705.) — ἐν τῇ καρδίᾳ = *mente volvo* Luc. 2, 19. (ita συμβάλλομαι Soph. OC. v. 1151 et βάλλομαι ἐνὶ φρεσί Hom. Il. 1, 297.) — 3) med. συμβάλλομαι [ich trage *von dem Meinigen* bei] *confero* i. e. *conduco, prosum*, πολύ τινι *multum alicui* Act. 18, 27. (Cebet. Tab. c. 33. Diod. Sic. 1, 2. Pol. 2, 13. 1. Philostr. vit. Sophist. 1, 9. 1. Xen. Cyr. 1, 2. 8.) — Saepius non legitur in N. T.

Συμβασιλεύω, f. εύσω, (σύν, βασιλεύω) *regno cum aliquo*, [propr. τινί Lucian. D. D. 16, 4. Pol. 30, 2. 4.] de Christianis dignitatis et felicitatis, qua fruitur Iesus Dominus, sociis olim futuris; ita bis 2 Tim. 2, 11. — sq. dat. pers. 1 Cor. 4, 8.

Συμβιβάζω, f. άσω, (σύν, βιβάζω adscendere facio; propr. una adscendere facio) 1) *coniungo, concilio*, de animorum coniunctione, sq. accus. Eph. 4, 16. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα — συμβιβαζόμενον. — συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ *coniuncti amore* [vid. ἐν p. 172 col. 2 init.] Col. 2, 2. quo l. si a genit. transitur ad nominat. vid. ad Eph. 4, 2. sub ἀνέχω observata et de h. l. lect. *Griesb.*, *Knapp*, Scholt, *Win.* p. 497. — Col. 2, 19. — (Dio Cass. 37. p. 62. Thuc. 2, 29.) — 2) *conicio* [= συμβάλλω diversa inter se confero, comparo] i. e. *colligo, schliessen, vermuthen*, sq. ὅτι c. indic., loco accus. c. inf. Act. 16, 10. — 3) ex usu τῶν ο' — Atticorum προσβιβάζω, διδάσκω [cf. *Passow* Vol. 2. p. 997.] *doceo*, τινά 1 Cor. 2, 16. — pro הוֹדִיעַ Ies. 40, 13. הֵבִין v. 14. — sq. dupl. accus. pro הוֹרָה Exod. 4, 12. 18, 16. — sq. ὅτι loco accus. c. inf. Act. 9, 22. — Saepius non extat in N. T.

Συμβουλεύω, f. εύσω, (σύν, βουλεύω) 1) *consilium do, suadeo alicui*, τινί, sq. infinit. Apoc. 3, 18. — seq. ὅτι Ioh. 18, 14. coll. 11, 50. — (Xen. Mem. 1, 3. 6. τινί τι Ael. V. H. 8, 1.) — pro יָעַץ Ex. 18, 19. 2 Sam. 17, 15. — 2) med. *συμβουλεύομαι consilium ineo, delibero, mit und unter einander zu Rathe gehen*, signif. reciproca vid. βουλεύομαι. [Sirac. 8, 17. 9, 14. Xen. Cyr. 2, 1. 7.] — sq. ἵνα finali Matth. 26, 4. Ioh. 11, 53. — sq. inf. finali [vid. ἄγω] Act. 9, 23. — Saepius non legitur in N. T.

Συμβούλιον, ίου, τό, (σύμβουλος) *consilium*, quod datur, initur, petitur. Octies in N. T. συμβ. λαμβάνω Matth. 27, 7. 28, 12. — seq. κατά τινος, *contra aliquem*, ὅπως *hoc consilio ut* Matth. 12, 14. vel ὥστε seq. infinit. 27, 1. ad quem l. vid. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 796. — συμβ. ποιεῖν *consilia agitare*, μετά τινος Marc. 15, 1. κατά τινος ὅπως *contra aliquem, ut* Marc. 3, 6. — metonym. pro: *consiliarii*, i. q. *πάρεδροι*, [vid. αἰχμαλωσία] de assessoribus, cum quibus, antequam decernerent, deliberare solebant praesides provinciarum Act. 15, 12. Cf. Lamprid. vit. Alexand. Sever. c. 46. Sueton. vit. Tiber. c. 23. Ios. de bell. iud. 1, 2. 16. Cicer. Verr. 2, 13.

Σύμβουλος, ου, ὁ, (σύν, βουλή) *consiliarius*, qui *est a consiliis.* Legitur tantum Rom. 11, 34. — pro יֹעֵץ 2 Sam. 15, 12. אִישׁ עֵצָה Ies. 40, 13. (Ael. V. H. 12, 25. Hdian. 1, 8. 1. Xen. Symp. 8, 39.)

Συμεών, vel *σιμεών*, ὁ, [terminat. graeca συμεώνιος, ὁ, Ios. Ant. 2, 6. 5.] *Simeon*, hebr. שִׁמְעוֹן, nomen propr. quo venit in N. T. 1) filius secundus Iacobi patriarchae, natus e Lea Apoc. 7, 7. — 2) unus ex posteris Abrahami Luc. 3, 30. — 3) vir Iudaeus, qui Iesum infantem in ulnas recepit et qui pater Gamalielis et filius Hil-

lolis habebatur Luc. 8, 25. 34. — 4) vir, qui cognominatur Niger Act. 13, 1. — 5) Petrus Apostolus, alias σίμων dictus Act. 15, 14. 2 Petr. 1, 1.

Συμμαθητής, οῦ, ὁ, (ex σύν et μαθητής) *condiscipulus*. Extat tantum Ioh. 11, 16. (Aesop. fab. 48.) Quamquam eiusmodi substantiva composita abesse docet *Phrynich*. p. 172. ed. *Lob*. ab elegantia Atticorum, tamen eadem composita, si nomina sunt πρόςκαιρα et ad ea pertinent, quae intra aliquod tempus consistunt, minus taxanda esse, observavit *Scaliger* v. *Lob*. ad Phryn. p. 471. *Win*. p. 26.

Συμμαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, (a σύν et μαρτυρέω testor) *una* vel *simul testor*. Ter in N. T. τινί *cum aliquo* [vid. συγχράομαι], sq. ὅτι Rom. 8, 16. 9, 1. Cf. ad hos l. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 142. 241. — (Xen. hist. gr. 3, 3. 2. 7, 1. 34.) — abest dativus Rom. 2, 15. συμμαρτυρούσης — συνειδήσεως *simul* [scil. cum honestis gentilium moribus] *eorum conscientia testante*. Vid. *Fritzsche* l. l. Vol. 1. p 120 sq. *Meyer* ep. P. ad Rom. p. 60. — [Apoc. 22, 18. vid. de h. l. lect. suspecta *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*.]

Συμμερίζω, f. ίσω, (σύν, μερίζω) *divido cum aliquo*; med. *συμμερίζομαί τινι*, *divido simul cum aliquo ita, ut ad me redeat pars*, i. e. *simul cum aliquo partem* [ut victimarum] *accipio*. Ita semel legitur 1 Cor. 9, 13. τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται.

Συμμέτοχος, ου, ὁ, — ον, τό, (σύν, μέτοχος) *una cum aliquo particeps alicuius rei*, sq. genit. [Vid. κοινωνέω.] Bis Eph. 3, 6. 5, 7. (ita συμμετέχω 2 Macc. 5, 20. Xen. An. 7, 8. 17.)

Συμμιμητής, οῦ, ὁ, (σύν, μιμέομαι imitor) *una cum aliis imitans aliquem*. Semel in N. T. Phil. 3, 17. — De eiusmodi compositis vide ad συμμαθητής adnotata, et de genit. μοῦ sub σύμμορφος monita.

Συμμορφίζω, f. ίσω, (σύν, et μορφή forma) *conformem* vel *similem reddo*. Ita codd. Phil. 3, 10. συμμορφιζόμενος pro: συμμορφούμενος. Cf. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Hölemann*.

Σύμμορφος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σύν, μορφή) *conformis*, *similis*. Bis: sq. vel genit. ut τῆς εἰκόνος Rom. 8, 29. — De adiectivis compositis cum σύν, quatenus secum habeant interdum genit. cf. *Matth*. §. 379. *Rost* §. 108, not. 2. — vel dat. [vid. ὁ αὐτός], ut τῷ σώματι Phil. 3, 21. — De usu huius adiect. proleptico vid. ἄμεμπτος. —

Συμμορφόω, ῶ, f. ώσω, (σύμμορφος, quod vid.) *conformo*, *similem reddo*, τινί, ita semel in N. T. Phil. 3, 10.

Συμπαθέω, ῶ, f. ήσω, (συμπαθής quod vid.) *compatior* i. e. *eodem sensu tangor*, *quo alter*, *mitempfinden*. Bis in N. T. ut ταῖς ἀσθενείαις τινός [de quo dat. aequalitatis vid. ὁ αὐτός] Hebr. 4, 15. τοῖς δεσμίοις *cum captivis* [vid. συγχράομαι] Hebr. 10, 34. De h. l. lect. δεσμίοις praeferenda vid. *Griesb.*, *Knapp*, *Schott*, *Schulz*, *Bleeck*. (Plut. Timoleon. c. 14. Philo de Septenar. 18. p. 1187. E. τῷ ἀπόρως ἔχοντι συνεπάθησε.)

Συμπαθής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (σύν, πάσχω) *una patiens cum aliis* i. e. *eodem*, *quo alter*, *sensu affectus*, *mitempfindend*, *theilnehmend*, semel in N. T. de misericordibus 1 Petr. 3, 8. (Pol. 10, 58. 8. 15, 9. 3. Ios. Ant. 19, 7. 3.)

Συμπαραγίνομαι, (σύν, παραγίνομαι adsum) *simul adsum*, *una accedo*. Bis in N. T. seq. ἐπί τι i. e. *alicuius rei causa* [vid. de ἐπί finali ἐπί p. 190 col. 2.] Luc. 23, 48. — addito dativo personae [vid. συγχράομαι] = *auxilio adsum alicui*, opp. ἐγκαταλείπω desero, ita 2 Tim. 4, 16. — pro לְוָה Ps. 83, 9. (Thuc. 2, 82.)

Συμπαρακαλέω, ῶ, f. ήσω, a. 1. p. συμπαρεκλήθην (σύν, παρακαλέω — simul cum aliis advoco aliquem, de invitante Xen. Cyr. 3, 3. 21. 8, 1. 38. una cum aliis adhortor Pol. 5, 83. 3.) *simul adhortor*, vel *simul roboro*. Extat tantum Rom. 1, 12. συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν [= *in medéis vobis* i. e. *inter vos* vid. ἐν p. 165 col. 2.] Cf. *Fritzsche* et *Meyer* ad h. l.

Συμπαραλαμβάνω, a. 2. συμπαρέλαβον (σύν, παραλαμβάνω) *simul assumo aliquem*. Quater in N. T. de iis, qui simul socium sibi sumunt aliquem, τινά Act. 12, 25. 15, 37. 38. Gal. 2, 1. (Ael. V. H. 8, 7. Hdian. 2, 2. 2.)

Συμπαραμένω, f. μενῶ, (σύν, παραμένω) *una cum aliis permaneo*, τινί [vid. συγχράομαι], ita semel in N. T. Phil. 1, 25. — (οἱ ο' Ps. 72, 5.)

Συμπάρειμι, (σύν, πάρειμι) *una* vel *simul adsum*, τινί *cum aliquo*, ita in N. T. Act. 25, 24. (Lucian. Dial. Deorr. 20, 22. Xen. Oec. 11, 24.)

Συμπάσχω, (σύν, πάσχω) *in societatem malorum alicuius venio*. Bis in N. T. a) univ. = *una cum aliquo doleo* 1 Cor. 12, 26. (Diod. Sic. 4, 11. Pol. 15, 9. 4.) — b) de personis in malorum a Christo moribundo exhaustorum societatem venientibus [vid. πάσχω] Rom. 8, 17.

Συμπέμπω, f. ψω, (σύν, πέμπω) *una* vel *simul mitto*. Bis in N. T. sq. nunc μετά τινος [vid. μετά p. 311 col. 2.] 2 Cor. 8, 18. (Xen. H. G. 1, 14. 21.) — nunc dat. [vid. συγχράομαι] 2 Cor. 8, 23. (Xen. Cyr. 3, 2. 28.)

Συντάσσω, vel ττω, f. ξω, (σύν, τάσσω ordino; una cum aliis ordino Dem. 1378, 26. Xen. Cyr. 8, 6. 14.) *iubeo, mando*. Bis in N. T. sq. dat. pers. [vid. παραγγέλλω] Matth. 26, 19. 27, 10. —pro צִוָּה Gen. 26, 11. (Diod. Sic. 1, 70. Ael. V. H. 9, 18. Xen. Cyr. 8, 2. 3.)

Συντέλεια, ας, ἡ, (συντελέω quod v.; perfectio, absolutio, Vollendung, Diod. Sic. 18, 14.) *finis alicuius rei*. Sexies in N. T. ut τοῦ αἰῶνος vel τοῦ αἰῶνος τούτου Matth. 13, 39. 40. 49. 24, 3. 28, 20. — τῶν αἰώνων Hebr. 9, 26. — pro כָּלָה Ier. 4, 27. קֵץ Dan. 12, 4. אַחֲרִית Deut. 11, 12. (Pol. 4, 28. 3. 11, 33. 7.)

Συντελέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, τελέω quod v.; propr. una perficio Hdian. 2, 2. 15.) 1) *prorsus perficio, absolvo, ad finem perduco, zu Ende bringen, vollenden* a) proprie: sq. accus. rei Matth. 7, 28. Luc. 4, 13. (Diod. Sic. 1, 3. Hdian. 4, 2. 20. Dem. 522, 4.) — de tempore Luc. 4, 2. 21, 27. — Ita pro הִקִּיף Iob. 1, 5. — b) *perficio* i. e. *eventu comprobo*, ut λόγον Rom. 9, 28. λόγον γὰρ συντελῶν scil. ἐστὶν ὁ θεός i. e. *quod enim dixit* [coll. v. 27.] *peragit*. — πάντα ταῦτα Marc. 13, 4. Alii metaph. dici h. l. existimantes explicant: *conficio* i. e. *consumo, destruo, ein Ende machen*. Ita pro כָּלָה Ies. 10, 22. — 2) *conficio* [propr. *verfertigen* Xen. Cyr. 6, 1. 50.] συντελεῖν διαθήκην i. e. *foedus pangere* Hebr. 8, 8. Ita pro כָּרַת Ier. 34, 15. — Saepius non legitur in N. T.

Συντέμνω, f. τεμῶ, perf. τέτμηκα, (σύν, τέμνω caedo; praecido, ut τὰς πρώρας τῶν νεῶν Thuc. 7, 36. minuo, decurto, ut τὴν μισθοφοράν Thuc. 8, 45. breviter absolvo i. e. vel: paucis verbis comprehendo, kurz abmachen, ut τὰ τῶν πολέμων κακά 2 Macc. 10, 10. λόγον Eur. Iphig. A. v. 1249. vel:) *viae compendio utens* i. e. *celeriter absolvo aliquid* [absol. Hdot. 7, 123. τοὺς πόνους Eur. Rhes. v. 450. τινά celeriter aliquem corripio Soph. Antig. v. 1090. συντόμως βοηθεῖν 3 Macc. 3, 25. συντόμως ποιεῖσθαι τὴν ἄφοδον Ios. Ant. 2, 15. 1.] λόγον i. e. *quod dixi = oraculum, celeriter perago*, ita bis Rom. 9, 28. λόγον γὰρ — συντέμνων i. e. *oraculum* [coll. v. 27.] Deus *peragit et celeriter peragit*. Ibid. ὅτι — γῆς *nam oraculum maturatum* [i. e. cuius eventum maturare vel accelerare decrevit] *ad eventum adducet Dominus in terris*. Cf. de h. l. verbis non ad textus hebraici, sed ad verba τῶν ο' Ies. 10, 22. 23. a Paulo excitatis et ad causam suam translatis *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 359 sq. coll. *Meyer* ep. ad Rom. p. 224 sq.

Συντηρέω, ῶ, f. ήσω, (σύν et τηρέω) 1) *una servo, conservo*, ita de vino et utribus simul conservatis Matth. 9, 17. Luc. 5, 38. — 2) *apud animum meum* vel *mecum servo* [vid. σύν no. 3. e.], τί, ut τὰ ῥήματα ταῦτα, Luc. 2, 19. (additur ἐν τῇ καρδίᾳ Dan. 7, 28. vel παρ' ἑαυτῷ Pol. 31, 6. 5.) — τινά = *apud animum meum aliquem observo = colo aliquem* Marc. 6, 20. — Saepius non extat in N. T.

Συντίθημι, f. θήσω, (σύν, τίθημι pono) *compono* [Xen. Mem. 3, 1. 7. Ael. V. H. 2, 23]; med. συντίθεμαι, a. 2. συνεθέμην, plusqpf. passiv. signif. medii [vid. ἐπικαλέω] συνετεθείμην signif. reflexiva [vid. βουλεύομαι] *mit oder unter einander übereinkommen, unter sich festsetzen, convenio*. Ter in N. T. seq. vel ἵνα finali [vid. ἵνα p. 240 col. 1. fin.] Ioh. 9, 22. — vel τοῦ c. infinit. consilii indice [vid. ὁ, ἡ, τό p. 338 col. 1.] Act. 23, 20. (seq. infinit. simplici Xen. An. 4, 2. 1.) — de paciscentibus = *polliceor*, sq. inf. ut αὐτῷ δοῦναι ἀργύριον. (1 Macc. 15, 27. Ios. Ant. 13, 4. 7. Xen. Oec. 12, 2.) —

Συντόμως, adv. (συντέμνω, quod v.) *concise*, metaph. *breviter*. Extat tantum Act. 24, 4. παρακαλῶ, ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως. (Ios. c. Apion. 1, §. 6 et 1.)

Συντρέχω, aor. 2. συνέδραμον, (σύν, τρέχω) 1) *concurro*, de multitudine concurrente, *confluo*, addito ἀπό c. genit. loci Marc. 6, 33. — sq. πρός τινα Act. 3, 11. (ἐπί τι 2 Macc. 3, 19. — absol. Plut. apophth. Alex. Mor. 2, p. 24. ed. *Tauchn*. Thuc. 6, 57.) — 2) *curro cum aliquo* [Xen. Cyr. 2, 2. 9.] metaph. sq. εἴς τι = *ruo c. aliquo in aliquid* 1 Petr. 4, 4. — Saepius non legitur in N. T.

Συντρίβω, f. ψω, (σύν, τρίβω tere) *frango, confringo* a) propr. sq. accus. ut τὰς πέδας Marc. 5, 4. 14, 3. ὀστοῦν Ioh. 19, 36. Apoc. 2, 27. — pro שָׁבַר Gen. 19, 9. רָצַץ Ps. 74, 14. (Ael. V. H. 19, 61. Diod. Sic. 19, 16. Xen. Cyr. 6, 1. 29. Thuc. 4, 11.) — *conquassandi* sens. κάλαμον *das eingeknickte Rohr* Matth. 12, 20. Ita pro רָצַץ Ies. 42, 3. — b) metaph. pro: *vires frango, conficio aliquem* Luc. 9, 39. de h. l. praesenti pertinente ad rem saepius repetitam vid. ἄν p. 23 col. 2. coll. *Bornem.* Schol. p. 61. (Hdian. 5, 4. 20.) — Rom. 16, 20. (Pol. 26, 3. 6.) — συντετριμμένος τὴν καρδίαν [de quo accus. vid. ἀριθμός, δίω] *fractus animo* i. e. *miser, afflictus* Luc. 4, 18. e lect. vulg. vid. *Griesb. Schott, Knapp, Theile, Meyer, de Wette.* (Ita absolute Polyb. 5, 58. 13. et additis: τοῖς φρονήμασι Diod. Sic. 11, 78. ταῖς διανοίαις Pol. 31, 18. 11. ταῖς ψυχαῖς Diod. Sic. 26, 8.) — Saepius non legitur in N. T.

Σύντριμμα, τος, τό, (συντρίβω contero; contritum, fractum) *contritio, Zermalmung.* Semel in N. T. Rom. 3, 16. σύντριμμα — ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. — pro שֹׁד Ies. 59, 7. עַצֶּבֶת Ps. 147, 3. קֶצֶף Prov. 23, 29.

Σύντροφος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σύν, τρέφω nutrio, una nutritus Xen. Mem. 2, 3. 4.) *una cum aliquo educatus.* Semel in N. T. Act. 13, 1. (2 Macc. 9, 29. Ael. V. H. 12, 26. Diod. Sic. 1, 53.)

Συντυγχάνω, aor. 2. συνέτυχον, (σύν, τυγχάνω) *convenio cum aliquo, occurro alicui, mit Jemandem zusammentreffen*, sq. dat. pers. Ita semel in N. T. Luc. 8, 19. οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον. (Ios. Ant. 1, 19. 3. Hdian. 2, 14. 12. Xen. Mem. 2, 3. 16.)

Συντύχη, ης, ἡ, *Syntyche*, nomen propr. mulieris Phil. 4, 2.

Συνυποκρίνομαι, dep. passiv. [ita ὑποκρίνομαι Ctes. Pers. 41.] *una cum alio simulo*, sq. dat. pers., ita semel in N. T. Gal. 2, 13. — (absolute Plut. vit. Marii c. 14. Pol. 3, 52. 6. 3, 92. 5.)

Συνυπουργέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, ὑπουργέω adiuvo, opem confero) *una cum aliis adiuvo aliquem*, τινί i. e. *ratione habita alicuius* [de quo dat. usu vid. ἀγαλλιάω], ut τῇ δεήσει, ita semel in N. T. 2 Cor. 1, 11. (Lucian. in bis accusato §. 17.)

Συνωδίνω, νῶ, (σύν, ὠδίνω quod v.) *simul dolores partus sentio* [Porphyr. de abstin. 3, 10. Eur. Helen. v. 732 vel 726.] pro: *vehementissimos sentio dolores cum aliis.* Ita semel Rom. 8, 22. —

Συνωμοσία, ας, ἡ, (σύν, ὄμνυμι iuro) *coniuratio.* Legitur tantum Act. 23, 13. οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες. (συνωμοσία Diod. Sic. 1, 60. Hdian. 7, 1. 11. Thuc. 8, 81.)

Συρακοῦσαι, et συράκουσαι, ῶν, αἱ, [de quo plur. vid. ἄζυμος] *Syracusae*, hodie *Siragossa*, urbs maritima Siciliae celeberrima et amplissima, portu instructa, quam Strabo 6. p 415. e quinque urbibus in unam coaluisse et ambitum 180 stadiorum habuisse narrat. Fuit eadem urbs Archimedis patria. — Act. 28, 2. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub h. vocab.

Συρία, ας, ἡ, *Syria*, hebr. אֲרָם, regio amplissima Asiae maioris, sita inter Palaestinam, Taurum et Tigridem. Tempore exilii una cum Phoenicia regibus Babyloniorum, tum Persarum paruit. Postquam vero haec terra Romanorum imperio adiecta fuit, primum iuncta cum Palaestina a Proconsulibus administrabatur, post vero Syriam Proconsuli, Palaestinam Procuratoribus gubernandam tradere, imperatoribus visum est. Matth. 4, 24. Luc. 2, 2. Act. 15, 23. 41. 18, 18. 20, 3. 21, 3. Gal. 1, 21. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Syrien, Phoenicien.*

Σύρος, ου, ὁ, *Syrus.* Luc. 4, 27.

Συροφοινίκισσα, [ita *Griesb.* ed. *Schulz, Knapp, Theile*] etiam συροφοίνισσα [ita *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Syrophoenice, Fritzsche* Ev. Marc. p. 296. *Schott*, coll. *Meyer, de Wette*] ης, ἡ, *Syrophoenissa* i. e. mulier habitans in confiniis Tyri et Sidonis Marc. 7, 26.

Συροφοίνισσα, vid. vocab. praecedens.

Σύρτις, εως, vel ιος, ἡ, *Syrtis* i. e. locus maris vadosus et arenosus; infames maxime erant Syrtes maris Libyae in littore Africae Diod. Sic. 3, 49. Aristot. de mund. c. 3. §. 7. — Act. 27, 17.

Σύρω, f. ρῶ, *traho, ziehen, schleppen.* Quinquies in N. T. sq. accus. vel rei, ut τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων Ioh. 21, 8. — Apoc. 12, 4. — pro סָחַב 2 Sam. 17, 13. (Hdian. 5, 8. 17.) — vel personae, ut de iis, qui ad iudicem, ad vincula vel supplicium trahuntur Act. 8, 3. 14, 19. — iunct. c. pluribus particip., quorum alterum σύροντες resolvendum per: *cum*, alterum βοῶντες explicandum est per: *dum* [vid. ἀνάγω] Act. 17, 6. (Lucian. Lexiphan. 10. Arrian. dissert. epict. 1, 29.)

Συσπαράσσω, vel ττω, f. ξω, (σύν intendens, σπαράσσω, quod v.) i. q. σπαράσσω sed fortius: *vehementer distorqueo, lacero*, sq. accus., ita semel in N. T. Luc. 9, 42.

Σύσσημον, ου, τό, (neutr. adiect. σύσσημος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, una signatus. — a σύν et σῆμα, signum) *signum, ein Zeichen*, de signo, quod e composito datur [vox serioris aetatis pro Atticorum σημεῖον. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 418. 421. *Sturz* de dial. alex. p. 196]. Semel legitur Marc. 14, 44. — pro מַשְׂאֵת Iudd. 20, 38. 40. נֵס Ies. 5, 26. (Anthol. gr. T. I. p. 234. ed. *Iacobs.* Diod. 11, 61. Strabo 6. p. 428.)

Σύσσωμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (σύν, σῶμα corpus) *ad idem corpus pertinens*, vox soli Paulo propria neque nisi Eph. 3, 6. obvia de hominibus ad unum idemque σῶμα [scil. τοῦ χριστοῦ] i. e. *ad unum eundemque coetum* cultorum Iesu *pertinentibus.* Vide σῶμα.

Συστασιαστής, ου, ὁ, (σύν, στάσις seditio, vel στασιάζω) *socius seditionis.* Semel in N. T. Marc. 15, 7. — De nominibus huius generis v. sub συμμαθητής observata. —

Συστατικός, ή, όν, (συνίστημι quod v.) *commendans, commendaticius.* Semel in N. T. ut ἐπιστολή 2 Cor. 3, 1. (Arrian. dissert. epictet. 2, 3. Diog. Laërt. 5, 18. Stobaeus sermon. 64. p. 408.)

Συσταυρόω, ῶ, f. ώσω, (σύν, σταυρόω) *una cum alio crucifigo* vel *in crucem ago.* Quinquies in N. T. sq. τινά τινι, ita propr. Matth. 27, 44. Marc. 15, 32. Ioh. 19, 32. — metaph. de hominibus, qui, ut Christus, in crucem actus, vitam deposuit, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον i. e. pristinam agendi rationem deposuerunt. Vid. quae ad συνθάπτω supra observata sunt. — Rom. 6, 6. Gal. 2, 20.

Συστέλλω, f. στελῶ, (σύν, στέλλω) 1) *contraho*, [Theophr. Caus. pl. 1, 17. Diod. Sic. 1, 41.] τὸν καιρόν. 1 Cor. 7, 29. ὁ καιρὸς — ἐστὶν *tempus* [scil. τῆς παρουσίας der bis zur Parusie noch währende Zeitlauf] *contractum est.* Cf. ad h. l. *Meyer, de Wette.* — 2) *contego, obtego, bedecken*, τινά Act. 5, 6. (Eur. Troad. v. 376. ita περιστέλλω Ios. Ant. 19, 4. 1.) alii: *fasciis et linteis sepulcralibus obvolvo*, sens. *sepeliendum curo.* Vid. tamen *Meyer* et *de Wette* ad h. l. — Saepius non extat in N. T.

Συστενάζω, f. ξω, (σύν, στενάζω quod v.) *congemisco, una cum aliis gemisco.* Legitur tantum Rom. 8, 22.

Συστοιχέω, ῶ, f. ήσω, (σύν, στοιχέω ordine procedo) *in eodem ordine sum, τινί, cum aliquo* [ita de militibus Pol. 10, 21. 7.] i. e. *ich gehöre in dieselbe Kategorie mit etwas*, ita semel de Hierosolymis praesentibus eadem, qua Hagar [servili scil.] conditione utentibus ex opp. τῆς ἄνω ἱερουσαλήμ olim futurae Gal. 4, 25. (Ita σύστοιχος similis, congruus Pol. 13, 8. 1. Theophr. Caus. plant. 6, 4.)

Συστρατιώτης, ου, ὁ, (σύν, στρατιώτης miles) *commilito, miles socius* [Xen. An. 1, 2. 26. Isaeus 232, 8. Hdian. 1, 5. 8. Plut. Vit. Galb. c. 27.], relate ad res christianas = *laborum et periculorum ob Christi causam sustinendorum socius*, ita bis Phil. 2, 25. Philem. v. 2.

Συστρέφω, f. ψω, (σύν, στρέφω verto) *contorqueo, convolvo, colligo, zusammenraffen*, ut φρυγάνων πλῆθος, ita semel Act. 28, 3. (De hominibus collectis 1 Macc. 12, 50. 2 Macc. 14, 30. Diod. Sic. 3, 35.)

Συστροφή, ῆς, ἡ, (συστρέφω quod v.) *coitio, concursus*. Bis in N. T. de concursu tumultuoso Act. 19, 40. Vide de h. l. sub voc. λόγος p. 296 col. 2 notata. — ποιεῖν συστροφήν *sich zusammenrottiren, concursum facere* Act. 23, 12. (1 Macc. 14, 44. Dion. Hal. Ant. 7, 14. Pol. 4, 34. 6.)

Συσχηματίζω, f. ίσω, (σύν, σχηματίζω formo) *eandem formam do, quam habet alter*; passiv. *conformor*, signif. reflexiva [vid. ἁγνίζω] i. e. *eandem formam sumo*, metaph. *eosdem mores sequor, quos sequitur alter*. Bis in N. T. sq. dat. ut τῷ αἰῶνι τούτῳ Rom. 12, 2. 1 Petr. 1, 14. (Plut. vit. Numae c. 20. συσχηματίζονται πρὸς τὸν ἐν φιλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῇ πρὸς αὐτούς.)

Συχάρ, ἡ, etiam σιχάρ, item, ut Act. 7, 16. συχέμ, ἡ, *Sychar*, nomen urbis, post Neapolis (Ios. de bell. Iud. 5, 4) vel Flavia Neapolis, hodie *Naplusa* appellatae. Haec Samariae vel Palaestinae mediae urbs, interiacens finibus tribus Ephraim et montibus Garizim et Ebal, assignata fuit Levitis atque asylo antiquitus inserviit Ios. 20, 7. 21. 28. Dirutam ab Abimelecho mox restituerunt Israelitae Iud. 9, 45. et quemadmodum memorabilis est ob comitia ibi habita, quae sequeretur regni 12 tribuum discissio, ita ab hoc inde tempore regum erat 10 tribuum et sedes Ieroboami 1 Regg. 12, 25. Eadem urbs etiam post exilii tempora metropolis fuit cultus samaritani. Ioh. 4, 5. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Sichem*.

Συχέμ, ὁ, *Sychem* vel *Sichem*, hebr. שְׁכֶם, nomen propr. viri, qui filius fuit Hemor et ob struprum Dinae, filiae Iacobi illatum, ab huius filiis trucidatus est Act. 7, 16.

Συχέμ, ἡ, *Sychem* i. q. συχάρ quod v. Act. 7, 16.

Σφαγή, ῆς, ἡ, (σφάζω vel σφάττω) *mactatio, iugulatio*. Ter in N. T. Act. 8, 32. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη coll. Ies. 53, 7. ubi pro טֶבַח „Schlachtbank" habent: σφαγή. Rom. 8, 36. πρόβατα σφαγῆς i. e. *pecudes mactationi destinatae*. Cf. de genit. vi latius patente ἄζυμος. — Ita pro צֹאן הַהֲרֵגָה Zachar. 11, 4. et pro צֹאן טִבְחָה Ps. 44, 23. — Iac. 5, 5. ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς i. e. *wie in der Nähe des Schlachttages*. —

Σφάγιον, ίου, τό, (σφάζω vel σφάττω) *victima, hostia*. Semel in N. T. Act. 7, 42. — pro זֶבַח Amos. 5, 25. (Plut. v. Solon. c. 9. Pol. 4, 17. 11. Thuc. 6, 69.)

Σφάζω vel σφάττω vel σφάσσω, f. ξω, 1) *macto*, sq. accus. Apoc. 5, 6. 13. 13, 8. — pro שָׁחַט Ies. 22, 13. (Aesop. fab. 23. Xen. An. 2, 2. 9.) — 2) *occido, interficio*, sq. acc. 1 Ioh. 3, 12. ὃς ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Apoc. 5, 9. 6, 4. 9. 18, 24. (1 Macc. 1, 2. Aeschin. 27, 10. Xen. Cyr. 7, 3. 14. Hdot. 5, 5.) — *vulnerandi* sens. Apoc. 13, 3. Vide de h. l. sub εἰς p. 142 col. 1 fin. observata. — Saepius non legitur in N. T.

Σφόδρα, adv. (propr. nomin. plural. neutrius adiectivi σφοδρός acer, vehemens, v. ἀκριβής, πολλὰ sub πολύς) *vehementer, valde*. Undecies in N. T. nunc verbo postponitur, ut ἐκπλήττεσθαι Matth. 19, 25. λυπεῖσθαι Matth. 17, 23. 18, 31. 26, 22. πληθύνεσθαι Act. 6, 7. φοβεῖσθαι Matth. 17, 6. 27, 54. nunc adiectivis [de adverbio adiectivis postposito vid. *Bornem.* Schol. p. 115.], ut μέγας σφόδρα Matth. 2, 10. Luc. 18, 23. separatum ab adiectivo legitur Apoc. 16, 21. (Ios. Ant. 4, 5. 3. — Ael. V. H. 2, 1. Xen. Mem. 2, 7. 5.)

Σφοδρῶς, adv. (σφοδρός) *vehementer, acriter*. Semel in N. T. σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν Act. 27, 18. (Sir. 13, 13. Hdian. 4, 13. 4. Xen. Oec. 5, 4.)

Σφραγίζω, f. ίσω, (σφραγίς sigillum) 1) *sigillum imprimo, signo* a) propr., sq. accus. ut τὸν λίθον Matth. 27, 66. — sq. ἐπάνω τινός Apoc. 20, 3. quo loco si, praecedente τὴν ἄβυσσον, dedit Ioh. ἐπάνω αὐτοῦ, nomen masculinum, cognatum voci ἄβυσσος, ut ὁ ᾅδης, ὁ τάρταρος, in mente habuerit necesse est. Cf. *Herm.* ad Vig. p. 716. *Bornem.* ad Xen. Cyr. 7, 5. 2. — (absol. Tob. 7, 16. Histor. dracon. v. 14. Diog. Laërt. 4, 59.) — b) trop. pro: *abscondo, claudo* = σφραγίζω σιγῇ, sq. accus. Apoc. 10, 4. 22, 10. (Stob. 34. p. 215. σφράγισον τοὺς μὲν λόγους σιγῇ.) — — 2) ex adiuncto: *notam imprimo, signo, bezeichnen*, τινὰ ἐπί τινος, ut ἐπὶ τῶν μετώπων *ein Zeichen auf die Stirne drücken* [vid. ἐπί p. 184 col. 1 extr.] Apoc. 7, 3. — ἐσφραγισμένας, *signo notatus* Apoc. 7, 4 — 8. (δελτοῖς σημάντροισιν Eur. Iphig. Taur. 1372.) — 3) cum, quae sigillo nostro obsignamus, a nobis profecta esse testamur, σφραγίζω metaph. dicitur pro: *confirmo, bestätigen* = μαρτυρέω, de rebus, sq. ὅτι Ioh. 3, 33. (Anth. gr. Vol. 2. p. 147. ed. *Iacobs.*) — sq. accus. pers. = *certe doceo* vel *testor, esse aliquem talem, qualem se esse profitetur* Ioh. 6, 27. — passiv. σφραγίζομαι, *confirmor*, τῷ πνεύματι — τῷ ἁγίῳ *ich werde als ein* πιστεύσας *bestätigt* oder *beglaubigt donatione spiritus div.* Eph. 1, 13. de h. l. ἐν ᾧ scil. χριστῷ vid. ἐν p. 171 col. 2 fin. — Eph. 4, 30. ἐν ᾧ [*per quem, quo auctore*, vid. ἐν p. 172 col. 1.] ἐσφραγίσθητε. — med. σφραγίζομαί τινα *argumentis doceo* vel *confirmo, esse aliquem meum*, ita de Deo, Paulum esse ministrum suum vel *civem esse regni sui*, confirmante 2 Cor. 1, 22. (Philo de vit. Mos. 1. p. 607. C. de somn. p. 588. E.) — σφραγίζομαί τινί τι e confusione duarum locutt. pro: σφραγισάμενος παραδίδωμί τινί τι *ich überliefere Jemandem etwas mich selbst* für die Richtigkeit der Uebergabe *verbürgend*, *me* vel *fidem meam interponens trado alicui aliquid*, i. e. *Jem. etwas richtig* oder *gewissenhaft überliefern* [vid. de vi medii in verbis desinentibus in ίζω *Rost* §. 113, not. 3.] Rom. 15, 28. (ita σφραγίζειν τὸ ἀργύριον 2 Regg. 22, 4.) — Saepius non legitur in N. T.

Σφραγίς, ῖδος, ἡ, 1) *sigillum alicui rei impositum* a) propr. Apoc. 5, 1. 2. 5. 9. 6, 1. 3. 5. 7. 9. 12. 8, 1. — pro חוֹתָם Cant. 8, 6. (Hist. Drac. v. 21. Hdian. 7, 6. 15. Pol. 24, 4. 10 et 15. Xen. H. G. 7, 1. 27.) — b) de annulo signatorio vel de instrumento, quod signandae alicui rei vel personae inservit Apoc. 7, 2. 9, 4. Ita pro חוֹתָם 1 Regg. 21, 8. — 2) metaph. = vel: *nota impressa*, de inscriptione 2 Tim. 2, 19. — vel: *firmamentum, argumentum, pignus* [affert enim appositum sigillum tabulis fidem] Rom. 4, 11. 1 Cor. 9, 2. — Saepius non legitur in N. T.

Σφράττω v. φράττω.

Σφυρόν, οῦ, τό, *pedis malleolus* i. e. pars corporis infra suras, ad cuius utramque partem eminent tali. Legitur tantum Act. 3, 7. — (Diod. Sic. 20, 71. Aristot. Hist. An. 1, 15. Xen. H. G. 5, 4. 58. Dem. 442, 14.)

Σχεδόν, adv. (ἔχομαι quod v.; cominus) *nahe, beinahe, propemodum, fere*. Ter in N. T. Act. 13, 44. 19, 26. Hebr. 9, 22. (2 Macc. 5, 2. Hdian. 8, 4. 9. Thuc. 3, 68.) —

Σχῆμα, τος, τό, (ἔχω) *habitus* i. e. vel: universa conditio hominis externa corporis forma, gestu, incessu conspicua = *Haltung* Phil. 2, 7. de h. l. dat. vid. ἀγαλλιάω. (Xen. Mem. 2, 1. 22. 3, 10: 5. Hdian. 1, 9. 7.) vel: *rei alicuius status aut conditio*, ut τοῦ κόσμου τούτου i. e. *praesens saeculi quod nunc est* antemessiani *conditio* 1 Cor. 7, 31. (Ios. Ant. 3, 12. 3. Xen. Cyr. 7, 1. 49.)

Σχίζω, f. ίσω, *findo, discindo*. Decies in N. T. a) propr. sq. accus. rei Ioh. 19, 24. 21, 11. — Matth. 27, 51. Luc. 5, 36. 23, 45. — εἶδε — οὐρανούς Marc. 1, 10. vid. οὐρανός p. 364 col. 2. — pro בָּקַע Gen. 22, 3. Ies. 48, 21. pro קָרַע Ies. 37, 1. (Xen. Cyr. 5, 3. 49.) — εἰς δύο [vid. εἰς p. 144 col. 1.] *in duas partes* Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. — b) metaph. *in partes* vel *factiones divido* Act. 14, 4. ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως. 23, 7. (Diod. Sic. 12, 6. Xen. Symp. 4, 60. — εἰς δύο γνώμας Lucian. Asin. 54.)

Σχίσμα, τος, τό, (σχίζω findo; id, quod fissum est) 1) *fissura, ruptura* Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. (Simili modo οἱ ό: σχισμή forma feminina [unde forsan barbarum illud: hanc schismam tollamus?] pro סָעִיף Ies. 2, 21.) — 2) metaph. *dissidium* Ioh. 7, 43. 9, 16. 10, 19. 1 Cor. 1, 10. 11, 18. 12, 25. — Saepius non legitur in N. T.

Σχοινίον, ου, τό, (σχοῖνος, funis; funis ex iuncis confectus) *funis*. Bis in N. T. Ioh. 2, 15. Act. 27, 32. — pro חֶבֶל 2 Sam. 8, 2. 17, 13. (Dem. 1145, 6. Theocr. Idyll. 21. v. 11.)

Σχολάζω, f. άσω, (σχολή, otium; otiosus sum, cesso a labore Xen. Oec. 7, 1. Pol. 11, 25. 7.) 1) *vaco rei*,

operam do rei, sq. dat. rei [für etwas Zeit oder Musse haben, vid. de dat. commodi ἄγω] 1 Cor. 7, 5. ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ προςευχῇ. (Hdian. 1, 9. 8. 4, 11. 15. Xen. Cyr. 7, 5. 39. Dem. 594, 16.) — 2) *vacuus sum*, de loco, ut εὑρίσκει σχολάζοντα sc. τὸν οἶκον Matth. 12, 44. (τῷ δήμῳ σχολάζοντα — ἀπέδειξε τὸν τόπον Plut. vit. Cai. Gracch. c. 12.) — Saepius non legitur in N. T.

Σχολή, ῆς, ἡ, (otium Xen. Mem. 3, 9. 9. Aelian. V. H. 2, 20. Artemid. 2, 1. σχολὴν ποιεῖσθαι i. q. σχολάζειν studium impendere rei Xen. Mem. 3, 9. 9.) *schola*, *die Schule*. Legitur tantum Act. 19, 9. διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ τυράννου τινός. (Plut. de audiend. poet. c. 7. ταῦτα γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς ἀκούομεν. Plut. vit. Arati c. 29. ὥςτε καὶ τοὺς φιλοσόφους ἐν ταῖς σχολαῖς ζητοῦντες. Strabo 14. p. 463. ἐν ᾧ σχολαὶ καὶ διατριβαὶ τῶν φιλοσόφων. Aristot. Polit. 5, 9.) Serioris aetatis esse hanc huius vocabuli significationem, docet *Lob.* ad Phryn. p. 401. *Win.* p. 25.

Σώζω, f. σώσω, perf. pass. σέσωσμαι [cf. *Buttm.* §. 88, 6. 3. b. gram. max. §. 98. *Matth.* §. 188. *Rost.* §. 84. sub σώζω] a. 1. p. ἐσώθην [a forma antiquiore σαόω vid. *Buttm.* §. 89, not. 3. §. 101. gram. max. §. 100, not. 3. §. 114. *Matth.* §. 191. *Rost* l. l.]

servo i. e. *salvum et incolumem praesto*; pass. *salvus et incolumis evado*

a) universe i. e. *periclitantem aliquem servo* vel *salvum et incolumem praesto*, sq. accus. pers. Matth. 8, 25. 14, 30. 24, 40. 27, 40. de h. l. duplici apodosi vid. sub ἄν p. 24 col. 1. ad Matth. 5, 18. adnotata et *Fritzsche* Ev. Matth. p. 815. — v. 42. 49. Marc. 3, 4. 15, 30. 31. Luc. 6, 9. 23, 35. 37. 39. Act. 27, 20. 31. — οὐκ ἄν — σάρξ i. e. *omnis* σάρξ *periisset* [vid. ἄν p. 23 col. 1 init.] Matth. 24, 22. Marc. 13, 10. (οἱ ο' Gen. 19, 22. 1 Macc. 10, 83. Lucian. D. D. 3, 2. Xen. Anab. 3, 2. 10.) — in sententia acuta Matth. 16, 25. Marc. 8, 35. 9, 24. — in construct. praegnanti seq. ἐκ c. genit. loci [vid. ἐκ p. 148 col. 2 init.] = *salvum e loco aliquo perduco* Iud. v. 5. — vel sq. ἐκ c. genit. rei = *libero ex* vel *ab aliqua re*, ut ἐκ θανάτου Hebr. 5, 7. ἐκ τῆς ὥρας ταύτης Ioh. 12, 27. Cf. ἐκ l. l. — (1 Macc. 2, 50. Diod. Sic. 1, 83. Artemid. 2, 23. Xen. H. G. 7, 1. 16.)

b) ubi agitur de personis morbo laborantibus: *salvum et incolumem praesto*, sq. accus. Matth. 9, 22. Marc. 8, 34. 10, 52. Luc. 7, 50. 8, 48. 17, 19. 18, 42. Iac. 5, 15. — Matth. 9, 21. Marc. 5, 23. 28. 6, 56. Luc. 8, 36. 50. Ioh. 21, 72. Act. 4, 9. 14, 9. (Diod. Sic. 3, 57. Isaeus 7, 3.) —

c) ratione habita tum τοῦ αἰῶνος τούτου, inscitia, impietate, imbecillitate, miseriis et calamitatibus distincti, tum αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, regni messiani inauguratione et bonorum omnis generis abundantia, pietate, libertate et felicitate insignis = *salvum praesto aliquem*, ἐκ τοῦ αἰῶνος τούτου εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, *transferens eum*, uno verbo: *beatum reddo aliquem*, ita aa) de Iesu, meliora docendo, solatia optima admovendo, virtutis exactae exemplum praeeundo, peccatorum veniam conciliando, fecilitatis tum nunc, tum olim obtinendae spem faciendo, σώζοντι aliquem, ita in locis, ubi dicitur σώζειν τινὰ ἀπό τινος [vid. ἀπό p. 43 col. 1 fin.], ut ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν Matth. 1, 21. ἀπὸ τῆς γενεᾶς — ταύτης Act. 2, 40. ἀπὸ ὀργῆς Rom. 5, 9. — ubi κρίνειν et σώζειν, ζημιοῦσθαι et σώζεσθαι sibi opponuntur, vel ubi agitur de iudicio olim a Messia habendo Ioh. 3, 17. 12, 47. — ubi Deus dicitur σώζειν τινὰ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ [vid. εἰς p. 140 col. 1 fin.] 2 Tim. 4, 18. (ita σώζειν τινὰ εἰς τόπον τινά Diod. Sic. 2, 48. Paus. 7, 16. 3. Cebet. tab. c. 27. Xen. An. 6, 4 vel 2. 8.) — universe, i. e. ubi Deo moderante vel Iesu beneficio σώζεσθαί τις dicitur, sq. accus. pers. Matth. 10, 22. 18, 11. 24, 23. Marc. 13, 13. Luc. 13, 23. 19, 10. Ioh. 10, 9. Act. 2, 21. Rom. 9, 27. 11, 14. 1 Cor. 1, 21. 3, 15. 7, 16 bis. 9, 22. 1 Tim. 1, 15. 2, 4. 4, 16. 2 Tim. 1, 9. Tit. 3, 15. Hebr. 7, 25. Iac. 1, 21. 2, 14. 4, 12. 1 Petr. 3, 21. 4, 18. — Matth. 19, 25. Marc. 10, 26. 16, 16. Luc. 8, 12. 18, 26. Ioh. 5, 34. Act. 4, 12. 11, 14. 15, 1. 11. 16, 30. 31. Rom. 5, 10. 8, 24. 10, 9. 13. 11, 26. 1 Cor. 5, 5. 10, 33. 15, 2. Eph. 2, 5. 8. de h. l. τῇ χάριτι et διὰ τῆς πίστεως vid. χαρίζω et *Matth.* §. 396. not. 1. — 1 Thess. 2, 16. 2 Thess. 2, 10. 2 Tim. 2, 15. [Apoc. 21, 24.] — σωζόμενοι vel οἱ σωζόμενοι i. e. *ii*, *ad quos ita pertinet* ἡ σωτηρία *per Iesum parata*, *ut nunc iam ea potiti esse dici possint* Act. 2, 47. 1 Cor. 1, 18. 2 Cor. 2, 15. Cf. de hac praesentis vi *Win.* p. 394. *Herm.* ad Vig. p. 747. (Similiter σώζειν legitur Cebet. tab. c. 3. 4 et 15.) — τινὰ ἐκ τινος Iac. 5, 20. Saepius non extat in N. T.

Σῶμα, τος, τό, 1) *corpus*, *der Leib*, quatenus est totum aliquod, constans et ortum habens e partium certarum ad formam certam compage, „*in wiefern es die Ganzheit und Gemeinschaft zusammen gehöriger*, *zur Einheit verbundener Theile oder Glieder ist und in wiefern er eine Gestalt hat*" *Schulz* die christl. Lehre vom heil. AMahle p. 82 sqq. *Schulthess* evangel. Lehre vom heil. NMahle p. 80 sq. — A) proprie a) univ. ut σώματα ἐπίγεια, ἐπουράνια 1 Cor. 15, 40. σ. ψυχικόν, πνευματικόν v. 44 bis. Vide sub πνευματικός ad h. l. observata. — ὃ σπείρεις — σπείρεις 1 Cor. 15, 37. 38. — b) de corpore humano aa) dum vivit vel vivens cogitatur Matth. 5, 29. 30. 6, 22 bis. v. 23. 25 bis. 26, 12. 26. — ἔγνω τῷ σώματι = *mittelst des Körpers* [de dat. admin. vid. ἀναιρέω] Marc. 5, 29. — 14, 8. 22. Luc. 11, 34 bis. v. 36. 12, 4. 22. 23. 22, 19. Ioh. 2, 21. Rom. 1, 24. 4, 19. — τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας i. e. *corpus*, *quod est sedes et fons peccati* Rom. 6, 6. cf. ad h. l. *Win.* p. 173. et quae habet de corpore humano hactenus sede vel domicilio peccati, quatenus vel membrorum corporis ministerio peccatus vel peccatorum incitamenta continet facesque subiicit, quibus ad pravas cupiditates inflammamur *Fritzsche* op. P. ad Rom. Vol. 1. p. 379. — Rom. 6, 12. — τὸ σῶμα τοῦ θανάτου τούτου i. e. *corpus*, *in quod haec*, quam antea memoravi v. 9. 13. *mors tyrannidem exercet* Rom. 7, 24. Cf. *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 70. *Win.* l. l. — Rom. 8, 11. 23. 12, 4. — τῷ σώματι, *dem Leibe nach* [vid. ἀγαλλιάω] 1 Cor. 5, 3. — 6, 13. 15. 18. ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν *extra corpus* scil. quo utitur aliquis, *est* i. e. *iede andere Sünde*, *die ein Mensch* [scil. ausser der Hurerei] *begeht*, *berührt nicht den Körper selbst*. — v. 18. τὸ σῶμα ὑμῶν i. e. *corpus*, *quo quisque vestrum utitur* v. 19. De h. l. singulari vid. *Win.* p. 162. — v. 20. 7, 4 bis. 9, 17. 10, 16. 11, 24. 27. 29. 12, 12 ter. v. 14. 15 bis. v. 16 — 20. 22 — 25. 13, 3. — ποίῳ — σώματι i. e. *mit welch' einem Körper* [de dat. modum indicante vid. γλῶσσα] ἔρχονται 1 Cor. 15, 35. 2 Cor. 4, 10. 5, 6. 8. 10. 12, 2. 3. Gal. 6, 17. Phil. 3, 21 bis. Col. 2, 23. Hebr. 10, 5. 10. 22. 13, 3. Iac. 2, 16. 3, 2. 6. 1 Petr. 2, 24. — τὰς πράξεις τοῦ σώματος i. e. *mala corporis* [illecebrosi] *facinora* Rom. 8, 13. quo l. si *Griesb. Schulz*, *Schulthess*, alii codd. auctoritate praeferendam esse lectionem existimarunt τὰς πράξεις τῆς σαρκός sententia quidem convenire lectionem τὰς π. τοῦ σώματος locutioni τὰς π. τῆς σαρκός, bene tamen sententiarum oppositionem comparatam esse, quippe quod corpus [σῶμα] pro corporis parte, quae peccatorum incitamenta contineret, i. e. pro σαρκὶ vel carne commemoretur, *Fritzsche* l. l. Vol. 2. p. 132 sq. observavit. Cf. etiam *Schott*, *Knapp*, *de Wette*. — Ita pro בָּשָׂר Levit. 6, 10. גֵּוָה Iob. 20, 25. pro גְּשֵׁם Dan. 4, 30. — (Ael. V. H. 2, 5. Hdian. 1, 6. 1. Diod. Sic. 1, 79. Xen. Mem. 2, 8. 1.) — ubi distinguuntur σῶμα et ψυχή anima Matth. 10, 28. — ubi distinguuntur σῶμα et πνεῦμα animus Rom. 8, 10. — σώματι καὶ πνεύματι = *hinsichtlich des Leibes und Geistes* 1 Cor. 7, 34. — Iac. 2, 26. — ubi σῶμα, ψυχή et πνεῦμα periphrasin faciunt *totius hominis* vel ἀνθρώπου 1 Thess. 5, 23. Cf. *Schulz* l. l. p. 86. *Schulthess* l. l. p. 81. — ubi, quae sunt hominis ipsius, propterea ad corpus referuntur, quod huius praecipua est pars in re praesente [vid. γλῶσσα et *Fritzsche* Ev. Matth. p. 459.] Rom. 7, 4. 12, 1. 2 Cor. 10, 10. Eph. 5, 28. Phil. 1, 20. (Aeschin. in Timarch. p. 173. Xen. An. 1, 9. 12.) — ubi commemoratur σῶμα τῆς σαρκὸς αὐτοῦ scil. χριστοῦ i. e. vel τὸ σῶμα τὸ σαρκικὸν τοῦ χριστοῦ i. e. *corpus Christi e carne compositum* = *humanum Christi corpus* Col. 1, 11. vel τὸ σ. τῆς σαρκός hominum *corpus e libidinosa carne constans* Col. 2, 11. — — bb) ubi corpus humanum mortuum memoratur, ita Matth. 27, 52. 58. 59. Marc. 15, 43. 46. Luc. 23, 52. 55. 24, 3. 23. Ioh. 19, 31. 38. 40. 20, 12. Act. 9, 40. Iud. v. 9. — pro נְבֵלָה Ios. 8, 29. פֶּגֶר Gen. 15, 11. (Hdian. 4, 2. 2. Diod. Sic. 3, 58. Xen. Cyr. 8, 7. 25 et 26.) cf. *Schulz* l. l. p. 91. *Schulthess* l. l. p. 81. — ubi, quod agitur de corpore, cuius caput detruncatum erat, poni poterat vel debuerat τὸ πτῶμα = *cadaver* Matth. 14, 12. Vide de h. l. lectione *Griesb. Schulz* l. l. p. 91. *Schott*, *Knapp*,

Fritzsche, Meyer. — — c) de corpore bestiarum, vel dum vivum cogitatur Iac. 3, 3. — vel ubi de mortuo agitur Luc. 17, 37. De codd. exhibentibus πτῶμα cf. *Griesb. Schulz* l. l. p. 91. *Schott, Knapp, Meyer, de Wette.* — ratione habita eorum, quae in sacrificiis piacularibus offerendis lex mos. praescribebat Hebr. 13, 11. coll. Exod. 29, 14. Num. 19, 3. —

B) metaphor. *totum aliquod, partibus multis arctissime iunctis constans, ein aus mehreren Gliedern oder Theilen zusammengesetztes und geordnetes Ganzes* [universe, ut διὸ καὶ τὸ μὲν ἅπαν σῶμα τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης ἀπαρτίζεσθαι· τὰ δὲ τούτων μέρη πέντε τὰ προειρημένα, τό τε πνεῦμα, καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὸ ξηρόν, ἔτι δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ τελευταῖον τὸ ἀερῶδες, ὥςπερ ἐπ' ἀνθρώπου κεφαλήν, χεῖρας καὶ πόδας καὶ τἄλλα μέρη καταριθμοῦμεν, τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ σῶμα τοῦ κόσμου συγκεῖσθαι πᾶν ἐκ τῶν προειρημένων Diod. Sic. 1, 11. Δαυίδης δὲ τήν τε κάτω πόλιν περιλαβὼν καὶ τὴν ἄκραν συνάψας αὐτῇ, ἐποίησεν ἓν σῶμα Ios. Ant. 7, 3. 2.] et si de hominibus in corpus unum iunctis agitur: *„ein aus unterschiedlichen Personen bestehender zu einem Ganzen verbundener Verein, die nicht als mehrere, lose und ledige, von einander unabhängige Wesen, sondern als unter Einem Namen begriffen gedacht werden"* *Schulthess* l. l. p. 82. *Schulz* l. l. p. 90. — Ita a) de cultoribus Iesu in unum coetum coniunctis, habentem Iesum τὴν κεφαλήν i. e. dominum imperantem et prospicientem, ita τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία Col. 1, 24. vel αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, τῆς ἐκκλησίας v. 18. — 1 Cor. 12, 27. Eph. 1, 23. 4, 12. 5, 30. — abest αὐτοῦ 1 Cor. 6, 13. — ἓν σῶμα — ἐν χριστῷ i. e. *in der Verbindung mit Christus betrachtet* [vid. ἐν p. 171 col. 1.] Rom. 12, 5. — absque τοῦ χριστοῦ vel ἐν χριστῷ 1 Cor. 10, 17. 12, 13. Eph. 2, 16. 4, 4. 16 bis. 5, 23. Col. 2, 19. 3, 15. — b) de duabus personis in unum corpus vel in unum coniugium aut contubernium coniunctis 1 Cor. 6, 16. Cf. *Schulthess* l. l. p. 241. —

2) adhibetur circumscribendis eiusmodi personis, in quibus iudicandis et aestimandis respicitur maxime corpus eiusque conditio et indolis, *der Mensch rein körperlich gefasst* (universe, ut τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότητα σώματα, de liberis Aeschin. c. Ctesiphont. pag. 470. σώματα ἐλεύθερα Dem. 910, 13.) de servis = *mancipium* Apoc. 18, 13. (Iob. 10, 11. 2 Macc. 8, 11. Pol. 1, 63. 6. 12, 16. 5. Marc. Anton. 1, 16. Plut. vit. Cimon. c. 9.) — Esse hunc huius voc. usum serioris aetatis, cum antiquior aetas dixerit σώματα δοῦλα, σώματα αἰχμάλωτα, σώματα οἰκετικά vel τῶν οἰκετῶν Dem. 480, 10. Aeschin. c. Timarch. p. 42. 120., docuit *Lobeck* ad Phryn. p. 378. — Cf. etiam *Schulthess* l. l. p. 242.

3) ex opp. τῆς σκιᾶς pro: *res ipsa* Col. 2, 17. ἅ — μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ χριστοῦ i. e. *der Körper aber ist Christi* vel: *gehört Christo zu*, vel: *findet sich in, bei Christus* cf. *Win.* p. 336. (Lucian. Hermotim. §. 79. οὐχὶ — τις φαίη, τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν, ἐάσαντας τὸ σῶμα. Ios. de bell. iud. 2, 2. 5. σκιὰν αἰτησόμενος βασιλείας, ἧς ἥρπασαν ἑαυτῷ τὸ σῶμα.) Saepius non legitur in N. T.

Σωματικός, ή, όν, (σῶμα) *corporeus, ad corpus pertinens.* Bis in N. T. ut σωματικὸν εἶδος *aliqua species corporea* Luc. 3, 22. ἡ σ. γυμνασία 1 Tim. 4, 8. (Pol. 4, 5. 1. 6, 5. 7. 8, 12. 9.)

Σωματικῶς, adv. *corporaliter, ut in corpore.* Semel in N. T. Col. 2, 9. quo loco alii explicant: *vere* vel *revera* v. σῶμα no. 3.

Σώπατρος, [de huius nominis forma vid. *Win.* p. 94.] ου, ὁ, *Sopater*, nom. propr. viri Act. 20, 4. commemorati.

Σωρεύω, f. εύσω, *coacervo, congero.* Bis in N. T. τὶ ἐπί τι Rom. 12, 20. (Diod. Sic. 1, 62. Polyb. 16, 11. 4. Hdian. 4, 15. 14.) — τινά τινι = *acervo alicuius rei impleo* (ut λιβάνῳ τοὺς βωμούς Hdian. 4, 8. 20. Cicer. Agr. 2, 25. habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros — non modo emere, verum etiam coacervare [i. e. acervis pecuniae implere] possis); pass. σωρεύομαί τινι *acervo alicuius rei impleor* i. e. *obruor aliqua re*, ut ἁμαρτίαις 2 Tim. 3, 6.

Σωσθένης, ου, ὁ, *Sosthenes*, nom. propr. viri christiani Act. 18, 17. 1 Cor. 1, 1. obvii.

Σωσίπατρος, ου, ὁ, *Sosipater*, nom. propr. viri christiani Rom. 16, 21. commemorati.

Σωτήρ, ῆρος, ὁ, (a σώζω) *soter, servator, qui incolumem praestat aliquem et ad statum beatiorem evehit.* Appellatur hoc nomine in N. T. a) Deus in appositionibus articulo nunc praecedente et addito genitivo personae Deum servatorem suum agnoscentis et venerantis, ut ὁ θεὸς ὁ σωτήρ μου Luc. 1, 47. vel ὁ σ. ἡμῶν θεός 1 Tim. 2, 3. Tit. 1, 3. 2, 10. 3, 4. nunc sine artic., ut θεός, σωτὴρ ἡμῶν 1 Tim. 1, 1. Iud. v. 25. — ὅς ἐστιν σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων 1 Tim. 4, 10. — ita pro יֶשַׁע Ps. 24, 5. יְשׁוּעָה Ies. 12, 2. מוֹשִׁיעַ Ies. 45, 15. 21. (Sir. 51, 1. Eodem modo apud Graecos σωτήρ erat in nominibus Deorum, ut Iovis Xen. Cyr. 7, 1. 10. item Apollinis Dem. 1072, 18. τῶν διοσκούρων Ael. V. H. 1, 30.) — b) Iesus, vel quatenus erat is, qui Messiae nomine a Iudaeis expectabatur Luc. 2, 11. quo l. si abest articulus, vide quae sequuntur accuratiorem huius σωτῆρος definitionem habentia. Cf. ὁ, ἡ, τό p. 338 col. 2. med. — vel quatenus docendo, adhortando, promittendo, virtutis exemplum praeeundo, mortis supplicium sustinendo inscitiae tenebris, peccati miseriae mortisque metui eripuit genus humanum, ita ὁ σωτήρ c. artic. ἰησοῦς χ. ὁ σωτὴρ ἡμῶν Tit. 1, 4. 3, 6. ὁ σ. ἡμῶν ἰ. χρ. 2 Tim. 1, 10. Tit. 2, 13. ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἰ. χρ. 2 Petr. 2, 20. 3, 2. 18. de h. l. artic. non repetito vid. *Win.* p. 121. ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σ. ἰ. χρ. 2 Petr. 1, 11. — οὗτός ἐστιν — ὁ σ. τοῦ κόσμου Ioh. 4, 42. — sine articulo, ubi constitutus, missus esse, expectari coelitus venturus dicitur ut existat σωτήρ Act. 5, 31. 13, 23. Eph. 5, 23. Phil. 3, 20. 1 Ioh. 4, 14. — vel ubi cum Deo simul fit mentio Iesu servatoris, ut ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ σ. ἰ. χ. 2 Petr. 1, 1. (Simili modo viri bene de republica vel de singulis hominibus meriti σωτήρων nomine condecorabantur apud Graecos cf. Xen. H. G. 4, 4. 6. idem Ages. 2, 13. Hdian. 3, 12. 4. Plut. Vit. Arati c. 53. Appian. Bell. civ. 2. p. 494. Anthol. gr. T. 4. p. 245. no. DCIX et ad h. l. *Iacobs.* T. 12. p. 203 et 204.) — Saepius non legitur in N. T.

Σωτηρία, ας, ἡ, (σωτήρ) 1) *salus* a) univ. Luc. 19, 9. ὁδὸς σωτηρίας [vid. ὁδός] Act. 16, 17. — b) de salute ad externam alicuius conditionem pertinente, ut ad vitae viriumque corporis conservationem = *Rettung, Erhaltung* Act. 27, 34. Hebr. 11, 7. (2 Macc. 3, 32. Ios. Ant. 2, 9. 7. 7, 1. 1. Diod. Sic. 16, 43. Aeschin. 20, 24.) — vel ad liberationem ab aliorum vexationibus Act. 7, 25. — c) de salute messiana, ἡ σωτηρία *das messianische Heil* aa) univ. Ioh. 4, 22. — bb) qualem Iudaei sibi finxerant Luc. 1, 69. κέρας σωτηρίας [propr. rupes salutis i. e. rupes tutelam et securitatem ab hoste insequente praebens; trop. de Deo tutore et vindice suorum fortissimo 2 Sam. 22, 3. Ps. 18, 3.] appellatur Messias utpote vindex et servator fortissimus. — seq. ἔκ τινος [vid. ἐκ p. 148 col. 2.] i. e. salus quae est in liberatione ab aliquo Luc. 1, 71. sq. ἔν τινι i. e. *constans in* Luc. 1, 77. Vid. ἐν p. 170 col. 1. init. — cc) qualem missis Iudaeorum opinionibus theocraticis, Iesus ex voluntate patris omnibus omnino hominibus paravit, *salus per Christum parta, salus messiana* ad mentem et animum maxime pertinens [vid. σώζω no. c.] Ita ἡ σωτηρία c. artic. *das messianische Heil* Act. 4, 12. 13, 26. Rom. 11, 11. 13, 11. περὶ ἧς σωτηρίας 1 Petr. 1, 10. Iud. v. 3. — addito genit. personae, cui vel offertur vel contigit ἡ σ. 2 Cor. 1, 6. Eph. 1, 13. Phil. 2, 12. Hebr. 2, 10. — abest haud raro articulus, quippe quod non agi, nisi de salute messiana, lectores ipsi intelligerent [cf. *Bleeck* Vol. 2. a. p. 190 et ὁ, ἡ, τό p. 339 col. 2. sub M.] Rom. 10, 1. 2 Cor. 6, 2 bis. Vide de h. l. sub voc. ἡμέρα p. 225 col. 1. notata. — μετάνοια εἰς ἀμεταμέλητον σ. *morum emendatio, gignens* vel *ducens ad* [vid. εἰς p. 142 col. 1. init.] *salutem*, cuius non poenitet 2 Cor. 7, 10. cf. ad h. l. *Meyer, de Wette, Fritzsche* dissert. 1. p. 10. — Phil. 1, 19. 1 Thess. 5, 8. 9. 2 Thess. 2, 13. 2 Tim. 2, 10. 3, 15. Hebr. 1, 14. 2, 3. 6, 9. 9, 28. 1 Petr. 2, 2. — addito ψυχῶν 1 Petr. 1, 9. — metonym. pro: *salutis messianae praeco* Act. 13, 47. quo l. quae Ies. 49, 6. de propheta praedicantur, ad munus apostolicum transferuntur. — = *felicitas aeterna* i. e. *felicitas in Messiae regno et in vita altera obtinenda* [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 43.] addito nunc αἰώνιος Hebr. 5, 9. (ita pro תְּשׁוּעַת עוֹלָמִים Ies. 45, 17. nunc nude positum Rom. 1, 16. 10, 10. Phil. 1, 28.

Hebr. 1, 14? — metonym. pro: *salutis aeternae causa* 2 Petr. 3, 15. — 2) ex hebr. dicendi ratione: *victoria* Apoc. 7, 10. — iunct. c. nomin. dignitatem, maiestatem alicuius, ut Dei, significantibus Apoc. 12, 10. ad quem l. vid. *γίνομαι* p. 83 col. 2 fin. — 19, 1. — ita pro יְשׁוּעָה 1 Sam. 14, 45. 2 Sam. 5, 1. — Saepius non extat in N. T.

Σωτήριος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (*σωτήρ*) *salutifer*, *salutaris*. Quinquies in N. T. Tit. 2, 11. *ἡ χάρις ἡ σωτήριος*. (Sap. 1, 14. Diod. Sic. 14, 30. Lucian. Dial. Deorr. 26, 4. Xen. Mem. 3, 3. 10.) — Neutr. c. articulo substantivi vim habet [vid. *ἀδύνατος*] = *ἡ σωτηρία* *salus*, *τοῦ θεοῦ* i. e. *salus messiana Deum auctorem et largitorem habens*. Act. 28, 28. Eph. 6, 17. vid. ad h. l. sub *περικεφάλαια* notata. — Ita pro יְשׁוּעָה Ps. 98, 2. — metonym. pro *ὁ σωτήρ*, *τοῦ θεοῦ*, *quem Deus constituit σωτηρίας auctorem et largitorem* Luc. 2, 30. 3, 6. —

Σωφρονέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*σαός*, *σῶς* sanus, *φρήν* mens) 1) *sanae mentis sum*, *mentis compos sum* Marc. 5, 15. Luc. 8, 35. 2 Cor. 5, 13. de h. l. dat. *ὑμῖν* vid. *σύ* fin. (Hdian. 4, 14. 9. Apollod. Bibl. 3, 5.) — 2) *moderatus sum*, *mihi tempero* Tit. 2, 6. 1 Petr. 4, 6. (Xen. Mem. 3, 5. 21.) — de personis moderatis in pretio de se statuendo, ubi opp. *ὑπερφρονεῖν* Rom. 12, 3. *φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν*. Vide de h. l. *εἰς* p. 142 col. 1. (Xen. Mem. 2, 7. 8 et Cyr. 3, 2. 2.) — Saepius non legitur in N. T.

Σωφρονίζω, f. *ίσω*, (facio aliquem *σώφρονα* i. e. mentis compotem) *in officio contineo*, *adhortandi* stu. sq. accus., ita semel in N. T. Tit. 2, 4. (Xen. An. 5, 9. vel 6, 1. 28. 7, 7. 24 et Cyr. 3, 1. 27.)

Σωφρονισμός, *οῦ*, *ὁ*, (*σωφρονίζω* quod v.; adductio ad mentem sanam) *adductio ad modestiam*, *πνεῦμα σωφρονισμοῦ* i. e. *πνεῦμα* reddens homines *σώφρονας*, ita semel 2 Tim. 1, 7. (Ios. Ant. 17, 9. 2. de bell. iud. 2, 1. 3.)

Σωφρόνως, adv. (*σώφρων* quod v.; sanae menti convenienter Plato repubi. 1, 6.) *caste*, *temperanter*. Semel in N. T. Tit. 2, 12. (Hdian. 5, 8. 3. Xen. Cyr. 4, 1. 15.)

Σωφροσύνη, *ης*, *ἡ*, (*σώφρων*, quod v.) 1) *mentis sanitas* Act. 26, 25. *ῥήματα σωφροσύνης verba*, quae suppeditat *ἡ σ.* = *verba sobria*. Vide *ἁγιωσύνη*. — (Xen. Mem. 1, 1. 16.) — 2) *temperantia*, *moderatio*, *modestia* 1 Tim. 2, 9. 15. (Cebet. Tab. c. 20. Plato Phaedon. c. 13. ed. *Fischer*. Ael. V. H. 2, 1. Quibus adde, quae de *σωφροσύνης* notione et natura habet Cicero Quaest. tusc. 3, 8.) Saepius non legitur in N. T.

Σώφρων, *ονος*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (*σαός*, *σῶς* sanus, *φρήν* mens; mentis compos Xen. Mem. 3, 9, 4.) *temperans*, *modestus*, *moderatus*. Quater in N. T. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. 2, 2. 5. (Ael. V. H. 3, 30. Hdian. 1, 2. 3. Xen. Cyr. 4, 1. 25.)

T.

Ταβέρναι, *ῶν*, *αἱ*, *tabernae*, vox latina, *τρεῖς ταβέρναι*, *tres tabernae*, nomen *ξενοδοχείου* exstructi ad viam Appiam, ad quod devertebant viatores vino et cibo sese recreaturi. Ab urbe Roma uti aberant tres tabernae sex milliaria germanica, ita a foro Appii, distante a Roma urbe milliaria germanica octo, duo milliaria distabant Act. 25, 15. (Cicero ad Attic. 1, 2. 10.) Cf. *Win*. bibl. Realw. sub voc. *Forum Appii* et *Tretabern*.

Ταβιθά, *ἡ*, *Tabitha*, nom. propr. mulieris Act. 9, 36. 40. commemoratae.

Τάγμα, *τος*, *τό*, (a *τάσσω*, ordino; propr. i. q. *τὸ τεταγμένον* dispositum, ordinatum; ordo, vel agmen militare ordine dispositum Ios. de bell. iud. 3, 4. 2. Diod. Sic. 17, 80.) *ordo constitutus*, *bestimmte Reihenfolge* [vid. *τάξις*]. Semel 1 Cor. 15, 23. Aliter *Meyer* ep. P. ad Cor. 1. p. 256. „*Paulus*, inquiens, *versinnlicht die verschiedenen Abtheilungen der Auferstehenden als verschiedene Truppenschaaren.*"

Τακτός, *ή*, *όν*, (*τάσσω* ordino; ordinatus) *statutus*, metaph. pro: *certus*, *status*. Legitur tantum Act. 12, 21. *τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ*. De dat. ubi quaeritur: quando? v. sub voc. *γενέσια* observata. — (Dion. Hal. Ant. 2, 74. Pol. 3, 100. 6. Xen. H. G. 6, 1. 24. Thuc. 4, 65.)

Ταλαιπωρέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*ταλαίπωρος*, quod v.; graves labores sustineo Xen. Mem. 2, 1. 18. Dem. 156, 25. Diod. Sic. 17, 94.) *labores et aerumnas sustineo*, *miser sum*. Legitur tantum Iac. 4, 9. *ταλαιπωρήσατε*. (Pol. 3, 60. 3. Dem. 22, 24. Thuc. 1, 99.)

Ταλαιπωρία, *ας*, *ἡ*, (*ταλαιπωρέω* quod v. molestia ex labore Diod. Sic. 1, 36. Pol. 3, 55. 6.) *labores* i. e. *aerumna*, *miseria*. Bis in N. T. Rom. 3, 16. Iac. 5, 1. — pro הֹוָה Ies. 47, 11. שֹׁד Ies. 59, 7. שֶׁבֶר ibid. (Diod. Sic. 1, 56. Ael. V. H. 13, 38. Thuc. 11, 49.)

Ταλαίπωρος, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, — *ον*, *τό*, (*ταλάω*, *τλάω*, *τλῆμι* sustineo, tolero, *πῶρος* callus; qui graves labores sustinet) *aerumnosus*, *miser*. Bis in N. T. Rom. 7, 24. Apoc. 3, 17. (2 Macc. 4, 47. Cebet. Tab. c. 28. Dem. 548, 12.)

Ταλαντιαῖος, *αία*, *αῖον*, *talentum pondere aequans*, vocabulum ponderale, ductum a *τάλαντον* quod v. et cum quantitatis sit vocabulum, infixum habens iota ante *αῖος* tanquam propriam et necessariam sui generis notam cf. *Lob*. ad Phryn. p. 544. coll. p. 542 sq. — Semel in N. T. Apoc. 16, 21. (Ios. de bell. iud. 5, 6. 3. Diod. Sic. 19, 45. Pol. 9, 41. 8.)

Τάλαντον, *ου*, *τό*, (lanx, trutina Hom. Iliad. 8, 69. ponderis genus = 80 libras roman. et si sequeris *Biesterum* = 53 Pfund, 22 Loth et 2 Quentchen Diod. Sic. 2, 9. Xen. Mem. 3, 6. 14.) *talentum* [a) talentum atticum i. e. *certa pecuniae summa talenti pondus habens*, *aequans 60 minas atticas* vel *sex mille drachmas* vel 1359 *imperiales nostrae monetae* cf. *Perizon*. ad Aelian. V. H. 1, 20 et 22. item Conversationslexicon sub voc. *Talent*. Paulo aliter *Böckh*, qui in libro: die Staatshaushaltung der Athener P. I. p. 16. drachmam atticam 5 Gr. 6 Pf. minam atticam 22 imperiales et 22 grossos, talentum atticum aequare dicit 1357 imperiales. His adde *Hartmann* tabellar. Uebersicht der gewöhnlichen altröm. Münzen nebst Vergleich. mit dem attischen Gelde besonders für das Zeitalter des Cicero und Augustus. Lips. 1823. — b)] i. e. *talentum syriacum* i. e. *certa pecuniae summa aequans 320 imperialium septemque grossorum pretium* [cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 584. coll. *Rambachii Abhandl. in Potters griech. Archäol*. Vol. 3. p. 179.] Matth. 18, 24. 25, 15. 16. 20. 22. 24. 25. 28. — pro כִּכָּר Exod. 25, 39. 39, 25. (Ael. V. H. 1, 20. Xen. Mem. 2, 5. 2.)

Ταλιθά, vox syr. טְלִיתָא, *Talitha* i. e. *κοράσιον*, *puella*. Semel in N. T. Marc. 5, 41.

Ταμεῖον, vel *ταμιεῖον*, *ου*, *τό*, (*ταμιεύω* quaestor sum, med. *ταμιεύομαι* recondo; de scriptione *ταμεῖον* pro *ταμιεῖον* v. *Lob*. ad Phryn. p. 493. *Win*. p. 88.) 1) *reconditorium*, de cella penuaria, *Vorrathskammer* Luc. 12, 24. — *οἱ ο'* pro אָסָם Deut. 28, 8. מְזָוִים Ps. 144, 13. (Diod. Sic. 20, 58. Theophr. Charact. 8, 1. 4, 2. Xen. Mem. 1, 5. 2.) — 2) *conclave*, *cubiculum* Matth. 6, 6. 24, 26. de h. l. plur. vid. sub *ἄνθρωπος* ad Matth. 9, 8. monita et *Fritzsche* Ev. Matth. p. 712. — Luc. 12, 3. — pro חֶדֶר Ies. 26, 20. (Sir. 29, 12. Tob. 7, 17. Xen. H. G. 5, 4. 5.) — Saepius non legitur in N. T.

Ταννῦν, vid. *νῦν* p. 331 col. 2. init.

Τάξις, *εως*, *ἡ*, (*τάσσω*, ordino; dispositio Xen. Cyr. 8, 3. 6. 8, 7. 22.) *ordo* a) propr. *series*, *die Reihe*, *Folge in der Reihe* Luc. 1, 8. — *ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδὲκ* ex opp. *κατὰ τὴν τάξιν ἀαρὼν* = *ἱερεὺς οὐ κατὰ τὴν τάξιν ἀαρὼν* Hebr. 5, 6. 10. 6, 20. 7, 11. 17. 21. Ita *Schulz*

Brief an d. Hebr. p. 186 et p. 150. cf. tamen *Bleeck* ep. ad Hebr. Vol. 2. b. p. 60 sqq. — (Dem. 32, 18.) — b) metaph. pro: *iustus ordo, bonus ordo*, ita de rebus iusto tempore et modo actis 1 Cor. 14, 40. (Ios. bell. iud. 2, 8. 5.) — vel de vita bene ordinata = *disciplina* Col. 2, 5. — Saepius non habetur in N. T.

Ταπεινός, ή, όν, (ductum, ut videtur, a τάπης, δάπις, δαπεδόν, vel cum litterarum transpositione a πεδεινός, πιδενός a πέδον vid. *Passow* sub ταπεινός) 1) *humilis* [i. e. depressus, non altus Xen. de re eq. 1, 3. Pol. 9, 43. 3. Strabo 6. p. 426.] i. e. *sorte humilis*, ita in sententia generali, qua tum pauperum tum miserorum curam habere dicitur Deus 2 Cor. 7, 6. — opp. τοῖς δυνάσταις Luc. 1, 52. vel τοῖς πλουσίοις Iac. 1, 9. Ita pro אֶבְיוֹן Ies. 32, 7. דַּךְ Ps. 10, 18. דַּל Ies. 11, 4. עָנִי Ps. 17, 30. רָשׁ 1 Sam. 18, 23. (Sirac. 12, 4. 13, 22. Diod. Sic. 1, 91. 2, 4. Ael. V. H. 6, 12. Dem. 574, 24 et 26. Xen. Cyr. 3, 3. 52. 5, 1. 2.) — 2) metaph. *modestus, qui humilem se gerit*. Ex hebraica iudicandi ratione humilitatis notioni inclusam esse *virtutis* notionem, ut saepius ita, ad Ies. 57, 15. observavit *Gesen.* Comment. in Ies. T. 2. p. 222. coll. p. 142 et Vol. 1. p. 993. it. *Theile* ep. Iacob. p. 26. — Matth. 11, 29. de h. l. dat. τῇ καρδίᾳ vid. ἀγαλλιάω. — Rom. 12, 16. vid. de h. l. συναπάγω. — oppon. τῷ θαῤῥοῦντι 2 Cor. 10, 1. vel ὑπερηφάνοις. — Iac. 4, 6. 1 Petr. 5, 5. — ita pro עָנִי Prov. 3, 34. (Xen. Ages. 9, 11.) — Saepius non legitur in N. T.

Ταπεινοφροσύνη, ης, ή, (ταπεινόφρων, quod v.) *modestia*. Septies in N. T. Act. 20, 19. Eph. 4, 2. Col. 2, 18. 23. 3, 12. — c. artic. ή τ. i. e. *modestia saepius commendata* vel *quae decet hominem christianum* 1 Petr. 5, 5. — Phil. 2, 3. de h. l. dat. vid. ἀναιρέω et κατέχω. —

Ταπεινόφρων, ονος, ό, ή, — ον, τό, (ταπεινός, φρήν) *humili mente* vel *modeste de se statuens, modestus*. Semel in N. T. 1 Petr. 3, 8. — pro שְׁפַל־רוּחַ Prov. 29, 23.

Ταπεινόω, ῶ, f. ώσω, (ταπεινός) *humilem reddo, deprimo, niedrig machen* a) propr. ut πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται Luc. 3, 5. de h. l. futuro vid. ad ἀγαπήσεις sub ἀγαπάω monita. — ita pro שָׁפֵל Ies. 40, 4. — (Diod. Sic. 1, 36. Strabo 5. p. 347.) — b) metaph. *deprimo* i. e. vel: *in conditionem viliorem conicio*, ἐμαυτόν 2 Cor. 11, 7. addito μέχρι θανάτου Phil. 2, 8. opponitur τῷ περισσεύειν Phil. 4, 12. οἶδα — ταπεινοῦσθαι i. e. *scio vel novi — viliori sorte uti = inopem reddi et esse*. — 2 Cor. 12, 21. μὴ πάλιν — πρὸς ὑμᾶς *ne Deus meus quum advenerim iterum me* [magistrum vestrum] *deprimat* [i. e. successum laborum meorum minus prosperum experiri patiatur] *vestrum ratione habita*. Ita pro הִתְרוֹשֵׁשׁ Prov. 13, 7. (Sirac. 13, 8. Diod. Sic. 11, 38 et 71. Dion. Hal. Ant. 2, 5. Xen. Mem. 3, 5. 4.) — vel: *fastum alicuius deprimo*, ἐμαυτόν *fastum meum deprimo* i. e. *modestum me gero* Matth. 18, 4. de h. l. coniunctivo vid. sub ὅστις init. observata. — 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. — passivum: ταπεινοῦμαι *fastus meus deprimitur*, sens. *suffundor* Matth. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14. — significatione reflexiva [vid. ἁγνίζω] *demissum* vel *modestum me gero*, ἐνώπιόν τινος *coram aliquo* [vid. ἐνώπιον p. 177 col. 2 fin.] Iac. 4, 10. — sq. ὑπό τινα i. e. *modestum me gero et subiicio me alicui* 1 Petr. 5, 6. quo l. si v. 7. sequitur ἐπιῤῥίψαντες = καὶ ἐπιῤῥίψατε cf. *Win.* p. 319 sq. Matth. §. 557, 2. *Herm.* ad Vig. p. 774 sq. (Sir. 2, 17. 3, 18. Diod. Sic. 13, 24. Xen. An. 6, 3 vel 1. 18.) — Saepius non legitur in N. T.

Ταπείνωσις, εως, ή, (ταπεινόω, quod v.; depressio, actio humilem reddendi vel humiliatio Pol. 9, 33. 10.) *conditio vilis et abiecta, status miser alicuius*. Quater in N. T. Luc. 1, 48. Act. 8, 33. Iac. 1, 10. — τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν *corpus nostrum* „cuius nota primaria est ἡ ταπείνωσις“ [cf. *Hölem.* ep. P. ad Philipp. p. 316.] qua sensum i. q. τὸ σ. ἡμῶν τὸ ταπεινόν Phil. 3, 21. Ita pro עֳנִי Gen. 16, 11. שֵׁפֶל Ps. 136, 23. עֹצֶר Ies. 53, 8. (Sir. 2, 4. 11, 12. Diod. Sic. 2, 45.) — Habet hanc vocem, Polluci 4, 50. damnatam, Plato legg. 7, 123. 375. T. 8. Cf. *Lob.* ad Phryn. p. 352.

Τὰ πολλά v. πολύς p. 416 col. 2.

Φίλιπποι, ων, οἱ, [de quo plur. vid. ἄζυμος] *Philippi*, urbs Macedoniae proconsularis, in finibus Thraciae, inter Apolloniam et Amphipolin sita, a colonia, quam huc deduxerat Octavianus Act. 16, 12. κολωνία, a iuribus vero et privilegiis, quibus fruebatur, πρώτη τῆς Μακεδονίας appellatur. Philipporum nomen accepit a Philippo, rege Macedonum, patre Alexandri M. cum olim Crenides et Datos appellata fuerit. Cives huius urbis Pauli opera religionis christianae notitia imbuti prae ceteris amore Pauli et liberalitate erga eundem excelluisse, testatur epistola, quam ad illos dedit. Act. 16, 12. 20, 6. Phil. 1, 1. 1 Thess. 2, 2. coll. Diod. Sic 16, 3 et 8. Dio Cass. 51, 4. Plin. H. N. 4, 11. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub h. v.

Φίλιππος, ου, ὁ, *Philippus*, nomen propr. 1) unius ex 12 Iesu apostolis Matth. 10, 3 Marc. 3, 18. Luc. 6, 14. Ioh. 1, 45—49. 6, 5. 7 12, 12. 13. 14, 8 sqq. Act. 1, 13. — — 2) unius ex 7 diaconis ecclesiae hierosolymitanae primaevae. Samaritanos religionem christianam docentis et lavacro sacro initiantis cubicularium reginae Aethiopicae Act. 8, 5. 21, 8. — 3) unius e filiis Herodis M neque tamen illius, qui tetrarchae nomine praefuit Ituraeae et Trachonitidi, sed alterius, quem susceperat Herodes M. ex Mariamne et qui exheredatus a patre vitam privatus transegit. Eidem frater Herodes Antipas uxorem, quam ha-

buit, Herodiaden rapuit Matth. 14, 3. Marc. 6, 17. coll. Ios. Ant. 17, 1. — 4) filius Herodis M. ex Cleopatra natus, Romae cum Archelao fratre educatus, et post patris mortem tetrarcha Batanaeae, Gaulonitidos, Trachonitidos et Ituraeae constitutis Matth. 16, 13. Marc. 8, 27. Luc. 3, 1.

Φιλόθεος, ου, ὁ, ἡ, *Dei amans*. Legitur tantum 2 Tim. 3, 4. (Diod. Sic. 1, 95.)

Φιλόλογος, ου, ὁ, *Philologus*. Nom. propr. viri Rom. 16, 15.

Φιλονεικία, ας, ἡ, (φιλέω, νεῖκος rixa; altercandi studium, aemulatio Xen. Cyr. 7, 1. 9.) *contentio*. Semel in N. T. Luc. 22, 24. — (Ael. V. H. 13, 44. Pol. 5, 93. 9. Thuc. 8, 76.)

Φιλόνεικος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φιλέω, νεῖκος rixa) *contentiosus*. Semel in N. T. 1 Cor. 11, 16. (Pol. fragm. gr. 115. Hdian. 4, 4. 2. Xen. de re eq. 9, 8.)

Φιλοξενία, ας, ἡ, (φιλέω, ξένος quod v.) *amor erga peregrinos, hospitalitas*. Bis in N. T. Rom. 12, 13. Hebr. 13, 2. (Pol. 4, 20. 1.)

Φιλόξενος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φιλέω, ξένος) *peregrinorum amans, hospitalis*. Ter in N. T. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. 1 Petr. 5, 9. (Xen. H. G. 6, 1. 3.)

Φιλοπρωτεύω, f. εύσω, (φιλέω, πρωτεύω primus sum) *primus esse amo* vel *cupio, principatum affecto*. Semel in N. T. 3 Ioh. v. 9. (adiectiv. φιλόπρωτος habet Pol. fragm. gr. 115. Artemid. 2, 33.)

Φίλος, ου, ὁ, *amicus* a) de hominibus, qui bene alicui cupiunt vel cui alii bene cupiunt Luc. 7, 6. 11, 5. 6. 8. 12, 4. 14, 12. 15, 6. 29. 16, 9. 21, 16. 23, 17. Ioh. 3, 29. 11, 1. 13 — 15, 15. 19, 12. Act. 10, 24. 19, 31. 27, 3. Iac. 2, 23. 3 Ioh. v. 15. (Pol. 1, 44. 1. Dem. 113, 27. Xen. Mem. 2, 5. 4.) — b) de sodalibus Matth. 11, 19. Luc. 7, 34. (similiter de sociis Xen. Ages. 2, 30. — c) de iis, qui delectantur aliqua re, φίλος τοῦ κόσμου. Iac. 4, 4. v. φιλέω. — d) in blanda compellatione Luc. 14, 10. — Saepius non reperitur in N. T.

Φιλοσοφία, ας, ἡ, (a φίλος et σοφός, propr. amor vel studium sapientiae) *scientia* vel *sapientia subtilior*, dicitur in N. T. de subtiliore religionis iudaicae scientia, pertinente tum ad librorum V. T. interpretationem, tum ad τὰς παραδόσεις et cultum externum seu de theologia iudaica Col. 2, 8. de h. l. καί in verbis καὶ κενῆς ἀπάτης explicandi vel amplificandi vim habente vid. καί p. 247 col. 2. (Similiter Pharisaeorum, Sadducaeorum et Essenorum opiniones de rebus div. φιλοσοφία appellantur apud Ios. Ant. 18, 1. 1. bell. iud. 2, 8. 2. De scientia rerum divinarum et humanarum Xen. Symp. 1, 5. Aeschin. Dial. Socr. 2, 22. Hdian. 1, 2. 6. De Chaldaeorum doctrina et sapientia Diod. Sic. 2, 29.)

Φιλόσοφος, ου, ὁ, *Philosophus, ein Philosoph*. Semel in N. T. Act. 17, 18. (Aeschin. Dial. Socr. 3, 17 et 20. Xen. Mem. 1, 2. 31. Hdian. 1, 9. 6.)

Φιλόστοργος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φιλέω, στοργή tener amor) *tenero affectu alios prosequens, zärtlich liebend*. Extat tantum Rom. 12, 10. τῇ φιλαδελφίᾳ [cf. de hoc dat. sub ἀγαλλιάω monita] εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. (Marc. Antonin. 1, 9. Athen. 13, p. 555. D. Xen. Cyr. 1, 3. 2.)

Φιλότεκνος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φιλέω, τέκνον) *liberos amans*. Semel in N. T. Tit. 2, 4. (Etymol. M. 794, 22. Plut. T. 3. p. 673. ed. *Reisk*.)

Φιλοτιμέομαι, οῦμαι, dep. passiv. (φιλότιμος, honoris amans; honoris studiosus sum) *honorem in aliqua re pono et summo studio eam tracto, ambitiose et studiose curo aliquid, ich betreibe etwas so, dass ich meine Ehre darin suche*, ita ter in N. T. sq. infinit. Rom. 15, 20. 2 Cor. 5, 9. 1 Thess. 4, 11. (Diod. Sic. 2, 7. 3, 17. 4, 83. Ael. V. H. 9, 29. Xen. Mem. 2, 6. 11.)

Φιλοφρόνως, adv. (φιλόφρων) *benigne, amice*. Semel in N. T. Act. 28, 7. — (2 Macc. 3, 9. Diod. Sic. 11, 56. Ios. b. i. 6, 2. 2. Xen. Cyr. 5, 5. 32.)

Φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φίλος, φρήν) *amica et benevola mente praeditus*. Ita codd. 1 Petr. 3, 8. vid. *Griesb. Schott, Knapp*. (Xen. Mem. 3, 1. 6.)

Φιμόω, ῶ, f. ώσω, (φιμός capistrum Aeschin. 9, 9.) 1) *capistro os obduro*, sq. accus. 1 Cor. 9, 9 et 1 Tim. 5, 18. verba Deut. 25, 4. ubi pro חָסַם. De h. l. fut. vid. ἀγαπάω. — 2) metaph. *obmutescere* vel *silere facio*, φιμόομαι, οῦμαι, *obmutesco*. a) de personis ad silentium redigentibus aliquem Matth. 22, 12. ὁ δὲ ἐφιμώθη. v. 34. ἐφίμωσε τοὺς σαδδουκαίους. Marc. 1, 25. et Luc. 4, 35. φιμώθητι. 1 Petr. 2, 15. φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν. (Ios. de bell. iud. 1. prooem. 5. 1, 22. 3. Lucian. de mort. Peregr. 15.) — b) de vento et maris fluctibus sedatis Marc. 4, 39. πεφίμωσο, *sei ruhig*. De h. l. perfecto statum durantem indicante vid. ἀγαπάω. — (Ios. de Macc. c. 2.) Saepius non reperitur in N. T.

Φλέγων, οντος, ὁ, *Phlegon*, nomen propr. viri Rom. 16, 14.

Φλογίζω, f. ίσω, (a φλόξ, γός, ἡ, flamma) *incendo, accendo* [propr. Sir. 3, 30. οἱ ο' Ps. 97, 3.] metaph. pro: *vehementer incito*, ut nostrates: *in Feuer und Flammen setzen*. Bis in N. T. Iac. 3, 6. De h. l. praesenti vid. sub δαμάζω notata coll. *Theile* ep. Iacob. p. 180. —

Φλόξ, γός, ἡ, *flamma* Luc. 16, 24. ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. — φλὸξ πυρός, item πῦρ φλογός [vid. πῦρ] Act. 7, 30. Apoc. 1, 14. 2, 18. 19, 12. — 2 Thess. 1, 8. (Sir. 8, 10. Diod. Sic. 20, 65. Ael. V. H. 5, 6. Xen. Symp. 2, 24.) — pro לַהַב Ies. 29, 6. — de fulminibus Hebr. 1, 7. — pro לֹהֵט Ps. 104, 4. — Saepius non legitur in N. T.

Φλυαρέω, ῶ, f. ήσω, (φλύαρος) *nugor, nugas profero*. Legitur tantum 3 Ioh. v. 10. (Aeschin. Dial. Socr. 2, 16. Xen. An. 3, 1. 26.)

Φλύαρος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φλύω, ebullio) *nugator, garrula*. Legitur tantum 1 Tim. 5, 13. (Artemid. 1. prooem. Aeschin. Dial. Socr. 3, 18.)

Φοβερός, ά, όν, (φοβέω) *formidabilis, terribilis, horrendus*. Ter in N. T. Hebr. 10, 27. 31. 12, 21. — pro נוֹרָא Deut. 1, 19. אָיֹם Habac. 1, 7. דְּחִיל Dan. 2, 31. (Sir. 43, 29. 2 Macc. 1, 24. Lucian. Dial. Deorr. 19, 1. Dem. 505, 12. Xen. An. 5, 2. 23.)

Φοβέω, ῶ, fut. ήσω, (φόβος) *terrorem incutio, ich setze in Furcht und Schrecken* [Xen. Cyr. 5, 5. 11.] passivum: φοβέομαι, οῦμαι, a. 1. p. ἐφοβήθην, f. 1. p. φοβηθήσομαι 1) *metus mihi incutitur, ich gerathe in Furcht oder Schrecken*, i. e. *metuo, timeo, ich fürchte, ich fürchte mich, ich erschrecke*, sive quod mala imminere puto, sive quod rerum insolitarum admiratione tangor, sive quod, quae laeta accidisse audio, an vera sint, dubitatio animum subit a) absolute i. e. sine casu nominis Matth. 10, 31. 14, 27. 30. 17, 7. 25, 25. 28, 5. 10. Marc. 5, 15. 33. 36. 6, 50. 10, 32. 16, 8. Luc. 1, 13. 30. 2, 10. 5, 10. 8, 25. 35. 50. 9, 34. 12, 7. 32. Ioh. 6, 19. 20. 12, 15. Act. 16, 38. 18, 9. 22, 29. 27, 24. Rom. 11, 20. Hebr. 13, 6. 1 Ioh. 4, 18. Apoc. 1, 17. — pro יָרֵא Gen. 15, 1. 50, 19. (Hdian. 1, 13. 8. Ael. V. H. 3, 43. Xen. Cyr. 1, 4. 19. 2, 1. 3.) — addito adv. ut σφόδρα Matth. 17, 6. 27, 54. vel μᾶλλον Ioh. 19, 8. 8. — addito nomine coniugato vel synonymo, ut πτόησις, cui si insuper adiungitur adiectivum, adverbiascit, ut φόβον μέγαν φοβεῖσθαι = *valde timere* Marc. 4, 41. Luc. 2, 9. — μηδεμίαν πτόησιν φοβ. = *nihil prorsus mihi metuo* 1 Petr. 3, 6. — Vide de hoc accus. sub ἀγαπάω observata. — — b) sq. accus. [vid. ἐλεέω init.] nunc *personae* = *metuo aliquem, metuo mihi ab aliquo* Matth. 10, 26. 28. 14, 5. 21, 26. 46. Marc. 11, 18. 32. quo l. si ab orat. directa ad obliquam fit transitus vid. ἀκούω et *Fritzsche* Ev. Marc. p. 496. — 12, 12. Luc. 12, 5 ter. 19, 21. 20, 19. 22, 2. Ioh. 9, 22. Act. 5, 26. 9, 26. Rom. 13, 3. — abest τὴν ἐξουσίαν v. 4 coll. v. 3. — Gal. 2, 12. (Plut. vit. Galb. c. 15. Xen. Hier. 2, 18.) — nunc *rei*, ut τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως = *nihil mali sibi metuebat a regis mandato violato* Hebr. 11, 23. τὸ θυμόν τινος v. 27. — (Diod. Sic. 20, 10. Plut. vit. Galb. c. 22. Lucian. D. D. 19, 3. Xen. H. G. 4, 4. 8.) — **φόβον τινός**, *metuo mihi ab aliquo* [propr. tangor metu, exeunte ab aliquo] 1 Petr. 3, 14. — alii: *metuo minas alicuius*. — φοβοῦμαι μηδέν = [φοβοῦμαι φοβερὸν μηδέν vid. ἀδικέω τινά τι] *nullo modo* [vid. μηδείς p. 100.] Apoc. 2, 10. — (Xen. Cyr. 2, 4. 22.) — c) sq. ἀπό τινος [= φοβεῖσθαι φόβον ἀπό τινος angor metu, exeunte ab aliquo vel quem affert aliquis, cuius ansam praebet aliquis. Vid. ἀπό

p. 45 col. 1 med. et *Fretscher* ind. ad Xen. Hier. sub ἀπό] *metuo aliquem* vel *propter aliquem, ich fürchte mich vor Jemandem* Matth. 10, 28. Luc. 12, 4. — ita pro חָתַת sq. מִן Ier. 10, 2. vel מִפְּנֵי Ier. 1, 17. יָרֵא sq. מִן Levit. 26, 2. sq. מִפְּנֵי Ier. 1, 8. — (Exempla graeca habes sub ἀπό l. l.) — d) sq. μή [vid. μή p. 318 col. 2.] Act. 27, 17. — (Hdian. 1, 14. 27. Xen. Cyr. 1, 6. 10. Thuc. 1, 36.) — sq. μήπως Act. 27, 29. 2 Cor. 11, 3. 12, 20. Gal. 4, 11. — item μήποτε Hebr. 4, 1. Vide de h. l. φοβηθῶμεν — βλέπωμεν μετὰ φόβου, sub μήποτε p. 320 col. 1. notata.

2) *vereor*, sq. accus. *ich scheue mich vor Jemandem* Luc. 23, 40. — Ita pro יָרֵא Exod. 1, 17. 14, 31. — sq. inf. aor. *vereor* i. e. *dubito facere aliquid*, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου Matth. 1, 20. — 2, 22. Marc. 9, 32. Luc. 9, 45. (Plut. vit. Galb. c. 27. Xen. An. 1, 3. 17. Cyr. 8, 7. 15.)

3) *vereor* i. e. *revereor*, *veneror* sq. accus. a) universe Marc. 6, 20. — ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα Eph. 5, 33. — ita pro יָרֵא Levit. 19, 3. Ies. 4, 14. (Plut. Vit. Galb. c. 3. Hdian. 3, 13. 6.) — τὸν θεόν, item τὸν κύριον. Luc. 1, 50. 18, 2. 4. Col. 3, 22. 1 Petr. 2, 17. Apoc. 11, 18. 14, 7. 15, 4. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε. Vide de h. l. coniunct. sub ἀπολύω monita. — Apoc. 19, 5. — iunctum c. nominibus *pietatis* notionem includentibus Act. 10, 2. 22. 35. — ubi agitur de proselytis Act. 13, 16. 26. — Saepius non legitur in N. T.

Φόβητρον, ου, τό, (φοβέω) *terriculamentum*. Semel in N. T. Luc. 21, 11. — pro חָגָּא Ies. 19, 17. (Anthol. gr. T. 3. p. 45. ed. *Iacobs*. Eur. Phoen. 1266.)

Φόβος, ου, ὁ, 1) *metus*, *timor*, *terror* a) proprie, ita ὁ φόβος c. artic. i. e. metus modo memoratus Matth. 14, 26. vid. ἐταράχθησαν, quod praecessit. 1 Ioh. 4, 18 bis. — ὁ φ. τινός metus quem incutit aliquis 1 Petr. 3, 14. — abest artic. = *Furcht*, *eine Furcht* Marc. 4, 41. Luc. 1, 12. 65. 2, 9. 5, 26. 7, 16. 8, 37. 21, 26. Act. 2, 43. 5, 5. 11. 19, 17. Rom. 8, 15. 2 Cor. 7, 11. 1 Tim. 5, 20. 1 Ioh. 4, 18. Iud. v. 23. Vid. tamen de h. l. lect. *Griesb. Knapp*, *Schott*. — Apoc. 11, 11. — pro יִרְאָה Gen. 9, 2. פַּחַד Deut. 11, 25. אֵימָה Gen. 15, 12. אֵימָתָה Exod. 15, 16. חִתַּת Gen. 35, 5. (Hdian. 1, 14. 19. Dem. 798, 3. Xen. An. 2, 2. 20 et 21.) — plur. φόβοι, *terrores* 2 Cor. 7, 5. — Vide de hoc plur. sub αἰσχύνη observata. — addito genit. obiecti, *Furcht vor Jemandem*, ita ὁ φόβος τινός c. artic. Matth. 28, 4. Ioh. 7, 13. 19, 38. 20, 19. Apoc. 18, 10. 15. — φόβος θανάτου *Todesfurcht*, *Furcht vor dem Tode* Hebr. 2, 5. — de timore iuncto cum laetitiae sensu, ita, ubi de rebus agitur, quas accidisse cum gaudio quidem audimus, quas tamen vere accidisse dubitamus, ut μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης Matth. 28, 8. — iunct. c. τρόμος [vid. τρόμος] 1 Cor. 2, 3. 2 Cor. 7, 15. Eph. 6, 5. Phil. 2, 12. — — b) ex metonym. abstracti pro concreto [vid. θλῖψις] pro: *persona* vel *res terrorem incutiens*, *terror*, *das Schrecken*, οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος ἀγαθῶν ἔργων Rom. 13, 3. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε. (Pol. 11, 30. 2. Sophocl. Philoctet. 1244. *terror* Iustin. 8, 1. 1. nos: Tilly das Schrecken Magdeburgs.) — 2) *reverentia*, ita a) ubi memoratur reverentia Deo vel Christo debita, ita ὁ φόβος τ. κυρίου Act. 9, 31. 2 Cor. 5, 11. — et sine articulo: φόβος θεοῦ = *Gottesfurcht*, *pietas in Deum* Rom. 3, 18. 2 Cor. 7, 1. abest genit. θεοῦ 1 Petr. 1, 17. 3, 2. 15. φ. χριστοῦ Eph. 5, 21. — pro hebr. פַּחַד Ps. 36, 2. — b) ubi de magistratu, praeceptore, imo de superioribus altero agitur, ut τῷ τὸν φόβον [scil. αἰτοῦντι] τὸν φόβον Rom. 13, 7. ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ 1 Petr. 2, 18. — Saepius non legitur in N. T.

Φοίβη, ης, ἡ, *Phoebe*, nom. propr. mulieris christianae Rom. 16, 1.

Φοινίκη, ης, ἡ, *Phoenice*, terrae tractus adiacens mari mediterraneo, situs inter Iudaeam et Syriam, versus septentrionem fluvium Eleutherum, versus meridiem Belum flumen habens. Terra haec uti fertilitate excellebat et coelum habebat mite atque clemens, ita mercaturae et navigationi erat aptissima. Urbes celeberrimae fuerunt *Acco*, *Berytus*, *Byblus*, *Orthosias*, *Sidon*, *Tyrus*. Act. 11, 19. 15, 3. 21, 2. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Phoenicien*.

Φοῖνιξ, vel φοίνιξ, [vid. *Win.* p. 50. *Passow* sub h. v.] ικος, ὁ, *palma arbor*, *Dattelpalme*, tam frequens olim in Palaestina, ut, quae praecipue abundat illa, urbs Iericho עִיר הַתְּמָרִים Deut. 34, 3. Iudd. 1, 16 coll. Ios. Ant. 13, 4. appellaretur (Diod. Sic. 2, 48. 53. 19, 98.), imo in nummis rom. et iudaicis Palaestinae esset emblema et insigne. Fructibus eius uti vescebantur Palaestinenses, ita ramis utebantur ad tabernacula σκηνοπηγίας festo exstruenda non solum, sed in honoribus etiam exhibendis alicui. Ioh. 12, 13. Apoc. 7, 9. cf. *Win.* bibl. Realw. sub v. *Dattelpalme*. — pro תָּמָר Iudd. 1, 16. תֹּמֶר Iudd. 4, 5. תִּמֹרָה 1 Regg. 6, 29. (2 Macc. 10, 7. Theophr. Caus. Plant. 3. c. 26. Artemid. 5, 89. Xen. Cyr. 5, 5. 3.)

Φοῖνιξ, ικος, ἡ, *Phoenix*, nom. urbis positae in insula Creta cum portu Act. 27, 12.

Φονεύς, έως, ὁ, (φονεύω) *homicida*. Septies in N. T. Matth. 22, 7. Act. 3, 14. 7, 52. 28, 4. 1 Petr. 4, 15. Apoc. 21, 8. 22, 15. (Sapient. 12, 5. Hdian. 3, 13. 4. Xen. Cyr. 4, 6. 6.)

Φονεύω, f. εύσω, (φόνος) *occido*, *interficio*, ut οὐ φονεύσεις i. e. *non*, *credo*, *interficies* [vid. ἀγαπάω] Matth. 5, 21. 19, 18. Rom. 13, 9. — Matth. 23, 31. 35. — μὴ φονεύσῃς Marc. 10, 19. Luc. 18, 20. Iac. 2, 11. 4, 2. de quo l. vid. sub ζηλόω p. 219 col. 2 fin. observata. — Iac. 5, 6. quo l. uti praeterita neque pro praesentibus accipienda, neque nimis premenda, ita in verbis κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε sine copula positis [vid. de asyndeto sub ἀδικέω monita] agnoscendam esse gradationem, respondentem fere verbis: *ad mortem usque litibus* iustum et probum *persequimini*, observavit *Theile* ep. Iac. p. 255. — pro הָרַג Iudd. 16, 2. הִכָּה Ios. 10, 28. 30. רָצַח Num. 35, 6. (Diod. Sic. 4, 32. 20, 33. Hdian. 8, 8. 15. Lucian. Dial. Deorr. 16, 3. Xen. Mem. 1, 2. 11.) — Saepius non reperitur in N. T.

Φόνος, ου, ὁ, *caedes* Marc. 15, 7. Luc. 23, 19. de h. l. participio γενόμενος semel posito, cum praeter στάσιν pertineat ad φόνον, cf. *Bornem.* Schol. p. 145. „in duobus" inquiens, „sententiae membris, praemisso participio, non opus est alio participium, quod membra illa connectat, subiiciatur" coll. *Schäfer* ad Eur. Hec. p. 58. — Luc. 23, 25. Act. 9, 1. Rom. 1, 29. Hebr. 11, 37. — (Diod. Sic. 20, 24. Ael. V. H. 2, 17. Hdian. 3, 2. 4. Dem. 641, 17. Xen. Cyr. 3, 3. 65.) — plur. φόνοι *Mordthaten* [vid. αἰσχύνη] Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. Gal. 5, 21. Apoc. 9, 21. (Hom. Iliad. 11, 622. Theogn. v. 51.) — Saepius non extat in N. T.

Φορέω, ῶ, f. έσω [de qua futuri forma insolentiori pro φορήσω 1 Cor. 15, 49. vid. *Win.* p. 74. *Buttm.* gram. max. Vol. 2. p. 435.] (φέρω) *fero*, ut apud Graecos [cf. quae habet de φέρω inceptivo et de φορέω continuativo *Herm.* ad Soph. Elect. v. 715. *Lob.* ad Phryn. p. 585.] ita in N. T. de iis, quae nobiscum circumferimus, ut τὰ μαλακὰ scil. ἱμάτια Matth. 11, 8. στέφανον Ioh. 19, 5. — μάχαιραν Rom. 13, 4. — τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ scil. ἀδάμ vel σώματος 1 Cor. 15, 49. — τὴν ἐσθῆτα Iac. 2, 3. (Sir. 11, 3. 40, 4. Diod. Sic. 20, 54. Ael. V. H. 3, 19. Pol. 6, 22. 1. Isaeus 71, 8. Xen. An. 1, 8. 29.) Saepius non reperitur in N. T.

Φόρον, ου, τό, *forum*, φόρον ἀππίου *forum Apii*, urbs Italiae, milliaria 43 distans ab urbe Roma et sita iuxta viam Appiam Act. 28, 15.

Φόρος, ου, ὁ, *tributum*, (φέρω, fero; affero, offero.) Quinquies in N. T. Luc. 20, 22. 23, 2. Rom. 13, 6. 7. ἀπόδοτε — τῷ τὸν φόρον [scil. αἰτοῦντι] τὸν φόρον. — pro מַס Iudd. 1, 28. מִנְדָּה Esr. 4, 20. (Diod. Sic. 2, 1. Ael. V. H. 2, 10. Hdian. 6, 2. 3. Dem. 156, 17. Xen. Symp. 4, 32.)

Φορτίζω, f. ίσω, (φόρτος onus) *onero*, *onus ferendum impono* [Anthol. gr. T. 4. p. 289. *Iacobs.*] Bis legitur in N. T. et refertur ad onus legum mosaicarum, quas auxerat magna et molesta praeceptorum copia doctorum iudaicorum superstitio, sq. duplici accus. [dici enim potest φορτίζω φορτίον onus impono et φορτίζω τινά onero aliquem cf. *Matth.* §. 421, not. 1. *Win.* p. 204.] Luc. 11, 46. — πεφορτισμένος, *onustus*, *oneratus* Matth. 11, 28.

Φορτίον, ου, τό, (demin. subst. φόρτος. Cf. de deminutione huius voc. ad formam, non ad significationem pertinente *Lob.* ad Phryn. p. 211 sq. *Buttm.* §. 104, c. not. gram. max. §. 119, 6. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 782. *Passow* sub h. v.) *onus, Last, Ladung,* ut de onere, quo oneratur navis Act. 27, 10. μετὰ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φορτίου. Vid. tamen de h. l. lect. *Griesb. Knapp, Scholt, de Wette* (Sir. 21, 16. Ael. V. H. 9, 14. Diod. Sic. 5, 35. Cebet. tab. c. 30. Artemid. 1, 31. Dem. 156, 5. Xen. Mem. 3, 13. 6.) — oneri comparantur nunc praecepta, quae observanda iniunguntur alicui Matth. 11, 30. Luc. 11, 46. — nunc vitia, quibus laborat aliquis Gal. 6, 5.

Φόρτος, ου, ὁ, (φέρω) *onus, Last, Ladung.* Semel in N. T. si lect. sana [vid. φορτίον] Act. 27, 10. (Aesop. fab. 20.)

Φορτουνάτος, vel φουρτουνάτος, ου, ὁ, *Fortunatus*, nom. propr. viri 1 Cor. 16, 17.

Φραγέλλιον, ίου, τό, *flagellum*, vox originis latinae. Ioh. 2, 15.

Φραγελλόω, ῶ, f. ώσω, (φραγέλλιον) *flagello, flagris caedo.* Bis in N. T. sq. accus. Matth. 27, 26. Marc. 15, 15.

Φραγμός, οῦ, ὁ, (φράσσω, sepio) *sepes, sepimentum, Zaun.* Quater in N. T. a) propr. Matth. 21, 33. Marc. 12, 1. — pro גָּדֵר Num. 22, 24. מְשׂוּכָה Ies. 5, 5. (Artem. 2, 24. Xen. Venat. 11, 4.) — lex mosaica disiungens quippe Iudaeos et gentiles comparatur φραγμῷ Eph. 2, 14. — b) pro: *locus septus* = φράγμα Luc. 14, 23.

Φράζω, f. άσω, (τινί τι dicendo aperio alicui aliquid Xen. Mem. 1, 4. 15. 4, 2. 21.) *explico*, τινί τι, ita bis in N. T. Matth. 13, 36 et 15, 15. (Cebet. tab. c. 33. Xen. Oec. 16, 8.)

Φράσσω, ττω, f. ξω, (obsepio, sepimento munio Xen. Cyr. 2, 4. 25.) *obstruo*, στόμα τινός *os alicuius obturo*, das Maul, den Rachen verstopfen. Ter in N. T. ut στόματα λεόντων Hebr. 11, 33. (Hdian. 8, 1. 15.) — metaph. pro: *ad silentium redigo* Rom. 3, 19. — 2 Cor. 11, 10. ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ [huius glorationis os non obturabitur quod attinet ad me i. e.] *non efficietur, ut obmutescat haec gloriatio mei ratione habita.* Alii obsepiendi notionem tenentes explicant: *non occludi poterit haec gloriatio, quin perveniat ad me.* Cf. *Meyer* et *de Wette* ad h. l. —

Φρέαρ, φρέατος, τό, *puteus.* Quinquies in N. T. Luc. 14, 5. Ioh. 4, 11. 12. Apoc. 9, 1. 2 ter, quo l. si repetitur voc. φρέαρ vid. de hoc verbositatis genere *Win.* p. 549. coll. *Iacob* ad Lucian. Alexandr. p. 117. — pro בְּאֵר Gen. 16, 14. בּוֹר 1 Sam. 19, 22. (Diod. Sic. 2, 1. Artemid. 2, 27. Xen. An. 4, 5. 25.) De puteis orientis cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Brunnen.*

Φρεναπατάω, ῶ, f. ήσω, (φρήν, ἀπατάω decipio) *decipio.* Legitur tantum Gal. 6, 3. ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.

Φρεναπάτης, ου, ὁ, (φρήν, ἀπατάω decipio) *defraudator.* Extat tantum Tit. 1, 10. (Etymol. Magn. 811, 3.)

Φρήν, ενός, ἡ, (praecordia) *mens* i. e. *Verstand, Urtheilskraft.* Bis in N. T. 1 Cor. 14, 20 bis. De horum locorum dat. vid. sub ἀγαλλιάω monita. (Diod. Sic. 4, 11. Hdian. 3, 11. 7. Dem. 780, 21.)

Φρίσσω, ττω, f. ξω, (rigeo, die Haare stehen mir zu Berge Hesiod. Scut. 391.) *horreo, perhorresco.* Semel in N. T. de metu ingenti, quo corripitur aliquis Iac. 2, 19. τὰ δαιμόνια — φρίσσουσι. De h. l. neutro plur. cum verbo plur. vid. ἀκολουθέω. — (Plut. de pueror. educ. c. 12. Dem. 332, 11.)

Φρονέω, ῶ, f. ήσω, 1) *sentio* i. e. *statuo*, sq. accus. Act. 28, 17. Rom. 12, 3. 1 Cor. 4, 6. de h. l. τὸ μὴ φρονεῖν *das Nichtmeinen* vid. τὸ μὴ βλέπειν sub βλέπω p. 74 col. 1. et de h. l. φρονεῖν suspecto, ut videtur, *Schott, Meyer, de Wette.* — Gal. 5, 11. Phil. 3, 15 bis. (Pol. 2, 7. 3. Philostr. vit. Soph. 1. c. 15. Xen. Cyr. 4, 6. 3.) — addito ὑπέρ τινος, *de aliquo* Phil. 1, 7. — addito ἐν ὑμῖν i. e. *inter vos, in coetu vestro* Phil. 2, 5. Vide ἐν p. 165 col. 2. — ὡς νήπιος 1 Cor. 13, 11. — φρονεῖν εἴς τι [vid. sub εἰς p. 142 col. 1. ad Phil. 1, 23. notata], ut εἰς τὸ σωφρονεῖν Rom. 12, 3. — — 2) *sentio* i. e. *animatus sum,* τὸ αὐτό, item τὸ ἓν φρονεῖν *consentire, concordem esse* 2 Cor. 13, 11. Phil. 2, 2. (Dion. Hal. Ant. 4. p. 221. Dem. 178, 25.) — εἰς ἀλλήλους = *in vos invicem, gegen einander* Rom. 12, 16. Vide εἰς p. 142 col. 1. — ἐν ὑμῖν — ἐν ἀλλήλοις [vid. ἐν p. 165 col. 2 init.] Rom. 15, 5. vel ἐν κυρίῳ i. e. *memor domini, pro pietate, quae debetur domino* [vid. ἐν p. 171 col. 2 med.] Phil. 4, 2. — φρονεῖν τά τινος, *sentire eadem, quae alter sentit, studere rebus alicuius* Matth. 16, 23 et Marc. 8, 33. — φρονεῖν τὰ τῆς σαρκός Rom. 8, 5. (1 Macc. 10, 20. Diod. Sic. 20, 35 et 90. Hdian. 8, 6. 13. Hdot. 2, 102.) — τὰ ὑψηλὰ φρονεῖν *alta spirare* Rom. 12, 16. (μέγα Xen. Cyr. 4, 6. 3.) — 3) *studeo rei, operam do rei*, τὰ ἐπίγεια Phil. 3, 19. quo l. si post accus. τοὺς ἐχθροὺς sequitur nominat. οἱ — φρονοῦντες vid. sub κατεσθίω ad Marc. 12, 40. observata. — τὰ ἄνω Col. 3, 2. ὑπέρ τινος, *für Jemanden sorgen* Phil. 4, 10. de h. l. infinit. τὸ — φρονεῖν = ὥστε φ. vid. ἀναθάλλω et *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 229. — ἡμέραν φρονεῖν i. e. *diem observare* Rom. 14, 6 bis. — addito dat. κυρίῳ i. e. *in honorem domini* [vid. ἄγω], ita φρονεῖν ἡμέραν ibid. bis. (1 Macc. 10, 20.) Saepius non extat in N. T.

Φρόνημα, τος, τό, (φρονέω) *quod quis sentit vel statuit, studium, das Streben, Trachten.* Quater in N. T. Rom. 8, 6 bis. v. 7. 27. (Pol. 5, 83. 5. 5, 92. 3. Ael. V. H. 9, 3. Dem. 246, 1. Thuc. 5, 40.)

Φρόνησις, εως, ἡ, (φρονέω) *intelligentia, Einsicht.* Bis legitur in N. T. Luc. 1, 17. ἐπιστρέψαι — ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων [per attract. pro: εἰς φρ. vid. ἐν p. 169 col. 2 fin.] *ad intelligentiam* [rerum scil. ex voluntate faciendarum fugiendarumve] *quae est in probis* Dei cultoribus. Eph. 1, 8. — pro חָכְמָה 1 Regg. 3, 28. בִּינָה Prov. 1, 2. תְּבוּנָה Prov. 3, 13. דַּעַת Ps. 14, 5. (Ios. Ant. 8, 7. 5. Xen. Mem. 1, 2. 10.)

Φρόνιμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τό, (φρονέω, φρήν) *intelligens, prudens, verständig* Matth. 7, 24. 10, 16. 24, 45. 25, 2. 4. 8. 9. Luc. 12, 42. — comparativus φρονιμώτερος 16, 8. — 1 Cor. 10, 15. 2 Cor. 11, 19. — φ. ἐν χριστῷ *in der Verbindung mit Christo* i. e. *prudens Christianus* [vid. ἐν p. 171 col. 1.] 1 Cor. 4, 10. παρ᾽ ἑαυτοῖς φρόνιμοι i. e. *qui sibi ipsis sapere videntur* Rom. 11, 25. 12, 16. — pro נָבוֹן Prov. 14, 16. מֵבִין Prov. 17, 10. חָכָם 1 Regg. 3, 12. (Cebet. tab. c. 3. Xen. Mem. 2, 3. 1.) Saepius non reperitur in N. T.

Φρονίμως, adv. (sapienter Xen. Ages. 1, 17.) *prudenter, callide.* Extat tantum Luc. 16, 8. φρονίμως ἐποίησεν.

Φρονιμώτερος, vid. φρόνιμος.

Φροντίζω, f. ίσω, (φροντίς cura) *curam gero rei, operam navo rei.* Semel in N. T. sq. gen. [vid. ἀμελέω] Tit. 3, 8. — (Ael. V. H. 14, 11. Diod. Sic. 11, 56. Xen. Mem. 3, 11. 12.)

Φρουρέω, ῶ, f. ήσω, (φρουρά custodia; custodio, Wache halten) *custodio.* Quater in N. T. a) propr. i. e. *praesidio munio,* ut τὴν πόλιν 2 Cor. 11, 32. — (Iudith. 3, 6. Diod. Sic. 18, 10. Pol. 17, 4. 6. Hdian. 3, 6. 23. Xen. Cyr. 1, 2. 12.) — συγκεκλεισμένοι φρουρῶ τινά *inclusum custodio aliquem* ὑπό τινα i. e. ita, *ut subiectus sit alicui* metaph. pro: *subiectum teneo aliquem alicui* Gal. 3, 23. — b) *tuendi* sensu, τὴν καρδίαν καὶ τὰ νοήματά τινος ἐν χριστῷ ἰησοῦ *animos et cogitationes alicuius Jesu Christo adiutore* [vid. ἐν p. 172 col. 1 fin.] Phil. 4, 7. cf. ad h. l. *Hölem.* ep. P. ad Philipp. p. 344 sq. — c) τινά εἴς τι *aliquem alicui rei, Jemanden für etwas* [vid. εἰς p. 143 col. 2 med.] i. e. *asservo aliquem alicui rei* 1 Petr. 1, 5.

Φρυάσσω, ττω, f. ξω, (pro Graecorum φρυάσσομαι cf. *Win.* p. 26. *Passow* Vol. 2. p. 1366.) *ferocio,* de tumultuantibus semel in N. T. Act. 4, 25. ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη. Verba Psalmi 2, 1. (φρυάσσομαι de equis ferocientibus Callim. in lavacr. Pallad. v. 2. de hominibus sese efferentibus 2 Macc. 7, 34. 3 Macc. 2, 2. Diod. Sic. 4, 74.)

Φρύγανον, ου, τό, (φρύγω, torrefacio) *sarmentum, virgultum aridum.* Extat tantum Act. 28, 3. (Theophr. H. Pl. 1, 5. 15. 16. Hdian. 8, 4. 11. Xen. Cyr. 5, 2. 15.)

Φρυγία, ας, ἡ, *Phrygia*, regio Asiae minoris, versus septentrionem Galatiam, in meridie Lycaoniam et Pisidiam, ad occasum agrum troianum, versus orientem Cap-

padociam habens et cuius una pars Phrygiae maioris, altera minoris nomine venit. Urbes huius provinciae in N. T. memoratae sunt Laodicea, Hierapolis, Colossae. Act. 2, 10. 16, 6. 18, 23. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub hoc voc.

Φύγελλος, ου, ὁ, *Phygellus*, nomen proprium viri 2 Tim. 1, 15.

Φυγή, ῆς, ἡ, (φεύγω) *fuga*. Bis in N. T. Matth. 24, 20. Marc. 13, 18. — pro מְנוּסָה Ies. 52, 12. מָנוֹס Ier. 25, 35. (Diod. Sic. 20, 12. Arrian. exp. Alex. M. 5, 24. Xen. Cyr. 4, 2. 28.)

Φυλακή, ῆς, ἡ, (φυλάσσω) 1) *custodia* i. e. a) *excubiae*, φυλάσσειν φυλακάς [vid. ἀγαπᾶν ἀγάπην sub ἀγαπάω] *excubias agere* Luc. 2, 8. Ita pro שָׁמַר מִשְׁמֶרֶת Num. 1, 53. 3, 7. (Arrian. exp. Alex. M. 4, 16. 1 et 7. Xen. Mem. 3, 6. 11. 4, 7. 4. φυλακὰς φυλάττειν Xen. An. 2, 6. 10. Cyr. 8, 6. 14.) — b) metonym. [vid. αἰχμαλωσία] *custodes, excubitores*. Act. 12, 10. διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν. (Dion. Hal. Ant. 1, 86. πρώτη φ. Heliod. 1, 6. Polyaen. 2, 35. — Dem. 622, 7. Xen. Cyr. 1, 6. 43. 3, 3. 33. *custodia* Florus 4, c. 11. nos: die Wache in formula: *die Wache holen*.) — c) *custodia* i. e. *carcer* Matth. 5, 25. 14, 3. 10. 18, 30. 25, 36. 39. 43. 44. Marc. 6, 17. 28. Luc. 3, 20. 12, 58. 21, 12. 22, 23. 28, 19. 25. Ioh. 3, 24. Act. 5, 19. 22. 25. 8, 3. 12, 4. 5. 6. 17. 16, 23. 24. 27. 37. 40. 22, 4. 26, 10. 2 Cor. 6, 5. 11, 23. Hebr. 11, 36. Apoc. 18, 2. — οἱ ὁ' pro מִשְׁמָר Gen. 40, 3. 42, 17. מַטָּרָה Nehem. 3, 25. בֵּית כֶּלֶא 1 Regg. 22, 27. (Diod. Sic. 4, 46. Arrian. diss. epict. 1, c. 29. de corpore animi carcere Artemid. 3, 10. *custodia* pro: carcer Cornel. Nep. vit. Eumen. c. 11.) — de tartaro, in quo velut in carcere detineri putabantur diabolus, mali genii, item impii 1 Petr. 3, 19. Apoc. 20, 7. — — 2) *vigilia* i. e. pars noctis, qua excubiae agebantur. Uti Graeci, ita Hebraei antiquiores noctem diviserunt in tres partes vel vigilias hebr. אַשְׁמֻרָה, אַשְׁמֹרֶת, cf. *Sturz* Lex. Xenoph. sub φυλακή et *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Nachtwache*; sed ex quo Romanorum imperio subiecta erat Palaestina, Iudaei cum Romanis noctem diviserunt in vigilias quatuor, quarum nomina supra notavimus sub ἀλεκτοροφωνία. — Matth. 14, 25. 24, 43. de horum locorum dat. vid. sub ἑξῆς notata. — Luc. 12, 38. Marc. 6, 48. — (Arrian. exped. Alex. M. 5, 24. 2. Diod. Sic. 18, 40. Ios. Ant. 5, 6. 5. Xen. An. 4, 1. 5. Hdot. 9, 51.) Saepius non reperitur in N. T.

Φυλακίζω, f. ίσω, (φυλακή) *custodiae trado, in carcerem conücio*. Extat tantum Act. 22, 19. — (Sap. 18, 4.)

Φυλακτήρια, ίων, τό, (φυλακτήριον munimentum extra castra vel urbem, in quo locatur praesidium; deinde metaph. praesidium i. e. Schutzmittel, Verwahrungsmittel, ut Amuletum Dem. 71, 24.) i. q. טוֹטָפוֹת et apud scriptores V. T. seriores תְּפִלִּין i. e. *laminae vel schedae membranaceae, quibus inscriptae erant variae legis mos. sententiae*, ut Exod. 13, 1—10. 11—16. Deut. 6, 4—9. 15, 13—21. *et quas thecis* [קְצִיצוֹת] *insertas Iudaei fronte et brachio sinistro aptare solebant ex lege* Deut. 6, 8. φυλακτήρια appellabantur a Iudaeis, quod inesse his ligamentis precatoriis vim ad avertenda quaevis mala opinabantur. Semel in N. T. Matth. 23, 5. Dilatando i. e. latiora faciendo ista φυλακτήρια legis observantiores et studiosiores videri volebant Pharisaei. Cf. *Win.* bibl. Realw. sub voc. *Phylakterien*.

Φύλαξ, ακος, ὁ, (φυλάσσω) *custos*. Ter in N. T. Act. 5, 23. 12, 6. 19. — pro שֹׁמֵר Gen. 4, 9. (Diod. Sic. 19, 5. Hdian. 3, 3. 12. Dem. 682, 25. Xen. Mem. 2, 1. 32.)

Φυλάσσω, ττω, f. ξω, (vigilo, non dormio Hom. Od. 20, 53.) 1) *custodio* A) intrans. *ich wache*, ita φυλάσσειν φυλακήν Luc. 2, 8. de h. l. ἐπί c. accus. vid. ἐπί p. 168 col. 1 fin. — (Xen. An. 2, 6. 10.) — B) transit. i. e. *bewachen, observo aliquem, ne elabatur* vel *ne detrimenti quid capiat* a) proprie, sq. accus. *pers.* Luc. 8, 29. Act. 12, 4. 23, 16. — (Hdian. 1, 17. 3. Dem. 688, 15. Xen. Cyr. 4, 2. 40.) — additur ἐν c. dat. loci Act. 23, 35. — sq. accus. *rei* Luc. 11, 21. Act. 22, 20. (Hdian. 4, 6. 9. Ael. V. H. 2, 4. Dem. 26, 23. Xen. Ages. 4, 1.) — b) *tueor, salvum et incolumem servo aliquem vel aliquid* a) universe, sq. accus. *rei*, ut τὴν παραθήκην 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 1, 14. (Dem. 16, 3.) — additur εἰς c. accus. temporis 2 Tim. 1, 12. (Ael. V. H. 9, 21.) — vel εἰς ζωὴν αἰώνιον [vid. εἰς p. 141 col. 1.] Ioh. 12, 25. — sq. accus. *pers.* Ioh. 17, 12. 2 Petr. 2, 5. — accusativo obiecti additur accus. praedicati Iud. v. 24. — τινὰ ἀπό τινος [vid. ἀπό p. 43 col. 1 fin.] = *tutum praesto aliquem ab aliqua re* vel *persona* 2 Thess. 3, 3. — (Xen. Cyr. 1, 4. 7.) — b) de personis caventibus sibi ab aliqua re, ita φυλάσσω ἐμαυτὸν ἀπό τινος [vid. ἀπό p. 42 col. 1 fin.] = *caveo mihi ab aliqua re* 1 Ioh. 5, 21. — (φύλαττε σαυτόν Epict. Enchirid. c. 34.) — med. φυλάσσομαί τι vel τινά *hinsichtlich einer Sache* [cf. *Matth.* §. 425. *Win.* p. 201.] Act. 21, 25. 22, 4. 15. — (Hdian. 6, 5. 9. Diod. Sic. 20, 26. Xen. Mem. 2, 2. 14.) — sq. ἀπό τινος Luc. 12, 15. — (Sir. 12, 11. Xen. Cyr. 2, 3. 9.) Vide ἀπό l. l. — sq. ἵνα μή 2 Petr. 3, 17. (sq. ὅπως μή Xen. Mem. 1, 2. 37. sq. μή Epictet. Enchir. c. 34.) —

2) metaph. *observo, morem gero alicui, obsequor*, [vid. *Win.* p. 31.] sq. accus. rei Luc. 11, 28. Act. 7, 53. 16, 4. 21, 24. Rom. 2, 26. Gal. 6, 13. 1 Tim. 5, 21. — pro נָצַר Ps. 105, 45. Prov. 6, 20. — (Sir. 21, 11. Ael. V. H. 2, 31. Hdian. 1, 7. 12. Xen. H. G. 1, 7. 10. Hdot. 1, 165.) — med. φυλάσσομαί τι = *mihi ut consulam* vel *mihi ne desim, obsequor rei* Matth. 19, 20. Marc. 10, 20. Luc. 18, 21. Cf. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 602. — Saepius non legitur in N. T.

Φυλή, ῆς, ἡ, (φῦλον, φύω) 1) *tribus*, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ ἰσραήλ Matth. 19, 28 et Luc. 22, 30. — Apoc. 1, 7. — Luc. 2, 36. Act. 13, 21. Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. Hebr. 7, 13. 14. Iac. 1, 1. Apoc. 5, 5. 7, 4 — 8. 21, 12. — ita pro מִשְׁפָּחָה Num. 33, 54. (Xen. Mem. 3, 4. 5.) — 2) *gens, natio*, ita iunct. c. γλῶσσα, ἔθνος, λαός [vid. γλῶσσα, ἔθνος] Matth. 24, 30. Apoc. 5, 9. 7, 9. 11, 9. 13, 7. 14, 6. — ita pro מִשְׁפָּחָה Ezech. 20, 32. (Hesiod. scut. Hercul. 162.) — Saepius non reperitur in N. T.

Φύλλον, ου, τό, (φύω) *folium*. Quinquies in N. T. Matth. 21, 19. 24, 32. Marc. 11, 13. 13, 18. Apoc. 22, 2. — pro עָלֶה Gen. 3, 7. (Sir. 6, 3. Diod. Sic. 2, 49. Ael. V. H. 4, 17. Dem. 615, 10.)

Φύραμα, τος, τό, (φυράω vel φύρω misceo Xen. H. G. 7, 2. 22. Diod. Sic. 1, 84.) *quod subigendo miscetur, materia humore macerata, massa*, de massa argillacea Rom. 9, 21. (Geoponic. 15, 2. 8. φυράματα κονίας καὶ βολβίτου.) — De massa farinacea [quam Graeci τὴν φύστην appellarunt. Cf. *Passow* sub voc. φύστη et *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 2. p. 488.] Rom. 11, 16. 1 Cor. 5, 7. et in locutione proverb. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ 1 Cor. 5, 6 et Gal. 5, 9. Sensus: *pauci prave et perperam docentes possunt omnem coetum corrumpere*. — pro בָּצֵק Exod. 12, 34. עֲרִיסוֹת Num. 15, 19. 21. (Marc. Anton. 6, 68.)

Φυσικός, ή, όν, (φύσις) *naturalis* i. e. *naturae conveniens*, Rom. 1, 26 bis. — (Diod. Sic. 3, 61. Hdian. 6, 1. 14.) — ἄλογα ζῶα φυσικά animalia ratione carentia *ab instinctu naturae pendentia* 2 Petr. 2, 12. Saepius non legitur in N. T.

Φυσικῶς, adv. *naturâ, von Natur*. Semel in N. T. Iud. v. 10. ὅσα φυσικῶς [i. e. *natura* vel *instinctu duce*] ἐπίστανται. (Diod. Sic. 20, 55. Diog. Laërt. 10, 137.)

Φυσιόω, ῶ, f. ώσω, (anhelo Hom. Iliad. 16, 506.) *inflo* [propr. Anthol. gr. T. 4. p. 177. ed. *Iacobs*] *tumefacio*, metaph. *effero, superbum reddo*, ut ἡ γνῶσις φυσιοῖ 1 Cor. 8, 1. — passiv. φυσιόομαι, οῦμαι, pf. πεφυσίωμαι, a. 1. p. ἐφυσιώθην, *tumesio, intumesco*, metaph. *efferor, ich werde aufgeblasen, ich überhebe mich* 1 Cor. 4, 18. 19. 5, 2. 13, 4. — ὑπέρ τινος *in commodum alicuius*, κατά τινος, *contra aliquem* 1 Cor. 4, 6. de h. l. ἵνα c. indicat. vid. ἵνα p. 240 col. 1. — ὑπό τινος Col. 2, 18. — Saepius non extat in N. T. (Habent in talibus Graeci φυσάω Dem. 169, 23. Xen. Mem. 1, 2. 25. Marc. Anton. 3, 25.)

Φύσις, εως, ἡ, (vis genitrix, a φύω gigno) 1) *natura* i. e. a) *ordo naturae, Natureinrichtung*, hinc ὁ κατὰ φύσιν *naturalis, naturgemäss* [vid. κατά p. 251 col. 1.] ὁ παρὰ φύσιν *naturae contrarius, naturwidrig* [vid.

σαφῶ p. 374 col. 2.] Rom. 1, 26. 11, 21. 24. (Athen. 13. p. 605. Philo Legg. Spec. T. 2. p. 306. 17. Xen. Hieron. 1, 22.) — b) *indoles, natura rei, proprietas nativa*, ut θείας κοινωνοὶ φύσεως 2 Petr. 1, 4. οἱ μὴ φύσει [i. e. *si naturam et indolem spectaveris* vid. de hac dat. vi ἀγαλλιάω] θεοί Gal. 4, 8. (Cebet. tab. c. 7 et 31. Ael. V. H. 2, 13. 8, 11. Xen. Oec. 16, 2.) — de indole hominis ratione habita vel *sensus recti et boni a Deo insiti homini*, ut φύσει [i. e. *natura magistra, ratione duce*, vid. de dat. causali sub ἁμαρτία notata] τὰ τοῦ νόμου ποιῇ Rom. 2, 14. (Dem. 717, 24.) — vel eorum, quae animo diverse affecto infectoque, ut educatione, disciplina, *consuetudine*, vitae genere, consortiis, opibus, honoribus, utilitatibus, soli ingenio, coeli temperatura in naturam nobis verterunt [cf. *Fritzsche* ep. P. ad Rom. Vol. 1. p. 116. *Theile* ep. Iac. p. 69. *Grimm* Comment. über das Buch der Weisheit p. 295. 281. *Krehl* Neutestamentliches Handwörterbuch sub voc. *Natur* p. 460. *Sünde* p. 524.], ita ἤμεν φύσει τέκνα ὀργῆς i. e. *eramus propter malos mores, qui ex consuetudine in naturam nobis vertissent, irae divinae obnoxii* Eph. 2, 3. (Sap. 13, 1. Ios. Ant. 13, 10. 6. φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ φαρισαῖοι. Cf. Cic. legg. agrar. 2, 35: non ingenerantur hominibus *mores* tam a *stirpe generis* et *seminis*, quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura loci et a vitae consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus.) — vel relate ad *sensum honesti et turpis*, quo docemur, non esse temere recedendum ab iis, quae apud nostrates honesta et turpia, decora et indecora habentur, *das dem Menschen natürliche Schicklichkeitsgefühl* 1 Cor. 11, 14. αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ [scilicet apud Graecos] ἀτιμία αὐτῷ ἐστι. Tenenda sunt ad h. l. quae leguntur Plut. quaest. rom. c. 14. καὶ γὰρ παρ᾽ Ἕλλησιν, ὅταν δυστυχία τις γένηται, κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες· ὅτι τοῖς μὲν τὸ κείρεσθαι, ταῖς δὲ τὸ κομᾶν συνηθές ἐστιν. Herodot. 1. c. 82. Ἀργεῖοι μὲν νῦν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου κατακειράμενοι τὰς κεφαλάς, πρότερον ἐπανάγκες κομῶντες, ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην, μὴ πρότερον θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι χρυσοφορήσειν πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο νόμον, οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν. Adde verba Phocylidis v. 199 — 201. Μὴ μὲν ἐπ᾽ ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος, Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήθ᾽ ἅμματα λοξὰ κορύμβων, Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί. — Sermo enim est h. l. non de eo, quod circa capillum apud Hebraeos, sed de illo, quod in hac re honestum et decorum iudicabatur apud Graecos. — vel denique in significandis sive virtutibus sive vitiis natura sua rei vel personae, casu secundo sequentis, propriis ponitur voc. φύσις, ut cum persona vel re simul respiciendam esse eius indolem fortius admoneat [cf. *Matth.* §. 430. *Theile* ep. Iac. p. 191.] ut πᾶσα φύσις θηρίων — ἐναλίων Iac. 3, 7. (Soph. Ant. v. 346. OR. 869. Plat. Phileb. p. 83. ed. *Stallb.*) — ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη i. q. ὁ ἄνθρωπος sed fortius et significantius = *humani ingenii solertia* Iac. 3, 7. cf. *Theile* l. l. — 2) *nativitas, generatio*, dat. φύσει *nativitatem si spectaveris = natalibus* Gal. 2, 15. — Rom. 2, 27. (Pol. 3, 9. 6. Aristot. Nicom. 3, 7. Plut. vit. Thes. c. 26. Lucian. de merced. conduct. §. 24. Plat. Menex. p. 198. ed. *Tauchn.* φύσει μὲν βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες.) — Saepius non legitur in N. T.

Φυσίωσις, εως, ἡ, (φυσιόω quod v.) *inflatio*, metaph. *elatio animi, iactatio*. Semel in N. T. 2 Cor. 12, 20.

Φυτεία, ας, ἡ, (φυτεύω quod vid.; plantatio Diod. 3, 62. Ael. V. H. 3, 40.) *planta* i. q. φύτευμα. Extat tantum Matth. 15, 13. πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου. Sens. *omnis doctrina non a patre meo profecta*.

Φυτεύω, f. εύσω, (φυτόν) *planto* a) propr. sq. accus. Matth. 21, 33. Marc. 12, 1. Luc. 20, 9. 1 Cor. 9, 7. (Dem. 1275, 9. Xen. Oec. 19, 12.) — addito ἐν c. dat. loci Luc. 13, 6. 17, 6. (Xen. Oec. 20, 3.) — absolute Luc. 17, 28. (Xen. Mem. 2, 1, 18.) — pro נָטַע Gen. 9, 20. שָׁתַל Ps. 1, 3. — b) trop. Matth. 15, 13. de quo loco v. φυτεία. — 1 Cor. 3, 6. 7. 8. Paulus se quatenus primus religionis christianae notitia imbuit Corinthios, comparat φυτεύοντι, Apollonium contra, institutionem Pauli continuantem et augentem, ποτίζοντι, Deum denique, utriusque operae incrementa dantem αὐξάνοντι confert.

Φύω, 1) *gigno*, et a. 2. pass. ἐφύην [de qua forma serioris aevi pro ἔφυν Xen. Mem. 2, 3. 4. cf. *Buttm.* §. 101. gram. max. §. 114. *Matth.* §. 254. *Rost* §. 84. *Fritzsche* Ev. Matth. p. 719. Ev. Marc. p. 578 sq. *Win.* p. 84.] *natus sum, enatus sum* Luc. 8, 6. 8. — (Diod. Sic. 1, 10. ἐφύην Schol. Apollonii Rhod. 2, 354. ἐξ ἧς sc. χολῆς φυῆναι τὸ καλούμενον ἀκόνιτον φάρμακον. Excitavit haec verba nuperrime *Meinecke* in Commentat. de Euphorione Chalcidensi p. 79.] — 2) intransitive [ut apud scriptores ionicos Hom. Iliad. 6, 149. et doricos cf. *Win.* p. 24.] *enasco, propullulo* Hebr. 12, 15. ῥίζα ἄνω φύουσα; desumta sunt haec verba e Deut. 29, 18. ubi φύω pro עָלָה.

Φωλεός, οῦ, ὁ, *fovea*, maxime ferarum, *lustrum*. Bis in N. T. Matth. 8, 20 et Luc. 9, 58. αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι. (Ael. Hist. Anim. 6, 3. Pausan. 8, 16. Apollod. Bibl. 1, 9. 11.)

Φωνέω, ῶ, f. ήσω, (φωνή) 1) *vocem tollo, voco*, a) de gallo, ubi Lat.: *cano*, nos: *krähen*, Matth. 26, 34. 74. 75. Marc. 14, 30. 68. 72. Luc. 22, 34. 60. 61. Ioh. 13, 38. 18, 27. — b) de personis: *clamo, vocem tollo*, Luc. 8, 8. 54. 16, 24. — pro קְרָא Dan. 4, 11. (φωνεῖν ταῖς σάλπιγξι 1 Macc. 9, 12. de homine, qui, postquam diu tacuerat, vocem edit Xen. Symp. 3, 13.) — addito dat. nominis vel coniugati vel synonymi [vid. ἀγαλλιάω], ut κραυγῇ vel φωνῇ μεγάλῃ Luc. 23, 46. Act. 16, 28. Apoc. 14, 18. — 2) trans. *compello* i. e. *nomen eius pronuntians alloquor aliquem*, a) seq. acc. et nominat. tituli [de quo vid. sub ἀμφόθος notata] Ioh. 13, 13. ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ διδάσκαλος *utimini in alloquendo me vocibus* vel *nominibus* διδάσκαλος, κύριος i. e. *magistrum, dominum me salutatis*. — b) de personis, quae *nomen alicuius pronuntiantes ad se vocant aliquem* vel *ut adsit aliquis iubent* sq. accus. Matth. 20, 32. Marc. 3, 31. 9, 35. 10, 49 ter. Luc. 16, 2. — 19, 15. quo l. additur dat. commodi αὐτῷ *für ihn*. — Ioh. 1, 49. 2, 9. 4, 16. 9, 18. 24. 11, 28. 18, 33. Act. 9, 41. 10, 7. (Soph. Aiac. v. 73. αἴαντα φωνῶ coll. v. 89. ubi ἀντερόν σε προσκαλῶ. — c) de viro, qui, nomen alicuius pronuntiando auxilium eius implorat Matth. 27, 47. — d) τινά sq. ἐκ c. gen. loci = *exire aliquem* iubeo, nomine, quo appellatur, compellans eum Ioh. 12, 17. coll. 11, 43. — 3) = καλέω, *voco*, ut ad coenam, τινά Luc. 14, 12. — Saepius non legitur in N. T.

Φωνή, ῆς, ἡ, 1) *sonus, sonitus* a) universe, ut instrumentorum musicorum Matth. 24, 31. 1 Cor. 14, 7. 8. aquarum Apoc. 1, 15. 14, 2. 19, 6. venti Ioh. 3, 8. Act. 2, 6 coll. v. 2. curruum Apoc. 9, 9. alarum 9, 9. tonitruum 6, 1. 10, 3. 14, 2. quo l. si in verbis ὡς φωνὴν ὑδάτων repetitur voc. φωνή vid. sub φρέαρ monita. — 19, 6. ubi alias φωναί καὶ βρονταί 4, 5. 8, 5. 11, 19. 16, 18. — molae 18, 22. turbae vel multitudinis 19, 1. 6. salutationis Luc. 1, 44. ῥημάτων Hebr. 12, 19. — (Sirac. 43, 17. Xen. Mem. 1, 4. 6.) — b) *clamor* Matth. 2, 18. Marc. 15, 37. Luc. 23, 23. Act. 19, 34. (Xen. Cyr. 1, 2. 3.) —

2) *vox, die Stimme*, et plur. φωναί *voces*, ubi agitur de multitudine clamantium vel de clamore saepius repetito [vid. αἰσχύνη] a) propr. ut equorum Apoc. 9, 9. — hominum, ut in formulis φωνῇ μεγάλῃ, ἐν φωνῇ μεγάλῃ, ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ vel μετὰ φωνῆς μεγάλης, iunctis c. vv. αἰνεῖν, ἀναβοᾶν, ἀνακράζειν, ἀναφωνεῖν, βοᾶν, δοξάζειν, εἰπεῖν, κηρύσσειν, κράζειν, κραυγάζειν, λέγειν, φάναι, φωνεῖν. Matth. 27, 46. 50. Marc. 1, 26. 5, 7. 15, 34. Luc. 1, 42. 4, 33. 8, 28. 19, 37. 23, 46. Ioh. 11, 43. Act. 7, 57. 60. 8, 7. 14, 10. 16, 28. 26, 24. Apoc. 5, 12. 6, 10. 7, 2. 10. 8, 13. 10, 3. 19, 17. (Theophr. char. 13 vel 6. Xen. Cyr. 3, 3. 58.) — Apoc. 5, 2. 14, 7. 15. 18, 2. — Luc. 17, 15. — αἴρειν φωνήν, ἐπαίρειν φωνήν Luc. 11, 27. 17, 13. Act. 2, 14. 4, 24. 14, 11. 22, 22. — ἀφιέναι φ. μεγάλην *magnam vocem emittere* i. e. *alta voce clamare* Marc. 15, 37. ἐπικεῖσθαι φωναῖς μεγάλαις Luc. 23, 23. — — ubi vox loquentis, clamantis, dolentis audiri vel respondere dicitur, ut γίνεται φωνή Luc. 9, 36. Ioh. 12, 30. Apoc. 11, 15. — addito πρός τινα scil. λέγουσα Act. 10, 13. 15. — φέρεται φωνή τινι i. e. *in honorem alicuius* 2 Petr. 1, 17. — γίνεται φωνή, item ἔρχεται vel ἐξέρχεται φωνή sq. ἐκ c. genit. loci Marc. 1, 11. 9, 7. Luc. 3, 22. 9, 35. Ioh. 12, 28. — Matth. 3, 17. 17, 5. 19, 5. — sq. ἀπό c. genit. loci Apoc. 16, 17. — ἀκούειν φωνήν vel φωνῆς Act. 9, 4. 7. 11, 7. 22, 7. 26, 14. Apoc. 1, 10. 4, 1. 5, 6. [7.] 14, 2 bis. — addito ἐκ c. gen. loci 2 Petr. 1, 18. Apoc. 9, 13. 10,

4, 8. 11, 12. 14, 13. 16, 1. 18, 4. 21, 3. — Act. 11, 9. — ἐκ τοῦ στόματος Act. 22, 14. — Apoc. 1, 12. ἐπίστρεψα — τὴν φωνὴν pro: βλέπων ἐπίστρεψα ἐπὶ τὴν φωνὴν *ich wandte mich mit dem Gesichte nach der Stimme* i. e. *nach dem Orte hin, woher die Stimme ertönte.* (ἐπεστράφη πρὸς τὴν φωνὴν Aesop. f. 87.) cf. *Matth.* §. 402, not. 1. — — sq. genit. pers. Matth. 3, 3. 12, 19. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Ioh. 3, 29. 5, 25. 28. — v. 37. vide de h. l. ad voc. ὁράω p. 351 col. 2 monita. — 10, 3. 4. 5. Act. 12, 14. — v. 22. θεοῦ — ἀνθρώπου = *Deum, non hominem, loquentem audimus.* — 22, 9. 1 Thess. 4, 16. Hebr. 3, 7. 15. 4, 7. 12, 26. 1 Petr. 2, 16. Apoc. 3, 20. 5, 11. 10, 7. 14, 2. 18, 22. 23. (Diod. Sic. 16, 79. Polyb. 15, 29. 11. Xen. Mem. 1, 4. 12.) — — ad vocem referuntur, quae pertinent ad hominem, voce utentem, vel praecipientem aliquid [vid. γλῶσσα, ἀνίστημι], ut ἀκούω τῆς φωνῆς τινος = *obedio alicui* Ioh. 10, 16. 27. 18, 37. — ἀλλάσσω τὴν φωνήν μου *muto vocem meam* pro: *verbis lenibus ante usus oratione severa nunc utor* [cf. nostratium: aus einem andern Tone reden]; alii contra [vid. *Meyer* ep. P. ad Gal. p. 161.]: *pro severa, qua ante usus sum, leni nunc utor voce* Gal. 4, 20. (τῇ φωνῇ τραχὺς Xen. An. 2, 6. 9. τὴν φωνὴν πρᾳοτέραν ποιοῦνται Xen. Symp. 1, 10.) — — b) metonym. pro: *verba ore prolata = sermo, effatum*, ut ἀναγινώσκειν τὰς φωνάς τινος Act. 13, 27. — 7, 31. 24, 21. (Diod. Sic. 20, 30. Aelian. V. H. 4, 8. Xen. An. 7, 7. 46. —

3) *sermo* i. e. *lingua, die Sprache*, τοσαῦτα — γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ 1 Cor. 14, 10. 11. — pro דָּבָר Gen. 11, 1. (Ael. V. H. 12, 48. Cebet. tab. c. 33. Hdian. 5, 3. 8. Dem. 1424, 1. Xen. An. 1, 4. 6.) — Saepius non reperitur in N. T.

Φῶς, φωτός, τό, 1) *lux, das Licht* a) universe Matth. 17, 2. Eph. 5, 13. — sine artic. νεφέλη φωτὸς *nubes lucem habens et spargens, Lichtwolke* = νεφ. φωτεινή [vid. ἀγάπη] Matth. 17, 5. — 2 Cor. 4, 6. — pro אוֹר Gen. 1, 3. (Xen. Mem. 4, 3. 3.) — b) de luce, quae spargitur a corpore lucido, ut φῶς λύχνου *Lampenlicht* Apoc. 18, 23. φ. ἡλίου *Sonnenlicht* 22, 5. — Act. 12, 7. ad quem l. cf. quae de angelis apparentibus ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ vel λαμπρᾷ Luc. 24, 4. Act. 1, 10. 10, 30. habentur et *v. Cölln* bibl. Theol. Vol. 1. p. 191. 412. — Luc. 8, 16. ἵνα — τὸ φῶς scil. τοῦ λύχνου. — Apoc. 21, 24. — Ioh. 5, 35. ἐν τ. φωτὶ αὐτοῦ i. e. *lucernae illius ardentis.* (Diod. Sic. 3, 47. Xen. Symp. 7, 4.) — c) *lux diei*, τὸ — ἐν αὐτῷ = *an und um ihn* Ioh. 11, 10. Vide ἐν p. 165 col. 2 fin. — ἔρχομαι πρὸς τὸ φῶς i. e. *in hominum conspectum venio* Ioh. 3, 21. μισεῖν τὸ φῶς i. e. *fugere hominum conspectum* v. 20. — ἀκούεσθαι, εἰπεῖν τι ἐν τῷ φωτί i. e. *palam* Matth. 10, 27. Luc. 12, 3. (Xen. Ages. 9, 1.) — d) luci inaccessae comparatur *conditio* i. e. *summa, qua est Deus, maiestas*, quia nunquam, ut ait *Calvinus*, dum hac mortali carne circumdamur, eo usque penetramus in ultima adyta Dei, ut nihil nos fugiat. 1 Tim. 6, 16. Cf. *von Cölln* l. l. Vol. 2. p. 204. — Quo sensu veteres luce circumfusos putaverint Deos, videsis apud Plut. vit. Pericl. c. 39. —

2) *lux* i. e. *quidquid lucet, lumen, corpus lucem spargens* [cf. φάος *Passow* 2. p. 1304.] a) propr., ita de igne Marc. 14, 54. Luc. 22, 56. (1 Macc. 12, 29. Xen. Cyr. 7, 5. 27.) — de face vel lampade Act. 16, 29. (Xen. H. G. 5, 1. 8.) — de sole Ioh. 11, 9. τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει. (Dem. 1396, 5.) — de luce, qua circumfusus esse narratur Paulus Damascum proficiscens Act. 22, 9. 11. addito ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ Act. 9, 3. vel οὐρανόθεν 26, 13. vel ἐκ τοῦ οὐρανοῦ 22, 6. — b) per imaginem [neque Hebraeis cf. Ps. 36, 10. Ies. 58, 8. neque Graecis (vid. φάος Hom. Il. 16, 95. Anth. gr. Vol. 1. p. 63 ed. *Iac.* Aeschyl. in Pers. v. 229.) incognitam], ut luminum coelestium, ita eorum omnium, quae ad animos hominum beandos spectant et faciunt, quatenus auctor est et dator Deus, πατὴρ τῶν φώτων appellatur Iac. 1, 17. Cf. *Theile* ep. Iac. p. 48. 54. *von Cölln* l. l. p. 212. — c) τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ *lumen quod in te est*, trop. pro: *mens tua* Matth. 6, 23. Luc. 11, 35. — d) lumini magno comparatur Messias, cognitionem salutarem et felicitatem afferens Matth. 4, 16. coll. Ies. 9, 2 et ad h. l. *Gesen.* —

